This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

N
::
262
Stack
B. 40160

303648387%

Scullard, Martin of Tours London 1891 (179 S.) v. Jeep ... Lit. Zentralbl. 1892 N. 11

La chronique de S. S. Texte critique, traduction et commentaire Livre I avec prolégomènes par André Lavertujon Paris 1896. v. Pr. Winterfeld d. Litz. 1897 N. 44

Traube Textgeschichte der Regula S. Benedicti München 1898 (Abh. d. bay. Akad. III Cl. XXI Bd. III Abt.)

Filastrii diversarum hereseon liber rec. Marx (Corp. script. eccl. vol. 38) Vindob. 1898. v. Lejay Rev. crit. 1898 N. 27. C. W. in Lit. L. 1898 N 31

Mommsen, Eugippiana II Herm. 33, 160 f (I s. B. 32, 454): die Nachlese ...

Itinera Hierosolymitana saeculi IIII–VIII ex rec. Pauli Geyer (Corp. script. eccl. lat. vol. 39) Vindob. et Prag. 1899. v. Lejay Rev. crit. 1899 N 41

Mouret, Sulpice Sévère, à Primuliac Paris 1907 ... Villa N. S. auf dem Hügel Saint-Bauzille d'Esclatian bei Béziers v. Anthes ... 1908 N 24

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPUS
SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM
LATINORUM

EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARUM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. I.

SULPICII SEVERI OPERA EX REC. C. HALMII

VINDOBONAE

APUD C. GEROLDI FILIUM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXVI.

Digitized by Google

SULPICII SEVERI

LIBRI QUI SUPERSUNT

RECENSUIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT

CAROLUS HALM

VINDOBONAE

APUD C. GEROLDI FILIUM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXVI.

Digitized by Google

HAVERFIELD LIBRARY
OF
ANCIENT HISTORY
OXFORD

DEC. 1 [illegible] 1924

TYPIS CAROLI GEROLD FILII.

Digitized by Google

Praefatio.

Chronicorum libri, quos Sulpicius Seuerus composuit, primum editi sunt a Flacio Illyrico sub hoc titulo: 'Sulpitii Seueri | sacrae historiae | a Mundi exordio ad sua usque | tempora deductae libri | II. nunc primum in | lucem editi. Basileae, per Joannem Oporinum (a. 1556)', eruti, ut ipse in 'epistola nuncupatoria' scribit 'ex quadam celeberrimae Saxonum ciuitatis Hildesiae bibliotheca'. ex iis, qui postea libellum ediderunt, cum alii tum Victor Giselinus (1574 Antuerpiae), Carolus Sigonius (1581 Bononiae), Jo. Drusius (1607 Arnhemi) optime de uerbis scriptoris non admodum deprauati emendandis meruerunt, sed nulli curae fuit aut contigit ut codicem manu scriptum, unde liber depromptus erat, iterum inueniret. felicius res cessit Hieronymo de Prato, qui cum amplissimam bibliothecam Vaticanam perquirendam curasset, certior factus est in ea exstare codicem qui Sulpicii librum diu desideratum contineret. atque accepit lectiones ab homine in libris manu scrip-

Digitized by Google

tis legendis parum uersato exscriptas, quarum ope haud paucos locos corruptos emendauit: poterat etiam plures sanare, nisi uulgatae quam uocant, quamquam in hoc libro, ut ipsius uerbis utar, 'ab homine ecclesiae Romanae maxime infenso' profecta erat, nimium addictus fuisset. iam Hieronymus de Prato ad eam sententiam inclinauerat, ut codicem Romanum eum ipsum esse, quem Flacius usurpauerat, existimaret, nec tamen coniecturam suam Jacobo Bernaysio probauit, qui in egregia commentatione, quam de Chronicis Seueri Berolini a. 1861 edidit, p. 72 negauit fieri potuisse ut Flacius Illyricus, si codice Romano uteretur, tot tantosque errores committeret. nobis noua codicis collatione, quam Carolus Zangemeister curauit, res, de qua antequam codicis scripturae accurate cognitae essent dubitare posses, confecta uidetur: certis enim argumentis in commentatione academica, quam anno superiore edidi (u. *Sitzungsberichte der k. bayer. Academie der Wiss.* 1865. II, 2, p. 37 sqq.), mihi demonstrasse uideor editionem principem non ex alio codice quam ex Vaticano fluxisse. de hac re ut cuiuis suo iudicio uti liceret, in commentarium criticum lectiones quoque editionis principis, quamquam omni eam auctoritate carere iam apparet, recipiendas putauimus, sed ita ut inde a libro secundo nonnulla minora eius uitia praetermitteremus. ne quis autem miretur quod codex, qui quondam in bibliotheca ciuitatis Hildesiensis fuerat, hodie in Vaticana inueniatur; nam liber ex eo numero est, quos a. 1623 ex bibliotheca Palatina Romam auectos et ex litterarum luce ablatos esse nos Germani hodie quoque summo nostro iure deploramus. similis est causa

Digitized by Google

libelli Firmici Materni de errore profanarum religionum, quem cum idem Flacius Illyricus in bibliotheca Mindensi inuenisset, postea in Palatinam atque inde in Vaticanam migrauit. ceterum ego in Seueri chronicis recensendis duobus libris rarioribus usus sum, quos nemo priorum editorum adhibuerat, specimine obseruationum criticarum, quod Gotefridus Richterus Jenae a. 1713 edidit, et Cornelii Valerii Vonck lectionum latinarum libris duobus Traiecti Viltorum a. 1745 impressis. in utroque horum librorum complures locos recte emendatos inuenimus.

Praeter chronicorum libros non alii Sulpicii Seueri ad aetatem nostram peruenisse uidentur nisi quos de uita S. Martini episcopi composuit. hoc corpus tribus libris compositum fuisse uidetur, quorum primus est qui proprie de uita S. Martini inscriptus est. hunc secutae sunt tres epistulae tam exiguo ambitu comprehensae, ut hunc proprium libellum fuisse aegre credas: immo ita compositae sunt, ut aut appendix uitae aut prooemium dialogorum esse uideantur. his accessit dialogorum liber, qui in exemplis uulgatis tres numerantur; sed eum non constitisse nisi duobus dialogis, cum ex codd. mss. melioribus, in quibus inter dialogum primum et secundum editionum uulgatarum nullum spatium intercedit, apparet, tum ab Hieronymo de Prato in quinta dissertatione (Vol. I p. 266 sqq.) luculenter demonstratum est. nos uerum quidem dialogorum numerum in inscriptione restituimus, sed ne numeris plane nouis introductis confusio oreretur, semel receptam capitum descriptionem et enumerationem in indicibus retinuimus.

Digitized by Google

Quod Seuerus ipse gloriatus est librum quem de uita Martini edidisset studiose legi (u. Epist. 1, 1) et per totum fere orbem terrarum penetrasse (Dial. I, 20, 3, cf. etiam Dial. III, 17, 4 sqq.), hoc hodie quoque ex parte testari possumus: nam uix ulla amplior bibliotheca exstat, in qua non exempla horum opusculorum inueniantur. sed quo frequentius lectitata et descripta sunt, eo procliuior erat eorum interpolatio, exstiteruntque duae codicum familiae, quarum scripturae admodum inter se discrepant. harum alteram Italicam, alteram Gallicam et Germanicam nominare possis. neutrius familiae lectiones adhuc accurate cognitae erant, bonasque complures inuenimus, quae etsi in utraque inueniuntur, nondum tamen in uerborum contextum receptae erant. prioris autem familiae, quae alteri bonitate longe praestat, agmen ducit liber ille uetustissimus, qui in bibliotheca capituli Veronensis adseruatur. is ipse quidem saeculo VII post Chr. n. exaratus est, sed, ut ex subscriptione apparet (fol. 114), apographum est libri a. 519 conscripti, u. Reifferscheidii Bibl. Patrum Italica I, p. 112. hunc librum primus usurpauit Hieronymus de Prato, sed non ea diligentia lectiones exscripsit, quae hodie in his rebus merito requiritur. codicem praestantissimum Augustus Reifferscheid in nostrum usum iterum contulit multasque optimas lectiones, quas in commentario Hieronymi de Prato frustra quaeras, ex eo protulit. ad eandem familiam pertinet codex Brixianus ab eodem de Prato excussus: qui etsi saeculo demum XIIII scriptus esse fertur, inter optimos tamen recensendus est. quamquam autem eius scripturae plerumque cum Veronensi conspirant, ex aliquot tamen locis eum non ex

Digitized by Google

Veronensi defluxisse certe apparet. ex altera familia, ad quam pars longe maior librorum manu scriptorum pertinere uidetur, satis habuimus tres libros adhibuisse, ne nimia lectionum discrepantium mole perspicuitas tolleretur. horum unus est codex Quedlinburgensis saeculo VIIII scriptus (v. Pertzii Arch. VIII, 660), cuius lectiones Tobias Eckhardus in libro sic inscripto publicauit: 'Codices mss. Quedlinburgenses. Quedlinburgi 1723. 4°' p. 57 sqq. sed multas lectiones ab Eckhardo praetermissas esse ex duobus libris eiusdem familiae, quos ipsi excussimus, certo conicere licet. horum alter est codex olim Frisingensis, nunc Monacensis (lat. n. 6326), saeculo decimo conscriptus, alter olim bibliothecae Augustanae ciuitatis, nunc item Monacensis (lat. n. 3711) saec. XI.

Vulgatae quam uocant lectionis ratio in his libris tam peculiaris est, ut non possit silentio praetermitti. cum enim Wolfgangus Lazius haec opuscula primus, ut sibi uidebatur, in lucem protraxisset et ad calcem Pseudo-Abdiae Babylonii ex codice multis uitiis inquinato Basileae a. 1551 edidisset, Giselinus, qui eum secutus est, ex nouem codicibus, quos ipse adhibuerat, multa quidem uitia emendauit, sed ab uniuerso editionis Lazianae fundamento non recessit. atque ita exstitit lectio uulgata, ex codice multis mendis repleto profecta neque constanter ex libris melioribus perpurgata. aliam haberemus uulgatam, si editoribus prioribus, id quod H. de Prato primus monuit, cognitum fuisset hos libellos iam in Bonini Mombritii Sanctuario siue Vitis Sanctorum editos fuisse ex optimo codice, qui ad familiam Veronensis pertinet, recen-

Digitized by Google

sitos. nec haec tantum editio Lazianam antecessit, sed tres praeterea aliae, una quae Zwollis typis Petri Os de Breda circiter a. 1500*) impressa est, altera, quam Aldus in Sylloge poetarum Christianorum a. 1501 edidit**), tertia denique ab Jodoco Clichtouio Parisiis a. 1511 curata. ceterum ego in his libris recensendis hanc mihi legem posui, ut optimi Veronensis lectiones, nisi manifesto corruptae uiderentur, summa cum fide exprimerem: nam in libris, qui quo saepius lectitabantur, eo magis interpolati sunt, res anceps uidebatur inter diuersas codicum familias modo hanc modo illam sequi et lectionum optionem quasi arbitrariam facere. hos autem libros iam pridem interpolatos esse inde luculentissime apparet, quod in altera familia locus de Antichristo (Dial. II c. 14) deletus est, scilicet quia praesagium a Sulpicio factum falsum fuisse paulo post cognitum est: contra in altera desideratur uehemens in Brictionem inuectio (Dial. III, c. 15 sq.), quam ob Sancti reuerentiam in multis libris exstinctam esse

*) Alii eam anno 1490, alii a. 1495 adscribunt. Titulus libelli 36 foliis constantis hic est: In hoc opere continetur uita Martini | Turonensis archiepiscopi Cum tri | bus opusculis dyologorum per | scripta ab eloquẽtissimo | Oratore Seuero Sul | pitio eiusdem uiri | sanctissimi discipulo.

**) Jac. Carolus Brunet describit (Manuel du Libraire uol. V col. 322 ed. V.) editionem sic inscriptam: 'Sulpicius Seuerus de uita et obitu S. Martini episcopi Turonensis. Beati Nicolai myrensis uita etc.' quam Venetiis typis expressam esse suspicatur. haec coniectura utique uera est: nam editio ab eo descripta non alia est nisi ipsa Aldina siue pars sylloges poetarum Christianorum: quod idem in aliis quoque Aldinis factum inuenimus, ut a librariis aut ab exemplorum possessoribus in partes singulas dissecarentur. partis illius, quae solas uitas Martini et Nicolai continet, exemplum a reliquo corpore seiunctum in bibliotheca quoque Monacensi inuenimus.

Digitized by Google

probabile uidetur. Quod autem in rebus quas uocant orthographicis ueterem scribendi rationem, quae in codice Veronensi et plerumque etiam in Frisingensi constanter seruata est, ubique restituendam putaui, hoc multos fore qui uituperent prouideo: sed quaero ex istis, num nobis liceat in his rebus a ueterum exemplorum fide declinare et eam scribendi rationem, quae multis denique post saeculis in consuetudinem uenit, ex nostro arbitrio substituere. nam si hoc criticorum munus est librum ueterem non ad commenta recentiorum aut ad lectiones cuiuslibet exempli typis expressi, sed ad scripturas in antiquissimis libris manu scriptis expressas redigere, ne in rebus quidem minutioribus recte tradita abicere licebit.

Restat ut de appendice septem epistolarum quas Jo. Clericus primus opusculis Seueri prius notis in ed. Lipsiensi a. 1709 adiecit, pauca dicamus. harum duas priores Stephanus Baluzius in Miscellaneorum primo uolumine a. 1678 ex codice Cantabrigiensi edidit. prioris ex his duabus, quae nondum in alio codice inuenta esse uidetur, apographum mihi misit H. A. J. Munro, scientissimus Lucretii editor, cuius ope complura exempli Baluziani uitia mihi corrigere licuit. alia est causa secundae epistolae. haec iam in appendice Codicis Regularum, quem Lucas Holstenius edidit, Athanasii nomine inscripta Romae a. 1661 et iterum Parisiis a. 1663 uulgata erat, idque ex libris Cantabrigiensi longe melioribus. sed ne haec quidem editio prima epistolae fuerat, cum iam dudum inter Hieronymi epistolas edita esset, idque iam in

Digitized by Google

pro malis repudiandum. hic in senectute sua a Pelagianis deceptus et agnoscens loquacitatis culpam silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum quod loquendo contraxerat tacendo penitus emendaret*).

*) Additum est in codice Cusano (u. Jos. Klein, Ueber eine Handschrift des Nicolaus von Cues Berl. 1866 p. 8): Antiochiae scripsit aduersus auaritiam unum et longum uolumen, et in curatione caeci, qui a Saluatore inluminatus est, omiliam composuit conpunctione timoris Dei et humilitatis plenam. Moritur Arcadii imperatoris tempore.

Scripsi Monachii mense Augusto a. 1866.

Carolus Halm.

Digitized by Google

SVLPICII SEVERI CHRONICA.

Digitized by Google

P = codex quondam Palatinus, nunc Vaticanus num. 824 saec. XI.

b = editio princeps Basileensis a 1556.

Digitized by Google

SVLPICII SEVERI
CHRONICORVM

LIBER PRIMVS

Res a mundi exordio sacris litteris editas breuiter constrin- 1
gere et cum distinctione temporum usque ad nostram memoriam
carptim dicere aggressus sum, multis id a me et studiose efflagi-
tantibus, qui diuina compendiosa lectione cognoscere properabant,
quorum ego uoluntatem secutus non peperci labori meo, quin ea, 2
quae permultis uoluminibus perscripta continebantur, duobus li-
bellis concluderem, ita breuitati studens, ut paene nihil gestis
subduxerim. uisum autem mihi est non absurdum, cum usque ad 3
Christi crucem Apostolorumque actus per sacram historiam cucur-
rissem, etiam post gesta conectere: excidium Hierosolymae uexa-
tionesque populi Christiani et mox pacis tempora, ac rursum
ecclesiarum intestinis periculis turbata omnia locuturus. ceterum 4
illud non pigebit fateri, me, sicubi ratio exegit, ad distinguenda
tempora continuandamque seriem usum esse historicis mundia-
libus atque ex his, quae ad supplementum cognitionis deerant,
usurpasse, ut et imperitos docerem et litteratos conuincerem.
uerumtamen ea quae de sacris uoluminibus breuiata digessimus, 5
non ita legentibus auctor accesserim, ut praetermissis his, unde

INCIPIT PROLOGVS SVLPITII SEVERI IN CHRONICA. QVAE IPSE FECIT AB EXORDIO MVNDI VSQ. AD TEMPVS SVVM *P*, *uerbis* usq. ad tempus suum *super* ab exordio mundi *scriptis* 3 a me studiose *b* 10 conectere *P*, *ut coniecit Giselinus:* conuertere *b* || hierusolimae *P* 12 locuturo *Hieron. Mercerus; 'magis placeret, si hoc uerbum penitus deesset' de Prato; cf. tamen* I, 28, 5: erat Allophylis moris .. Samson quasi in pompam publicum producere, capto insultantes *et* 1, 38, 6 Huius eum facti mox piguit paenituitque, ueniam a Deo petens *etc.* 14 hystoricis *P* || mundialibus *P*, *add. sup. lin. manu saec. XV vel XVI* ethnicis, *ut est in b;* cf. 2, 14, 6 18 acutor *P* || praetermissis his unde *P:* praetermissis illis unde haec *b*

Digitized by Google

deriuata sunt, appetantur: nisi cum illa quis familiariter nouerit,
6 hic recognoscat quae ibi legerit: etenim uniuersa diuinarum rerum
mysteria non nisi ex ipsis fontibus hauriri queunt. nunc initium
narrandi faciam.

2 Mundus a Deo constitutus est abhinc annos iam paene sex
milia, sicut processu uoluminis istius digeremus: quamquam
inter se parum consentiant, qui rationem temporum inuestigatam
2 ediderunt. quod cum uel Dei nutu uel uitio uetustatis eueniat,
calumnia carere debebit. mundo autem condito homo factus est:
uiro Adam, mulieri Eua nomen fuit. sed constituti in paradiso,
cum interdicta sibi arbore degustassent, in nostram uelut exules
3 terram eiecti sunt. deinde ex his Cain atque Abel nascitur: sed
Cain impius fratrem interemit. filium Enoch habuit, a quo pri-
4 mum ciuitas condita est, auctoris nomine uocitata. ex hoc Irad
atque ex eo Maüiahel nascitur. hic Mathusalam filium habuit
isque Lamech genuit, a quo iuuenis occisus traditur, nec tamen
nomen refertur occisi: quod quidem futuro mysterio fuisse prae-
5 missum a prudentibus aestimatur. igitur Adam post necem filii
minoris Seth filium procreauit, cum iam trigesimum et ducen-
tesimum annum aetatis implesset, uixit autem annos DCCCCXXX.
Seth uero Enos, Enos Kainan, Kainan Malaleel, Malaleel Iared,
Iared Enoch genuit: qui ob iustitiam translatus a Deo traditur.
6 huius filius Mathusalam dictus est, qui Lamech genuit: ex quo
Noẽ natus, iustitia egregius et prae ceteris mortalibus Deo carus
7 acceptusque. qua tempestate cum iam humanum genus abundaret,
angeli, quibus caelum sedes erat, speciosarum forma uirginum

5 Gen. 1. 9 Gen. 2. 13 Gen. 4. 19 Gen. 5.

1 diriuata *P* 4 faciam INCIPIT LIBER *P* 5 a Deo *P et Sigonius:* a Domino *b* || annorum *malebat Giselinus* 6 millia *b* 8 uenustatis *P* 10 constutiti *P* 11 interdicta sibi arbore *scripsi:* interdictã sibi arbore *P*, interdictam sibi arborem *b* 12 nascitur *P:* nascuntur *b* 13 Is filium *Vonck (in Lectionum Latinarum libris II. Traiecti 1745)* || enoc *P* 14 ex eo Irad atque ex hoc *malebat de Prato* 15 mauiahel *P:* Mamahel *b* || hic Mathusael *Vorstius* 16 iuuenis *P:* iuuenis quidam *b* 17 p̃missum *P (non* pmissum, *ut ait de Prato)* 20 ducentesimum] *sic LXX, contra textus hebr. et vulg.* centesimum 21 Kainan *P (bis), ut coni. Gelasinius:* Nainan *b* || Maleleel *LXX et Lucas* 24 iustitiã *P* || deo *P:* Domino *b* 26 sedis *P, sed eadem manu* sedes *corr.* || spetiosarum *P*

Digitized by Google

capti illicitas cupiditates appetierunt: ac naturae suae originisque degeneres, relictis superioribus, quorum incolae erant, matrimoniis se mortalibus miscuerunt. hi paulatim mores noxios 8
conserentes humanam corrupere progeniem, exque eorum coitu
5 Gigantes editi esse dicuntur, cum diuersae inter se naturae permixtio monstra gigneret.

Quibus rebus offensus Deus maximeque malitia hominum, 3
quae ultra modum processerat, delere penitus humanum genus decreuerat. sed Noë, uirum iustum, uita innocens destinatae
10 exemit sententiae. idem admonitus a Deo diluuium terris immi- 2
nere, arcam inmensae magnitudinis ex lignis contexuit ac bitumine illitam inpenetrabilem aquis reddidit, qua ille cum uxore ac filiis tribus et totidem nuribus clausus: uolucrum etiam paria itidemque diuersi generis bestiarum eodem claustro recepta, reli-
15 qua omnia diluuio absumpta. igitur Noë, cum iam imbrium uim 3
destitisse et quieto in salo arcam circumferri intellegeret, ratus, id quod erat, aquas decedere, coruum primum explorandae rei gratia, eoque non reuertente — ut ego conicio, cadaueribus detentum — emisit columbam: quae cum consistendi locum non rep-
20 perisset, reuersa est. rursum emissa folium oliuae retulit, mani- 4
festum indicium, nudari cacumina arborum. tertio demum emissa non rediit: unde animadversum aquas destitisse. ita Noë arcam 5
egressus est. id gestum a mundi exordio post annos, ut ego comperio, $\overline{\text{II}}$ CC duos et quadraginta.

25 Ac primum Noë aram Deo statuit hostiasque ex uolucribus 4
immolauit. mox a Deo cum filiis benedicitur, praeceptumque accepit, ne sanguine uesceretur aut sanguinem hominis effunderet, quia mundi primordia mandati istius liber Cain maculauerat. igitur uacuo tum saeculo ex filiis Noë semen fuit: tres enim 2

9 Gen. 7. 26 Gen. 9.

4 humanum *P* || exque eorum *Vonck:* ex quẽ eorum *P*, ex quorum *b* 10 a deo *P:* a Domino *b* 13 nuribus est clausus *b* 14 universi generis *malebat de Prato* 15 imbrium uim *scripsi:* imbrium *P*, imbrem *b* 16 et *P:* ac *b* || intelleret *P* 17 decedere *P corr. 1 m. ex* decerere 18 conitio *P* || detentũ *P:* detento *b* 19 reperiisset *b* 20 emissa *Giselinus:* remissa *Pb* 21 iudicium *P* 22 desedisse *Vonck* 24 .$\overline{\text{II}}$. (*i. e.* II milia) *P:* II *b* 25 et 26 deo *P:* Domino *b* 26 accipit *coni. de Prato* 29 semen *amicus Vonckii et de Prato:* Sem *Pb pro* semn̄, *ut vox in P scribi solet*

Digitized by Google

habuit, Sem, Cham, Iaphet. sed Cham, quod sopitum uino pa-
3 trem riserat, maledictum a patre meruit. huius filius, Chus no-
mine, Nebroth gigantem genuit, a quo Babylon ciuitas con-
structa traditur. pleraque etiam oppida ea tempestate condita me-
morantur, quae nominatim persequi animus non fuit. sed cum
4 multiplicaretur humanum genus diuersaque loca atque insulas
mortales haberent, una tamen omnes lingua utebantur, donec se
5 in unum dispergenda per totum orbem multitudo contraxit. his
more humani ingenii consilium fuit, insigni aliquo opere famam
6 quaerere, priusquam a se inuicem deducerentur. ita turrim facere
aggressi, quae caelo accederet, nutu Dei, ut officia operantium
praepedirentur, a sueto sermonis genere multa diuerso neque ulli
inuicem intellecto linguarum ritu loquebantur: quo promptius
dispersi sunt, quia alter alterum uelut alienigenam facile relinque-
7 bat. sed filiis Noë ita diuisus orbis fuit, ut Sem intra Orientem,
Iaphet Occidentem, Cham mediis contineretur. ita usque Abraham
ducta successio nihil sane insigne aut memorabile in se habuit.

5 Abraham autem patre Thara natus post diluuium anno mil-
lesimo et septuagesimo. Abraham uxor Sara dicta est, prima-
que eius in regione Chaldaeorum habitatio fuit. inde apud Charras
2 una cum patre diuersatus est. qua tempestate admonitus a Deo,
domum patriam ac patrem relinquens, assumpto Loth fratris
filio in terram Chananaeorum profectus in loco, cui Sychem no-
3 men est, consedit. mox annonae inopia Aegyptum concessit, ac
rursum reversus, Loth, prae multitudine familiae a patruo di-
gressus, ut laxioribus uacuae tum regionis spatiis uterentur, in

5 Gen. 10. 10 Gen. 11. 21 Gen. 12,

3 Nebrod *b* || meruit *P, sed ead. m.* genuit *corr.* || babyl | lon *P* 7 tamen *P:* tantum *b* || oĩs *P* 10 diducerentur *Hornius* 12 assueto *P,* inassueto *b* 14 quia *P:* quum *b* 16 iaphe *P* 18 natus *P:* natus est *b* 19 septuagesimo secundo *H. Mercier* || Sarai *Io. Arcerius, cuius emendationes Vonckius in Lectt. latt. publicauit* 20 eius *nos:* eis *Pb*, ei *de Prato* || Carras *Drusius* 21 a Domino *b* 22 domum, patriam *edd.* 23 chananeorum *P* || sychem *P ut est in LXX:* Sichem *b* 24 concessit, ac rursum reuersus Loth *b; uerborum distinctionem mutauit de Prato* (concessit. ac rursum reuersis, Loth *Sigonius* 26 uacui *P; de scriptura* uacuae *Drusius in notis p. 45 suspicionem mouit, nec tamen* uacui *lectio ferenda uidetur*

Digitized by Google

Sodomis consedit. id oppidum infame incolis, uiris in uiros irruentibus, atque ob id inuisum Deo fuisse traditur. ea tempe- 4
state reges uicinarum gentium in armis erant, cum antea nullum inter mortales certamen fuisset. sed aduersum hos, qui bello uicina temptabant, reges Sodomorum et Gomorrae uicinarumque regionum in proelium erumpunt, primoque impetu fusi uictoriam concessere. tum a uictoribus Sodoma direpta praedae hostibus fuit, ductusque Loth in captiuitatem. quod cum Abraham comperisset, 5
propere armatis seruis suis, numero trecentis decem et octo, reges uictoria feroces exutos praeda armisque in fugam compulit. tum 6
a Melchisedech sacerdote benedictus est, eidemque praedae decimas dedit. reliqua his, quibus erepta erant, reddidit.

Per idem tempus Abrahae Deus locutus est, multiplican- 6
dumque semen eius, sicut arenas maris stellasque caeli, spopondit: peregrinumque eius semen futurum praedictum ac posteros in hostili solo per quadringentos annos laturos seruitium, post libertati restituendos. tunc ei atque uxori eius adiectione unius 2
litterae nomen inmutatum: ita nunc ex Abram Abraham, ex Sara Sarra dicitur. cuius quidem rei non inane mysterium non est huius operis exponere. eodem tempore Abrahae lex circumcisionis 3
imposita est, erat ei autem ex ancilla filius Ismahel. et cum ipse esset annorum centum, uxor autem eius nonaginta, futurum eis filium Isaac Deus pollicetur, qui cum duobus angelis ad eum uenerat. inde Sodomam missi angeli Loth in porta sedentem rep- 5
pererunt. quos cum ille, homines existimans, hospitio receptos

2 Gen. 14. 13 Gen. 15 et 17. 23 Gen. 18. 25 Gen. 19.

2 Domino *b* 3 erant cum *b:* erant inmortales cum *P* 5 sodomum et gomorrum *P;* Sodomorum, Gommoreorum *b;* Gomorrhae *coni. Vorstius, coll. interprete Graeco:* βασιλεὺς Σοδόμων, βασιλεὺς Γομόρρας (Sodomitarum et Gomorrhaeorum *coni. de Prato*) || uicinarumque urbium *coni. Drusius* 6 uictoria *P; at cf. 1, 34, 5* 11 decimas *b sed ante* praedae: *om. P* 13 Dominus *b* 15 praedictum futurum *b* 16 post *P:* postea *b* 18 inmutatum *P corr.* || ex Abram Abraam *Drusius* || ex Sara Sarra *Sigonius:* ex sarai sara *Pb; cf. Genes. 17, 5 et 15 ex interpret. LXX, August. de ciu. Dei XVI, 26, 25* 21 Ismael *b* || ipse esse *P* 22 annorum fere (*uel* prope) centum *coni. de Prato* 23 Dominus *b* || cum duobus *b:* duobus *P, at u. Gen. 18, 2* apparuerunt ei tres uiri stantes prope eum. 24 sedente *P* || reperierunt *b*

Digitized by Google

cenatosque domi haberet, iuuentus improba ex oppido nouos hospites ad stuprum flagitabant. Loth pro hospitibus filias offerens, non adquiescentibus, quibus illicita potius desiderio erant, ipse
5 ad stuprum trahebatur. quem angeli propere ab iniuria uindicantes luminibus impudicorum caecitatem offuderunt. tum Loth ab 5
hospitibus edoctus perdendum oppidum, propere cum uxore et filiabus egressus: interdictum tamen est, ne retrorsum respicerent.
6 sed mulier parum dicto audiens — humano malo quo aegre uetitis abstinetur —, reflexit oculos statimque in molem conuersa traditur.
7 at Sodoma diuinis ignibus conflagrauit. Loth autem filiae existi- 10
mantes humanum genus interisse concubitum inebriati patris appetiuerunt, unde Moab et Ammon nati sunt.

7 Per idem tempus fere, cum Abraham esset iam centum annorum, Isaac filius natus est. tum ancillam, de qua Abraham filium susceperat, Sara expulit: quae habitasse in deserto una 15
2 cum filio et praesidio Dei defensa traditur. nec multum post Deus Abrahae fidem temptans immolandum sibi a patre filium Isaac poscit. quem ille non cunctatus offerre, cum arae puerum superposuisset gladiumque educeret, uox missa de caelo est, puero parceret: uictimae aries praesto fuit. consummatoque sacrificio 20
Abrahae Deus locutus est, promittens ea quae iam spoponderat.
3 at Sara, cum septimum et uigesimum et centesimum annum ageret, decessit: corpus cura uiri sepultum in Chebron, Chana-
4 naeorum oppido, etenim illic Abraham commorabatur. tum Abraham Isaac filium iuuenilis aetatis uidens, siquidem cum quadra- 25
gesimum annum aetatis ageret, seruo suo imperauit uxorem ei quaereret, ex ea tamen tribu atque terra, de qua ipse oriundus uidebatur: modo ut inuentam puellam in regionem Chananaeorum

14 Gen. 21. 16 Gen. 22. 22 Gen. 23. 24 Gen. 24.

1 coenatosque *b* 4 *trahebatur *P* 7 egressus *P*: est egressus *b* || tamen eis est *b* || respicerent *P*: conspicerent *b* 8 aegre *nos*: aeger *P*, aegrius *b* 9 immolem *P* 11 interiisse *b* 13 esset iam *Wopkens(lect. Tull. I, 9)*: esset etiam *Pb* 14 habraham *P* 16 Domini *b* || nec *P*: Non *b*; *immo* nec multo post, *ut est I, 21, 2 et 3. 50, 6. II, 18, 5* || Dominus *b* 17 habrahae *P* 19 puero ut parceret *b* 21 abrehae *P* || Dominus *b* 22 et cent. *P*: supra centesimum *b* 23 Hebron *b* || chananeorum *P* 25 iam uirilis aetatis *coni. de Prato* || cum — ageret *P*: tum — agebat *b* 28 chananeorum *P*

Digitized by Google

deduceret, nec putaret is causa coniugis in solum patrium rediturum. atque ut ea strenue mandata exequeretur, contacto domini femine sacramentum dedit. ita seruus profectus in Mesopotamiam ad oppidum Nachor, Abrahae fratris, deuenit. successitque in domum Bathuelis Syri, Nachore patre geniti: huius filiam Rebeccam, speciosam uirginem, conspicatus poposcit atque ad dominum adduxit. post id Abraham accepit uxorem Cethuram nomine, quae in Paralipomenis concubina dicitur, suscepitque ex ea filios. sed Isaac Sara edito substantiam tradidit, his autem, quos ex concubinis susceperat, dona distribuit. atque ita ab Isaac separati sunt. Abraham diem functus est, impletis annis centum et quinque et septuaginta: corpus sepulcro Sarae uxoris appositum.

At Rebecca, diu sterilis, assiduis mariti ad Dominum precibus a die matrimonii uigesimo fere anno geminos edidit: qui in matris aluo exultasse saepius traduntur, dictumque responso Dei est, duos in his populos praenuntiari, et maiorem minoris subdendum esse principio. sed prius editus, asper saetis, Esau uocatus, minori Iacob nomen fuit. ea tempestate grauis annonae inopia incesserat. qua necessitate Isaac in Geraris ad regem Abimelech cessit, admonitus a Domino, ne in Aegyptum descenderet: eidemque uniuersae terrae illius possessio promittitur ibique benedicitur, multiplicatusque pecore atque omni substantia agente inuidia ab incolis pellitur: pulsus apud puteum iuramenti consedit. igitur annis grauior, luminibus obductis, cum Esau filium benedicere pararet, consilio Rebeccae matris Iacob se benedicendum pro fratre obtulit. ita Iacob adorandus principibus et gentibus fratri praeponitur. quis rebus Esau accensus fratri necem moliebatur. quo metu Iacob hortante matre in Mesopotamiam confugit, admonitus a patre ut ex domo Laban, fratris Rebeccae, uxorem acciperet: tanta illis cura fuit, cum in alienis terris con-

7 Gen. 25. 8 I Paral. 1, 32. 13 Gen. 25. 19 Gen. 26. 23 Gen. 27. 28 Gen. 28.

1 is *P*: eum *b* 2 exequerentur *b* 5 Nahore *b* 7 Ceturam *Drusius* 8 paralipomenonis concubina edicitur *P* 12 sepulcro *P, sed ead. m.* sepulchro *corr.* 15 Domini *b* 16 minoris *Barthius*: minori *Pb* 17 setis *Pb* 19 incesserat *P*: terras incesserat *b* || Gerara *Sigonius* 20 concessit *malebat Vorstius* 25 se *b*: *om. P* 27 queis *b* 29 amonitus *P*

Digitized by Google

5 sisterent, genus tamen intra familiam suam ducere. ita Iacob
profectus in Mesopotamiam, per soporem Dominum uidisse tra-
ditur: atque ob id locum somnii sacratum habens, lapidem ex eo
sumpsit: uouitque, si rebus prosperis reuertisset, titulum sibi
domus Dei futurum decimasque omnium, quae adquisita sibi
6 forent, Deo daturum. inde se ad Laban fratrem matris contulit:
quem ille sororis filium agnitum in hospitium benigne recepit.
9 Erant Laban duae filiae, Lia et Rachel: sed Lia oculis de-
formior, Rachel pulchra traditur. cuius specie Iacob captus
amore uirginis conflagrabat, eamque sibi in matrimonio a patre
2 postulans septem annorum seruitio se mancipauit. sed impleto
tempore, Lia ei supponitur: ac rursum septennii seruitio subditur,
atque ei Rachel traditur. sed hanc diu sterilem, Liam fecundam
3 fuisse accepimus. filiorum, quos ex Lia Iacob habuit, haec sunt
nomina: Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Isachar, Zabulon, Dina:
ex ancilla uero Liae Gad et Aser, ex ancilla Rachel Dan et Neph-
talin nati sunt. at Rachel desperata iam partitudine Ioseph edidit.
4 tum Iacob redire ad patrem cupiens, cum ei Laban socer partem
pecorum mercedem seruitii dedisset, obque id parum sibi eum
aequum gener Iacob ratus, dolum ab eo suspectans, clam pro-
fectus est uigesimo post fere anno, quam aduenerat. Rachel uiro
inscio patris idola furto abstulit: qua iniuria Laban generum per-
secutus, non repertis idolis, pace facta regressus est, multum
5 obtestatus generum, ne uxores filiabus suis superduceret. inde
digressus Iacob uidisse angelos et castra Dei traditur. sed cum

6 Gen. 29. 15 Gen. 29. 30. 18 Gen. 31. 24 Gen. 32. 33.

1 suam *in P deesse falso tradidit de Prato* 4 properis *P* 5 domũ *P, addita* s *sup.* ũ *ead. manu* || dei *P, ut coni. Drusius:* Domini *b* 6 Domino *b* 9 pulchra *P:* pulchra fuisse *b* 10 in matrimonium *Vorstius coll. I, 11. 34. 35; at cf. I, 43* 11 mancipatũ *P* 12 septennii *P, ut coni. G. Fabricius:* septem in *b* 15 Symeon *P:* Simeon *edd. cf. LXX* 16 lię *P, ut coni. Giselinus:* hae *b* || neptalin *Pb* 17 desperato iam partu *b* 19 in mercedem *malebat Vonck* || obque id *P:* ob quae *b* 20 gener Iacob *glossema uidetur* 21 p' (*i. e.* post) *P:* primo *b* || uiro *b:* uero *P* 23 pace facta *b:* patefacta *P* 24 obtestus *P* || superduceret *de Prato:* perduceret *P,* superinduceret *b; cf. Capitolini Anton. phil. c. 29 extr.* ne tot liberis superduceret nouercam, *Sulp. Vict. inst. rhet. 36 (Rhett. lat. p. 333 ed. Lips.)* nouercam filio superduxit 25 Domini *b*

Digitized by Google

praeter regionem Edom, quam Esau frater incolebat, iter destinaret, missis prius legatis et muneribus suspectum sibi fratrem explorauit. tum ille obuiam fratri processit: nec tamen Iacob se ultra fratri credidit. sed pridie, quam inter se fratres conuenirent, 6
Deus humana specie assumpta, colluctatus cum Iacob refertur. et cum aduersus Deum praeualuisset, tamen non esse mortalem non ignorauit: benedici se ab eo flagitabat. tum a Deo ei immu- 7
tatum nomen est, ut ex Iacob Israēl diceretur. sed cum ille uicissim a Deo nomen Dei quaereret, non esse quaerendum, quia admirabile esset, responsum. ex colluctatione autem latitudo feminis Iacob obtorpuit.

Igitur Israēl declinans fratris domum, promouit agmen in 10
Salem Sicimorum oppidum, atque ibi loco pretio accepto tabernaculum statuit sibi. huic oppido Emor, Chorraeus princeps, praeerat. huius filius Sychem Dinam filiam Iacob ex Lia genitam 2
stupro subdidit. quo comperto Symeon et Leui, Dinae fratres, omnes in oppido sexus uirilis dolo peremerunt atque impigre sororis ulti iniuriam : oppidum a filiis Iacob direptum praedaque omnis abducta. id factum aegre admodum tulisse Iacob traditur. 3
mox a Deo monitus Bethel petiit ibique altarium Deo statuit. inde in parte turris Gader tabernaculum fixit. Rachel ex partu obiit: puer Beniamin uocatus est. Isaac decessit annos natus centum et octoginta. at Esau potens diuitiis erat, uxoribus sibi etiam 4
e Chananaeorum gente assumptis: cuius progeniem in hoc tam praeciso opere inserendam non putaui. si quis studiosior erit, ad originem reuertatur. post excessum patris Iacob in solo eo, in quo

12 Gen. 33. 16 Gen. 34. 20 Gen. 35. 22 Gen. 36.

3 fratri *Vonckio glossa uidetur* 5 Dominus *b* || asumpta *P* 6 Dominum *b* 7 ignorans *Fabricius; contra de Prato malebat* ideoque benedici *uel* et ben. || se *P:* sibi *b* || a Deo *b:* abeo *P* || ei *P:* illi *b* 9 a Domino nomen Domini *b* 10 responsum est *b* 11 femoris *b* 14 Chorreus *Sigonius:* chorrens *P* (rrens *in rasura, sed prima m. ita scriptum):* Chemoreus *b; LXX in Gen. 34, 2:* Ἐμμὼρ ὁ Εὐαῖος, ὁ ἄρχων τῆς γῆς *cf. tamen de Prato ad h. l.* 15 Sichem *b, at cf. LXX* 16 Simeon *edd.* 17 atq. *nos:* at *P*, ac *b* 18 ulti sunt *b* 19 est abducta *b* 20 Domino *b* || Bethel *Drusius:* Bethleem *Pb; cf. Genes. 35* || altare Domino *b* 23 octaginta *P* || diuitiis *b:* diuinitus *P* 24 chananeorum gentē *P* 25 miserendam *P* 26 originem *P:* origines *b*

Digitized by Google

Isaac uixerat, commorabatur. filii eius aliquando ab eo pascui
gratia cum gregibus secesserunt, Ioseph tamen et Beniamin par-
6 uus domi resederant. carus admodum Ioseph patri obque id
inuisus fratribus, simul quia frequentibus eius somniis maiorem
eum omnibus futurum portendi uidebatur. igitur ad inspiciendos
greges reuisendosque fratres a patre missus oportunus iniuriae
7 fuit. namque uiso fratre consilium necis eius ceperunt. sed
obsistente Ruben, cui a tanto facinore abhorrebat animus, in
lacum demissus: mox suadente Iuda deducti ad mitius consilium
negotiatoribus eum, qui tum Aegyptum petebant, uendiderunt.
atque ab his Petefrae, praeposito Pharaonis, traditus est.
11 Per idem tempus Iudas, Iacob filius, Sauam Chananaeam
in matrimonium assumpsit. ex qua tres filios sustulit, Her, Onan,
Selam. sed Her Thamar concubio sociatur. quo mortuo Onan fra-
tris uxorem accepit: qui, quia spermata in terram effunderet, ex-
2 tinctus a Deo refertur. tum Thamar meretricio habitu assumpto
3 socero mixta est, exque eo geminos edidit. in partu autem illo
mirabile fuit, quod cum prodeunti puero, ad dinoscendum qui
prius nasceretur, obstetrix manum eius cocco illigasset, reductus
in aluum matris puer posterior editus est. nomen infantibus
4 Fares et Zara inditum. at Ioseph, cum benigne a curatore regio,
qui eum pretio acceperat, haberetur domumque eius et familiam
procuraret, decorus ipse insigni specie uxoris domini oculos in se
conuerterat. cumque amore turpi deperiret, appetitum saepius
nec adquiescentem sibi falso scelere infamat, ac uiro queritur stu-
prum sibi intentatum. ita Ioseph in carcerem coniectus. erant in

2 Gen. 37. 12 Gen. 38. 20 Gen. 39. 26 Gen. 40.

1 aliquando *nos:* aliquanto *P*, aliquantum *b* 2 cum] oum *P* || secesserant *b* || et *P:* ac *b* 6 opportunus *b* 7 coeperunt *P* 11 petefre *P* Potifari *b; illud reponendum esse docuit de Prato coll. LXX atque Hieronymo in Quaestt. hebr. et August. in Quaestt. in Gen.* || praeposito coquorum Phar. *coni. de Prato cum LXX et Aug. Q. in Gen. 77* 12 Sauam *Drusius:* suam *Pb, cf. LXX et August. Q. 128 in Gen.* || chananeam *P* 13 Ἠρ, *Αὐνάν, Σηλώμ LXX* 14 concubio *P:* connubio b 15 quia spermata *b:* qui afer uasta *P* 16 a Domino *b* 17 illud *malebat de Prato, ac paulo post* prodeunte 20 posterior editus *Drusius:* postero die reductus *P*, postero die editus *b* 23 decorūs *P* 24 turpi *P:* ipsius *b* 26 est coniectus *b* || erant *P ead. m. ex* irati *corr.*

Digitized by Google

eadem custodia ministri regii duo: qui cum somnia sua ad Ioseph 5
retulissent, futura ex somnio coniectans, unum eorum poenas
capite luiturum, alium absoluendum pronuntiauit. atque ita ac-
cidit. igitur post biennium somnium regi obiectum est. quod cum 6
a prudentibus Aegyptiorum non posset absolui, minister regis ille
carcere exemptus regem admonet, Ioseph esse mirum somniorum
interpretem. ita Ioseph soluitur interpretatusque est regi som- 7
nium: septem annis proximis maximam frugum ubertatem futu-
ram, consequentibus inopiam. quo metu rex perculsus, uidens di-
uinum in Ioseph spiritum, rei eum annonariae praefecit, aequato
secum imperio. tum Ioseph abundantibus per totam Aegyptum 8
frumentis magnam copiam congessit: multiplicatisque horreis ad-
uersus futuram famem consuluerat. ea tempestate spes atque salus
Aegypti in illo sita erat. per idem tempus duos ex Asenet 9
filios genuit, Manassen et Ephraem: ipse autem, cum summam a
rege potestatem accepit, erat annorum xxx: nam a fratribus sep-
tem decem annos natus uenundatus est.

Interea rebus in Aegypto aduersus famem bene compositis, 12
orbem terrae grauis frumenti inopia quatiebat. qua necessitate
compulsus Iacob filios in Aegyptum misit, Beniamin tantum
secum domi retento. igitur Ioseph rerum potentem, penes quem 2
annonae arbitrium erat, fratres adeunt et more regio adorant. qui-
bus ille uisis callide agnitionem dissimulans, hostiliter eos uenisse
et subdole loca explorare arguebat. angebatur autem, quod Ben- 3
iamin fratrem non uidebat. res ergo in id deducitur, ut praesen-
tiam eius pollicerentur, nimirum ut ex eo quaereretur, an isti ex-
plorandi causa Aegyptum intrassent. ad promissi autem fidem
Symeon obses traditur: ipsis frumentum gratis datum. rursum
igitur reuertentes Beniamin, ut conuenerat, deduxerunt. tum se 4
cognoscendum Ioseph fratribus praebuit, non sine pudore male
merentium. ita eos oneratos frumento multisque donatos domum

3 Gen. 41. 19 Gen. 42. 28 Gen. 43—45.

1 regii *nos:* regio *P*, regis *b* 2 peonas *P* 13 consulerat *P* 14 erat *b:* est *P* || tempus *P:* tempus vero *b* || Asenec *Pb* 15 Manassem *b* || effrem *Pb* 16 septemdecim *b* 21 Ioseph *Pb: casu excidit in edd. plerisque* 23 agnicionem *P* 25 deducitur *P:* deducta *b* 28 Simeon *edd.*

Digitized by Google

remisit, praemonens quinque adhuc annos famem futuram: cum
5 patre atque omni progenie et familia commigrarent. ita Iacob in
Aegyptum descendit, Aegyptiis admodum laetantibus, gaudente
rege, benigne a filio susceptus. id gestum anno aetatis Iacob cen-
tesimo et trigesimo, a diluuio autem anno MCCC et LX. ceterum
ab eo tempore, quo Abraham in terra Chananaeorum consedit, in
6 id, quo Iacob Aegyptum ingressus est, referuntur anni CCXV. igi-
tur Iacob septimo et decimo anno, quam in Aegypto aduenerat,
urgente morbo Ioseph filium obtestatur, corpus sepulchro red-
7 deret. tum Ioseph benedicendos filios suos obtulit, quibus bene-
dictis, cum tamen benedictionis merito maiori minorem praepo-
suisset, filios omnes benedictione lustrauit. decessit autem annos
natus CXLVII. funus magnifice curatum: corpus in sepulchro pa-
8 trum Ioseph condidit. fratres post patris obitum pro conscientia
pauentes benigne habuit. decessit autem Ioseph ipse aetatis anno
decimo et centesimo.

13 Igitur Hebraei, qui in Aegyptum deuenerant, incredibile
memoratu est quam cito numero aucti sint multiplicataque pro-
2 genie Aegyptum repleuerint. sed defuncto rege, qui eos ob merita
Ioseph benigne fouebat, succedentium regum imperio deprime-
bantur. nam et opus durum aedificandarum ciuitatium eis impo-
situm, et quia iam multitudo abundans metuebatur, ne quando-
que libertatem armis uindicarent, paruulos recens editos aquis
3 mergere edicto regio cogebantur. nec dissimulari cruentum im-
perium licebat. qua tempestate filia Pharaonis infantem in flu-
mine repertum nutriendum pro filio curauit: nomen puero Moyses
4 dedit. Moyses hic, cum uiriles annos ageret, conspicatur Hebraeum
ab Aegyptio pulsari: quo permotus dolore, fratrem ab iniuria uin-

2 Gen. 46. 47. 7 Gen. 48. 17 Exod. 1. 25 Exod. 2.

1 annos *b: om. P* 2 et *P: ac b* || ad se commigrarent *b* || ita *P:* Igitur *b* 5 annos m̃ ccc *P erasa* c *post* ccc || LX *Giselinus:* .XL. *P* 6 chananeorum *P* 7 id quod *Pb* 8 septimo decimo *Sigonius* || quam in *de Prato:* quam (*vel* quain) *P* || Aegyptum *Sigonius* 9 sepulchro suo *b* 10 benedicendos *P:* patri benedicendos *b* 13 patrum *P:* maiorum *b* 17 Hebraei igitur *b* || aegypto *P* || incredibili *P* 19 merito *P,* meritum *b* 21 ciuitatium *P:* ciuitatum *b* 27 conspicatus *b* 28 quo *P: om. b*

Digitized by Google

dicans, Aegyptium calce perculsum interemit. mox supplicium e 5
facto metuens in terram Madian profugit: et apud Iothor sacerdotem regionis illius diuersatus filiam eius Sepphoram in matrimonium accepit exque ea duos filios Gersam et Eliezer sustulit.
hoc tractu temporum Iob fuit, lege naturae et agnitionem Dei et 6
omnem iustitiam complexus, praediues opibus atque eo illustrior, quod his neque integris corruptus neque amissis deprauatus est. 7
nam cum per diabolum exutus bonis, filiis etiam esset orbatus, ad extremum diris ulceribus affectus, non potuit uinci, ut prae doloris impatientia aliqua in parte peccaret. mercedem denique diuini 8
testimonii consecutus, sanitati redditus omnia quae amiserat in duplum recepit.

At Hebraei multiplicato seruitutis malo pressi, querelis in 14
caelum conuersis, spem auxilii a Deo expectabant. tum Moysi
pascenti oues repente rubus ardere uisa, flammis tamen, quod erat mirabilius, innoxiis. qua nouitate obstupefactus rubo propius ac- 2
cessit, statimque ad eum istius modi fere uerbis Deus locutus est: Dominum se esse Abraham, Isaac et Iacob, quorum progeniem, Aegyptiorum dominatione depressam, ereptam malis cupiat: iret
ergo ad regem Aegypti ducemque se populi in libertatem restituendi praestaret. cunctantem potestate confirmat, uirtutem ei signorum faciendorum impertiens. ita Moyses in Aegyptum pro- 3
fectus, signis prius apud suos editis, assumpto fratre Aaron regem adiit: missum se a Deo prodit uerbisque se Dei dicere, populum
Hebraeum uti dimitteret. at ille negans se Dominum nosse parere imperio abnuebat. cumque Moyses in testimonium mandatorum 4
Dei ex uirga draconem fecisset, mox aquas omnes in sanguinem conuertisset totamque terram ranis opplesset, facientibus similia Chaldaeis, magicas esse artes, quaecumque per Moysen fierent,
potius quam Dei uirtutem pronuntiabat, donec superductis scini-

14 Exod. 3. 21 Exod. 4. 24 Exod. 5. 25 Exod. 6—8.

2 Madiam *de Prato cum LXX* || iothor *P*, *ut uoluit Drusius:* Iethor *b* 4 Gersam *de Prato:* gersan *P*, Gersom *b* || Elieser *b* 5 lege *P*, *ut coni. Vonck:* legem *b* 9 prae doloris *b:* predoris *P* 14 conuersis *Vonck:* conuersi *Pb* 18 Deum *Drusius coll. Exod. 3, 6* 19 dominationē *P* || iret ergo *P:* iter ergo susciperet *b* 21 potestatē *P* 30 scyniphibus (*ex Graeco σκνιψι*) *P*, cyniphibus *b*, ciniphibus *uulgo*

Digitized by Google

phibus terra oppleta est, Chaldaeis fatentibus maiestate diuina ista
5 fieri. tum rex malo coactus, aduocato ad se Moyse et Aaron, dat
populo discedendi potestatem, modo ut superductam cladem auer-
6 terent. sed ubi clades exempta est, impotens sui animus, in se
reuersus, exire, ut conuenerat, Israelitas non patiebatur. ad
extremum decem plagis corporis et regni sui contusus et euic-
tus est.

15 Sed pridie quam Aegypto populus egressus est, mandatis Dei
instruitur rudis adhuc temporum, mensem illum, qui tunc erat,
primum omnium mensium esse cognosceret: sacrificium autem
diei illius in sollemnitatem consequentium saeculorum ita esse
celebrandum, ut quarta decima die mensis agnus inmaculatus, anni-
culus, uictima caederetur, eiusdem sanguine postes illinirentur:
carnem penitus exedendam, os autem non conterendum: septem
diebus fermento abstinerent, azymis uterentur, ritumque hunc
2 posteris traderent. ita populus egressus diues et suis copiis et
Aegypti spoliis cumulatior: cuius numerus ex quinque et septua-
ginta Hebraeis, qui primi in Aegyptum descenderant, ad milia
uirorum sescenta peruenerat... ab eo autem, quo primum Abraham
terram Chananaeorum accesserat, anno trigesimo et quadringen-
tesimo, a diluuio autem mille quingentis quinque et septuaginta.
3 igitur propere egressis columna nubis interdiu, noctu columna
ignis praeferebatur. sed cum ob interiectum sinum rubri maris
praeter terram Phylistiim uia duceret, ne postea Hebraeis eremum
aspernantibus redeundi in Aegyptum continentibus terris noto
itinere facultas panderetur, nutu Dei auersi in rubrum mare illati
4 sunt castraque ibi cunctantes constituerunt. quod ubi regi nuntia-

4 Exod. 9—11 7 Exod. 12 sq. 19 Exod. 12. 23 Exod. 14.

1 fatentibus *b:* facientibus *P* 2 moysen *P* 3 populũ *P* 5 israhe-
litas *P* 8 pridie *de Prato:* pridem *P*, prius *b* || est egressus *b* 9 Domini *b*
11 solennitatem *b* 16 dives et *P:* et *om. b* || et] ex *P* 18 primi in
scripsi: primum *Pb* 19 sexcenta *b* || peruenerat *Pb:* peruenerant *edd.
priores pleraeque* || ab eo autem] *nisi malis Vorstium secutus* ab eo tem-
pore *scribere, uerum de Prato uidisse existimandus est, qui hic enuntiatum
intercidisse statuit, quod sic explere conatus est:* peruenerat [id factum
post annos ccv ab eo tempore quo Jacob in Aegyptum peruenerat:] ab eo
autem *etc.* 24 Philistiim *de Prato* (*secundum Graecum* Φυλιστιείμ),
phylistim *P*, Philistim *b* || heremum *P*

Digitized by Google

tum est, Hebraeum populum uiae errore in obiectum mare deuenisse, nullum ei esse exitum obsistente elemento, furens animi, quoniam angebatur, tot hominum milia regno suo et potestati decedere, exercitum propere educit. iamque eminus arma signaque et protentae patentibus late campis acies uisebantur, cum Hebraeis metu trepidis et caelum aspectantibus Moyses a Deo monitus percussum uirga mare discidit. ita populo, cedentibus in latera aquis, uelut in continenti iter peruium fuit. nec cunctatus rex Aegyptius cedentes insequi mare, qua patebat, ingressus: mox coëuntibus aquis cum omni exercitu deletus est.

Tunc Moyses incolumitate suorum, exitio hostium uirtute exultans canticum Deo cecinit, idemque omnis turba uirilis ac muliebris sexus fecit. sed ingressos eremum, cum iam per triduum iter agerent, aquae penuria urgebat, repertaque ob amaritudinem usui non erat. ac tum primum impatientis populi contumacia apparuit iamque in Moysen ferebatur, cum edoctus a Deo lignum aquis intulit, cuius haec uis fuit, ut dulcem saporem fluentis redderet. exin promotum agmen apud Elim duodecim fontibus aquarum et septuaginta arboribus palmarum repertis consedit. rursum populus famem conquerens Moysen increpabat, Aegypti seruitium cum saturitate uentris desiderans: tum grex coturnicum superne missus castra oppleuit. postero autem die animaduertunt qui extra castra processerant, paruis quibusdam siliquis oppletum solum: quarum species in modum coriandri seminis glaciali albitudine erat, ut crebro hibernis mensibus superductis pruinis tegi terram uidemus. tum per Moysen populus admonetur, panem hunc eis munere missum Dei: unumquemque in id paratis uasculis tantum

11 Exod. 15. 19 Exod. 16.

2 *fort.* nec ullum 3 quoniam *scripsi:* quo *Pb* (*pro* quō), quod *de Prato* 4 excercitum *P*, *item v. 10* excercitu 7 *verba* uelut — aegyptius *P in litura scripta habet, sed prima manu* 11 incolumitate suorum, exitio hostium *b*: incolumitate exitium hostium *P*, *an* ob incolumitatem suorum et exitium h. *?* || uirtute *P:* uirtuteque *b*, uirtuteque Dei *Sigonius* 12 Domino *b* 13 mulieris *P* || ingressus *P*, *em. Sigonius* || heremum *P* 15 impatentis (*non* impatientis) *P*, impotentis *b* || contumatia *P* 19 arborum *Pb*, *em. Sigonius; cf. 1, 27, 3* oliuarum arbores exustae 21 tum rex coturnuscum *P*, *em. in b* 24 albedine *b* 26 pannem *P*

Digitized by Google

usurpare debere, quantum in diem unum pro numero singulis satis esset: sexto tamen die, quia sabbato colligi non liceret, duplum
7 praesumerent. uerum populus, ut semper parum dicto audiens, more humani ingenii non refrenauit cupiditatem, ex reconditis in posterum quoque diem consulens. sed reposita foetore diro in uer-
8 mes efferuescebant, cum die sexto in sabbatum reseruata integra permanerent. hoc Hebraei per XL annos cibo usi, cuius sapor melli proximus: nomen manna traditur. in testimonium autem diuini muneris reseruasse Moyses gomor plenum in uase aureo dicitur.

17 Inde progressus populus, cum aquae penuria temptaretur, aegre ab exitio ducis temperabat. tum Moyses mandante Domino apud locum, cui Choreb nomen est, uirga petram percutiens large
2 aquae copiam fecit. sed ubi Raphidin peruentum, Amalecitae populum incursionibus uastabant. Moyses suis in proelium eductis,
cum Iesum bellantibus praefecisset, assumpto Aaron et Vr spectator pugnae futurus, simul precandi Dominum gratia, montem conscendit. sed cum dubio euentu acies concurrissent, Moysi precibus
3 uictor Iesus hostes in noctem cecidit. per idem tempus Iothor, Moysi socer, cum filia Sepphora, quae Moysi nupta, proficiscente in Aegyptum uiro, domi resederat, liberisque eius, cognitis rebus
4 quae per Moysen gerebantur, ad eum uenit. huius consilio Moyses ordines populi distribuit: tribunos centurionesque et decuriones praeficiens necessarium disciplinae ritum posteris tradidit: Iothor
5 in patriam regressus. exin ad Sinam montem peruentum. ibi Moyses a Domino monetur, populus ut sanctificaretur, auditurus Dei uoces: idque sollicite curatum. sed ubi Deus monti institit, ualidis tubarum clangoribus aër quatiebatur, crassaeque nubes
6 crebris cum fulminibus aduoluebantur. sed Moyses et Aaron in

11 Exod. 17. 19 Exod. 18. 25 Exod. 19.

1 pro numero domesticorum (*uel* familiae) *malebat de Prato* 5 fetore *P* 7 cibo sunt usi *b* || cuius *b:* cū *P (pro* cui', *ut* cuius *semper scriptum est)* 8 tradit *P* 9 diuini *b:* diluuii *P* 12 teperabat *P* 13 Choreb *Exod. 17, 6:* chreph *P*, Oreb *b* 14 amalechitae *Pb* 15 uexabant *malebat Sigonius* 16 Ὼρ *LXX* 19 hiesus *P* 19 *et* 24 Jethro *b* 23 distribuit et *malebat de Prato (ad 1, 25 pag. 41)* 25 synam *P* 26 sanctificaret *P* 29 fluminibus *P*

Digitized by Google

montis cacumine Dominum propter, populus circa ima montis constitit. ita lex lata multiplex et copiosa Dei uerbis, et saepe repetita: cuius si quis erit curiosior, fontem ipsum adeat, nos eam breuiter perstringimus. Non erunt, inquit, tibi dii alieni praeter 7
me: non facies tibi idolum: non sumes nomen Dei tui in uanum: sabbato nullum opus facies: honorifica patrem tuum et matrem tuam: *non occides*: non moechaberis: non furtum facies: non falsum testimonium dices aduersus proximum tuum: non concupisces quicquam proximi tui.

His a Deo dictis, cum tubae circumstreperent, lampades in- 18
ardescerent, montem fumus obtegeret, populus prae timore inhorruit, uerba Dei non sustinens: poposcitque a Moyse, ut ipsi tantum loqueretur Deus atque ita audita ad populum referret. edicta au- 2
tem Dei ad Moysen istius modi sunt: Hebraeus puer pecunia emptus sex annis seruiet, post haec liber erit: sponte autem permanenti in seruitute auris forabitur. qui hominem occiderit, capite poenas luet: qui imprudens, rite exul erit. qui patrem matremue pulsauerit conuiciumue eis dixerit, capitali supplicio afficitor. si 3
quis Hebraeum subreptum uendiderit, morti dabitur. si quis seruum proprium seruamue percusserit exque eo ictu obierit, reus in iudicio fiet. si quis partum non deformatum mulieri excusserit ... neci dabitur. si quis seruo oculum aut dentem extorserit, seruus uindicta liberabitur. taurus si hominem occiderit, lapidabitur: si 4
dominus sciens bestiae uitium non consuluerit, et ipse lapidabitur, aut pretio se redimat, in quantum accusator poposcerit. si seruum taurus occiderit, in triginta didrachmis pecunia domino numerabitur. si quis defossum lacum non cooperuerit pecusque in lacum 5

2 Exod. 20. 14 Exod. 21.

4 Dei alieni *b* 5 sŭmes *P* 7 non occides *om. P* 13 Dominus *b* 16 qui prudens hominem *Sigonius* 18 conuiciumque *Pb*, *em. de Prato* || afficitur *P* 20 isque *malebat Vonck* || in *om. b* 21 excusserit] *Exod. 21, 22: Ἐὰν δὲ μάχωνται δύο ἄνδρες καὶ πατάξωσι γυναῖκα ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς μὴ ἐξεικονισμένον, ἐπιζήμιον ζημιωθήσεται· καθότι ἂν ἐπιβάλῃ ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικός, δώσει μετὰ ἀξιώματος. ἐὰν δὲ ἐξεικονισμένον ᾖ, δώσει ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς. Suppleuit de Prato secundum Drusium:* si quis partum non deformatum mulieri excusserit, [multam pendet; si deformatum] neci dabitur. 26 dragmis *P*, *em. Drusius ex LXX Exod. 21, 32*

Digitized by Google

ceciderit, pretium pecudis domino dabit. si taurus alterius taurum occiderit, pecus uenumdabitur pretiumque domini partientur, peremptum etiam diuident. quod si dominus uitium tauri sciens non
6 consuluerit, taurum dabit. si quis uitulum subripuerit, quinque restituet: si ouem subripuerit, quadrupli poena erit: si uiua penes abactorem pecora reperientur, dupla restituet. nocturnum furem occidi licet, diurnum non licet. si cuius pecora alterius sata depauerint, dominus pecoris euersa restituet. si depositum perierit, is, penes quem depositum fuit, iurabit nihil se dolo egisse. fur inuentus duplum dabit. commendatum pecus a bestia interceptum non
7 restituetur. si quis uirginem nondum desponsatam corruperit, dotabit puellam et ita eam uxorem accipiet: si pater puellae nuptias recusauerit, dotem raptor dabit. si quis se pecudi miscuerit, morti
8 dabitur. sacrificans idolis pereat. uiduam et orphanum non premendos: pauperem debitorem non perurguendum, nec usuram poscendam: vestimentum pauperis pro pignore non accipiendum. principem populi non increpandum. primogenita omnia Deo offerenda. carnem a fera captam non edendam. coitiones in testimonium falsum aut in quamcunque malitiam non esse faciendas. [inimici pecus errans non praeteribis, sed reduces. si animal inimici
9 succubuisse oneri inueneris, erigere debebis. innocentem et iustum non occides. non iustificabis impium pro muneribus.] munera non accipienda. aduenam benigne habendum. sex diebus opus faciendum, sabbato requiescendum. fructus septimi anni non metendos, sed pauperibus et egenis relinquendos.

19 Haec fere Moyses ad populum verba Dei retulit altariumque
2 ex duodecim lapidibus sub monte constituit. ac rursum montem, in quo Deus consistebat, conscendit, adhibito secum Aaron, Nabad

18 Exod. 23. 27 Exod. 24.

1 si taurus alicuius alterius taurum *malebat Vorstius, ut est in LXX Exod. 21, 35:* ἐὰν δὲ κερατίσῃ τινὸς ταῦρος τὸν ταῦρον τοῦ πλησίον 2 uenũndabitur *P* 4 non concluserit *Latinus Latinius, at u. ind.* 5 subripuerit (*post* ouem) *redundare uidetur* 10 a bestia *P:* ab hoste *Sigonius* 14 orfanum *P* 15 perurgendum *b* 17 Domino *b* 18 edendum *P* 19 in quacunque malitia *Pb, em. Vonck et de Prato* 20 inimici — muneribus] *haec spuria esse intellexit Bernays, über die Chronik des Sulp. Sev. p. 35 sq.* 25 pauperibus gentis *Bernays p. 41 n. 56* 28 Dominus *b* || adhybito *P* || Nadab *Drusius*

Digitized by Google

et Abiud maioribusque natu septuaginta. sed hi non ualentes Dominum intueri, locum tamen, in quo Deus stabat, uiderunt: cuius mirabilis forma et claritudo eximia refertur. Moyses accersitus autem a Deo interiorem nubem, quae circum Deum steterat, ingressus, quadraginta diebus totidemque noctibus ibi fuisse traditur. quo tempore super aedificando tabernaculo atque arca rituque 3 sacrificandi edoctus uerbis Dei est: quae ego, quia prolixa admodum uidebantur, inserenda huic tam praeciso operi non putaui. sed 4 immorante diutius Moyse, quippe qui XL dies apud Dominum duceret, populus desperato eius reditu Aaron compulit simulacra facere. tunc ex metallis conflatis uituli caput extitit. cui cum popu- 5 lus, Dei immemor, hostias obtulisset uinoque se et uentri dedisset, Deus spectans haec iusto dolore improbum populum nisi a Moyse exoratus delesset. sed regressus Moyses, cum duas ex lapide ta- 6 bulas manu Dei scriptas detulisset, populumque luxui et sacrilegio deditum deprehendisset, tabulas confregit, indignam esse gentem existimans, cui lex Domini traderetur. multis tamen increpitos Leuitas ad se gregauit eisdemque praecepit, ut districtis gladiis populum caederent. quo impetu XX tria milia uirorum perempta traduntur. tum Moyses tabernaculum extra castra constituit: quod 7 quotiens fuisset ingressus, columna nubis astare pro foribus uisebatur coramque ad Moysen Deus loquebatur. poscente autem Moyse 8 ut Dominum in maiestate propria uideret, responsum formam Dei mortalibus oculis perspici non posse, posteriora tamen eius uidere concessum: tabulaeque, quas Moyses prius confregerat, refectae. sed in hoc colloquio Dei XL diebus diuersatus apud Dominum Moyses traditur. cumque de monte descenderet tabulas praeferens, 9 tanta claritudine facies eius renidebat, ut intueri eum populus non

3 Exod. 25—31. 9 Exod. 32. 20 Exod. 33. 27 Exod. 34.

1 ualentes *P ut coni. Sigonius:* uolentes *b* 2 Dominus *b* 3 Moyses autem accersitus a Domino *b* 4 Dominum *b* 12 Domini *b*, item u. 15 13 deus spectans *scripsi:* despectans *P* (despectans haec iusto dolore Deus *b*) 14 exoratus *P:* fuisset exoratus *b* 15 manū *P* 17 increpitos *Drusius (cf. 2,10,4):* increpitis *Pb; 'historiae ueritas suaderet legendum:* multis t. Aarone increpito' *de Prato* 18 gregauit *P:* aggregauit *b* || *immo* destrictis 19 .xx. tria milia *P*, tria milia *malebat Vorstius cum textu Hebr. et LXX (Exod. 32, 28), sed est in Vulg.* XXIII m. 22 Dominus *b* 26 sed *Pb:* et *Vonck*

Digitized by Google

ualeret. sed cum mandata Dei relaturus esset, uultum uelamento obtexit, atque ita ad populum uerbis Dei locutus est. hoc in loco tabernaculum interiorumque eius aedificatio referetur. quo consummato nubes superne decidit atque ita tabernaculum obumbrauit, ut ipsum Moysen aditu excluderet. haec fere duobus libris, Genesi atque Exodo, continentur.

Exin Leuiticus liber sequitur, in quo litandi praecepta traduntur, mandata etiam latae superius legi adduntur, plena omnia sacerdotalibus institutis. quae si quis cognoscere uolet, perfectius inde capiet. nos enim suscepti operis modum custodientes solam historiam persequimur. Igitur Leui tribu in sacerdotium segregata reliquae tribus dinumeratae repertaque hominum $\overline{\text{DC}}$ et $\overline{\text{III}}$ D. cum ergo populus mannae cibo, ut supra retulimus, uteretur, tot tantisque beneficiis Dei, ut semper, ingratus uiles, quibus in Aegypto assueuerat, desiderabat. tum Deus inmensam copiam coturnicum castris intulit: quas cum auide diriperent, primoribus labiis admotis carnibus interibant. magnaque eo die in castris clades fuit, adeo ut $\overline{\text{XX}}$ et $\overline{\text{III}}$ virorum perisse tradantur. ita populus eo, quem desiderabat, cibo punitus est. inde promotum agmen et in Faran uentum est: edoctusque a Deo Moyses, uicinam esse terram, cuius possessionem eis promiserat Deus, exploratoribus in eam missis renuntiatur, felicem omni copia esse regionem, sed gentes ualidas et munita ingentibus muris oppida. quod ubi populo compertum, magna mentes omnium formido incesserat: eoque mali uentum,

11 Num. 1 sqq. 14 Num. 11. 17 Num. 12, sq. 22 Num. 14.

2 Domini *b* 3 tabernaculū *P:* tabernaculi *b* || referetur *P:* refertur *b, quo recepto* hoc in loco *interpretantur 'scilicet ab Exodi cap. 35 usque ad finem libri'. Quodsi codicis scriptura uera est, adnotationem Seueri de re habemus, quam exsecuturus erat, sed incertum qua causa praetermisit* 8 legi *Vonck:* legis *Pb* 10 hystoriam *P* 11 persequimur] *sic P, non* prosequimur, *ut ait de Prato* 12 .$\overline{\text{DC}}$. et .III. .D. *P,* DC et III M *b; nos scripsimus* $\overline{\text{III}}$ *addito signo millenario, ut iam sit numerus hominum 603,500; in quarto libro Pentateuchi (Num. 1, 46) numerus est 603 milia et 550* 15 desiderabat *P* (*sc.* cibos): dapes desiderabat *b* || Dominus *b, item u. 21* 17 clades in castris *b* 18 .$\overline{\text{XX}}$. et .$\overline{\text{III}}$. uirorum *P:* XX et III virorum millia *b* || perisse traduntur *P,* periisse tradantur *b* 19 desiderauerat *de Prato* 20 a Domino *b* 21 ei *malebat de Prato*

Digitized by Google

ut spreto Moysi imperio ducem sibi constituere pararent, cuius ductu in Aegyptum reuerterentur. tum Iesus et Chaleb, qui inter 7
exploratores terrae fuerant, conscissis uestibus flentes populum obtestantur, ne exploratoribus credant, formidolosa referentibus:
5 se quoque una cum his fuisse, nihil metuendum in solo illo repperisse: promissis illos Dei confidere oportere, hostes praedae po- 8
tius quam exitio fore. sed gens indomita, sanis consiliis male renitens, in perniciem eorum ferebatur. quis rebus commotus Deus partem populi hostibus caedendam obiecit, exploratoribus inter-
10 fectis ad uulgi formidinem.

Secuta est eorum contumacia, qui se Dathan et Abiron du- 21
cibus aduersum Moysen et Aaron erigere conati sunt: sed eos uiuos hiatu suo terra obsorbuit. nec multo post totius populi in Moysen 2
et Aaron orta seditio est, adeo ut tabernaculum, quod erat nefas
15 ni sacerdotibus introire, irrumperent. tum uero cateruatim in eos grassata mors est: momentoque omnes interissent, nisi Moysi precibus placatus Dominus cladem auertisset. numerus tamen peremptorum septingenti et XIIII milia fuit. nec multo post ob aquae 3
penuriam, ut iam saepius, populi exorta seditio est. tum Moyses
20 a Deo monitus, ut petram uirga feriret, familiari sibi experimento, siquidem id iam ante fecisset, semel atque iterum petram percussit, atque ita aqua effluxit. in quo quidem notatus a Deo Moyses refertur, quod per diffidentiam non nisi iterato ictu aquam eduxerit: denique ob hoc peccatum promissam sibi terram non in-
25 gressus est, sicut inferius ostendam. igitur Moyses ex eo loco pro- 4
mouens, cum praeter Edom agmen ducere pararet, missis ad regem legatis transeundi copiam poposcit, ob ius sanguinis bello abstinendum ratus: etenim gens illa Esau progenies erat. sed rex supplices aspernatus transitum negauit, paratus armis contendere.

11 Num. 16 sq. 13 Num. 20.

1 spreto *b:* exp̃to *P* 2 Tunc *b* 5 unã *P* || nibil *P* || reperisse *b* 8 in perniciem suam *Drusius et de Prato; at refertur* eorum *ad Jesum et Chalebum, u. Num. 14, 10* || queis rebus commotus Dominus *b* 9 obiecit. Exploratoribus *b et edd. priores; uerborum distinctionem emendauit de Prato* 11 contumatia *P* || Abirom *Drusius* 13 obsorbuit *P:* absorbuit *b* 15 ni *P:* nisi *b* 18 .DCC. et .XIIII. milia *P* 19 Tunc Moises a Domino *b* 20 familiare *P* 22 a Domino *b* 26 ducere *de Prato:* educere *Pb*

Digitized by Google

tum Moyses in Or montem iter conuertit, uetita uia abstinens, ne quam inter consanguineos causam belli praeberet, in eoque cursu regem gentis Chananaeorum deleuit. Seon quoque regem Amorraeorum perculit omnibusque eorum oppidis potitus est: Basan etiam et Balac reges deuicit. castra super Iordanem haud longe ab Iericho molitus est. tum aduersus Madianitas certatum uicti- 6 que et subacti sunt. Moyses mortuus est, cum XL in deserto annos populo praefuisset. ceterum Hebraei ob hanc causam tanto tempore in eremo fuisse traduntur, donec omnes, qui uerbis Dei non crediderant, interirent. excepto enim Iesu et Chaleb nemo ultra 7 XX annos natus, Aegypto profectus, Iordanem transiit. ipse Moyses ut terram promissam uideret tantum nec contingeret, peccato eius adscribitur, quod eo tempore, quo saxum ferire et aquam producere praeceptus est, post tot uirtutum suarum experimenta 8 dubitauerit. decessit autem anno aetatis uigesimo et centesimo. de sepulchri loco parum compertum.

22 Moyse mortuo summa rerum penes Iesum Naue filium erat: etenim illum sibi Moyses successorem constituerat, uirum uirtu- 2 tibus sui simillimum. principio autem suscepti imperii dimissis per castra nuntiis populum certiorem facit frumentum uti para- 3 rent, triduoque proximo iter pronuntiat. sed Iordanis flumen ualidissimum transitum prohibebat, quia neque nauium copia pro tempore erat neque uadari fluuius poterat, qui tum pleno alueo ferebatur. igitur arcam praeferri a sacerdotibus eosdemque aduerso flumine consistere iubet, quo facto incisus Iordanis traditur: ita 4 per siccum copiae traductae. erat in his locis oppidum nomine Iericho, muris ualidissimis munitum neque expugnationi neque

2 Num. 21 et Deut. 3, 20. 3 Num. 22 sqq. 7 Num. 31. Deut. 34. 11 Deut. 32. 17 Jos. 1. 24 Jos. 3.

1 in Hor m. *Drusius* || ne quam *b*: nequaquã *P* 2 in eoque *de Prato:* in eo quoque *Pb* 3 amorreorum *Pb* 4 omnibusque *Vonck:* omniumque *Pb* 5 etiam *Pb:* quoque *edd. pleraeque* || castra *P:* et castra *b* 6 iericho *P, sed infra c. 22* hiericho || Tunc *b* 9 heremo *P* 13 asscribitur *P* 15 de sepulchri loco *b:* depulchro loco *P* 17 Moyses *P ante rasuram* || Naue] *Nαυῆ in LXX corruptum esse ex Naῦν notauit Drusius* 19 sui simillimum *Sigonius:* suis simillimum *Pb* 21 flumen uadosissimum *malebat de Prato* 26 erant *P* 27 Hiericho *Pb*

Digitized by Google

obsidioni facile. sed Iesus Deo fretus, non armis aut uiribus urbem aggressus, ferri arcam Dei circa muros iubet sacerdotesque praeire arcam et tuba canere. sed cum arca septies circumacta esset, muri ac turres conciderunt, direptum oppidum atque incensum. tum Iesus Deum traditur . . . inde aduersus Geth ductus exercitus, locatisque a tergo urbis insidiis, Iesus metum simulans, terga hosti dedit. quo uiso qui in oppido erant patentibus portis cedentibus instare. ita hi, qui in insidiis fuerant, uacuam urbem cepere, caesique omnes absque ullius effugio: rex captus summoque supplicio affectus.

Quod ubi uicinarum gentium regibus compertum est, in 23
bellum conspirant Hebraeos armis depellere. uerum Gabaonitae, gens ualida ex urbe opulenta, ultro se Hebraeis dediderunt, iussa facturos pollicentes, receptique in fidem: ut ligna et aquam con- 2
ueherent imperatum. sed regibus proximarum urbium deditio eorum iras conciuerat. itaque admotis copiis oppidum eorum Gabaoth nomine obsidione circumsistunt. igitur oppidani, artis rebus suis, nuntios ad Iesum mittunt, obsessis uti succurreret. ita ille 3
maturato itinere inopinantibus superuenit caesaque ad internecionem multa hostium milia. cum dies caedentes deficeret noxque uictis futura praesidio uideretur, merito fidei dux Hebraeus noctem auertit, dies perseuerauit: ita nullum hostibus effugium fuit. quinque reges capti interfecti sunt. eodem impetu uicinae quoque urbes imperio adiectae regesque earum perempti. uerum quia omnia haec 4
in ordinem persequi non fuit consilium, dum breuitati studemus,

1 Jos. 6. 5 Jos. 8. 11 Jos. 9. 16 Jos. 10. 23 Jos. 11. 24 Jos. 12.

1 facilis *Pb* || Domino *b* 3 circumaeta *P:* circumlata *b* 4 turres *Pb:* turris *edd. multae uitiose* 5 Dominum *b* || traditur] *supplet Galesinius ex Josuae cap. 6, 26:* Tum Jesus Dominum traditur allocutus, iis male precando, qui Hierichon oppidum ope diuina disturbatum instaurare aggrederentur. || Geth *Pb:* Gai *de Prato (praeeunte Drusio) cum graecis Bibliis et Hieronymo de locis Palestinae* || excercitus *P* 12 *'mallem tantum uel* in bellum conspirant *uel* conspirant H. armis depellere' de Prato; *cf. II, 11, 4* 13 dediderunt *Galesinius:* dederunt *Pb* 14 *malim* receptisque in fidem .. imperatum 16 Gabaoth *Pb:* Gabaon *Drusius* 17 artis *P :* arctis *b* 18 nuntiiss *(sic) P* || succurret *P* 19 internecionem | ulta *P*

Digitized by Google

id modo annotandum curauimus, XX et nouem regna imperio Hebraeorum subiecta: quorum terra per undecim tribus uiritim distributa est. Leuitis enim in sacerdotium assumptis nulla portio data, quo liberius seruirent Deo. equidem hoc exemplum non tacitus praeterierim, legendumque ministris ecclesiarum libenter ingesserim. etenim praecepti huius non solum immemores, sed etiam ignari mihi uidentur: tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido ueluti tabes incessit. inhiant possessionibus, praedia excolunt, auro incubant, emunt uenduntque, quaestui per omnia student. at si qui melioris propositi uidentur, neque possidentes neque negotiantes, quod est multo turpius, sedentes munera expectant, atque omne uitae decus mercede corruptum habent, dum quasi uenalem praeferunt sanctitatem. sed longius quam uolui egressus sum, dum me temporum nostrorum piget taedetque: ad inceptum redeo. igitur, ut supra dixi, diuiso per tribus captiuo solo, pace summa Hebraei perfruebantur, finitimis bello territis tot uictoriis nobiles armis temptare. eodem tractu Iesus mortuus est, anno aetatis decimo et centesimo. de imperii autem eius tempore parum definio: frequens tamen opinio est, XX et VII annis eum Hebraeis praefuisse. quod si ita est, a mundi exordio in excessum eius anni sunt $\overline{\text{III}}$ D CCC LXXX et IIII.

24 Iesu mortuo populus sine duce agebat. sed cum aduersus Chananaeos bellandum esset, dux belli Iudas assumptus est. huius ductu res prospere gestae: domi militiaeque summum otium: populus subactis aut per deditionem acceptis gentibus imperitabat. inde, ut semper fieri secundis rebus solet, morum disciplinaeque immemor matrimonia ex uictis assumere paulatimque externos mores trahere ac mox profano ritu idolis sacrificare occepit: adeo

3 Jos. 13. sqq. 15 Jos. 23. 24. 22 Jud. 1.

1 XXXI *Sigonius coll. Jos. 12, 24.* 2 terra per undecim tribus uiritim *b*: trib; per undecim tribus uirtutem *P; uerum erat* per XII tribus, *sed uidetur error ipsius Seueri* 6 immoemores *P* 7 labendi *P* 15 incoeptum *Pb* 17 armis nemine audente tentare *b ex interpolatione* || tractu temporis *malebat de Prato,* temporum tractu *Vonck coll. I, 13. II, 5. 9. 12. 33.* 21 $\overline{\text{III}}$ *P, ut coni. Giselinus:* M *b* 22 chananeos *P* 23 Juda *coni. Drusius, quoniam de tribu sermo est* 25 populus aut subactis *b* 27 assumere *b*: assumpsere *P*

Digitized by Google

cuncta cum externis societas perniciosa est. quae Deus longo ante prospiciens salubri Hebraeos responso instruxerat, deuictas gentes ut internecioni darent. sed plebs cupida dominandi imperare victis cum pernicie malebat. igitur cum relicto Deo idola colerent, 3
destituti diuino auxilio, a rege Mesopotamiae euicti et subacti VIII annis captiuitatem pependerunt, donec Gothoniel duce in libertatem restituti per quinquaginta annos rerum potiti sunt. rursumque corrupti longae pacis malo idolis litauerunt. moxque aderat poena peccantibus: ab Eglom rege Moabitarum deuicti duo- 4
deuiginti annis seruierunt, donec instinctu Dei Aod regem hostium dolo interemit contractoque tumultuario exercitu libertatem armis uindicauit. idem per LXXX annos in pace Hebraeis praefuit. huic Semigar successit: isque aduersus Allophylos congressus secundum euentu proelium fecit. rursumque Hebraeos sectantes idola 5
rex Chananaeorum Iabin nomine subiugauit grauissimamque in eos per XX annos dominationem exercuit, donec pristinum Debbora mulier statum reddidit. adeo nihil spei in eorum ducibus erat, ut muliebri auxilio defenderentur. quamquam haec in typum ecclesiae [forma] praemissa sit, cuius auxilio captiuitas depulsa
est. sub hac duce uel iudice XL annis Hebraei fuerunt. rursumque 6
ob peccata Madianitis traditi duro imperio habebantur, afflictique malo seruitutis diuinum auxilium implorauerunt. ita semper in secundis rebus immemores caelestium beneficiorum idolis supplicabant, in aduersis Deo. unde cum reputare in animo soleo, po- 7
pulum tot beneficiis Dei obligatum, tot cladibus cum peccaret coercitum, expertumque et misericordiam et seueritatem Dei nequaquam emendatum, et cum semper ueniam erroris acciperet, semper peccasse post ueniam, nihil mirum uideri potest Christum

4 Jud. 3. 14 Jud. 4 sq. 20 Jud. 5.

1 pernitiosa *P, item u. 4* pernitie || longo *P*: longe *b* 3 intérnetioni *P* 5 *malim* Mesopotamiae uicti 6 VIII *Vorstius (cf. Jud. 3, 8):* VII *Pb* || libertate *P* 7 quadraginta *Judicum 3, 11, cf. de Prato ad h. l.* 9 Eglom *Vorstius:* eglo *P* (ab Eglo enim rege *b*) 10 intinctu *P* || Aod Drusius*:* Adon *Pb* 11 exercitui *P* 13 Samegar *LXX et August. Quaest. 25 in lib. Jud.* || isque *P* (*corr. 1 m. ex* icque): hicque *b* || aduersum *P corr.* || allofilos *P* || secundo euentu *Drusius* 19 forma *J. C. Hofmeisterus (in ed. Tiguri 1708) glossema esse uidit* || est depulsa *b* 23 coelestium *b* 25 Deo *malebat de Prato*

Digitized by Google

ab his non receptum, cum iam inde ab initio totiens in Domino rebelles deprehendantur: magisque mirum est, illis semper peccantibus numquam Dei, si quando eum implorauerunt, defuisse clementiam.

25 Igitur cum eis, ut supra retulimus, Madianitae dominaren- 5
tur, conuersi ad Dominum, misericordiam solitam flagitantes,
2 impetrauerunt. erat in Hebraeis Gedeon quidam nomine, uir iustus
et carus Deo acceptusque. huic angelus de campo messis domum
reuertenti astitit et 'Dominus' inquit 'tecum, potens in uirtute'.
3 at ille uoce humili non esse in se Deum ingemescebat, siquidem 10
quod populum captiuitas premeret, uirtutumque Domini, qui eos
4 de terra Aegypti eduxerat, flens recordabatur. tum angelus 'uade'
inquit 'in hoc spiritu, quo locutus es, et populum de captiuitate eripe.' ille uero abnuere se infractis suorum uiribus, cum
ipse minimus esset, tantum onus suscipere. perstare angelus, ne 15
5 dubitaret posse fieri, quae Deus loquebatur. perfecto sacrificio
dirutaque ara, quam Baalis idolo Madianitae sacrauerant, ad suos
profectus castra castris hostium contulit. sed Madianitis etiam
gens Amalech se coniunxerat: Gedeon uero non amplius quam ad
6 triginta et II milia exercitum parauerat. sed priusquam confli- 20
geret, Deus ad eum locutus est, nimiam esse hanc multitudinem,
quam in proelium uellet educere: Hebraeos pro solita perfidia
euentum pugnae non Deo, sed uirtuti suae daturos: itaque daret
uolentibus discedendi potestatem. quod ubi populo diuulgatum,
$\overline{XX}$ et $\overline{II}$ a castris recesserunt. sed ex decem milibus, quae rese- 25
7 derant, admonitus a Deo non amplius quam trecentos tenuit: reliquos ab armis dimisit. ita media uigilia castra hostium ingressus, iussis omnibus tuba canere, magnum terrorem iniecit: neque cuiquam resistendi animus fuit: turpi fuga quo quisque potuit dilapsi.

19 Jud. 7.

1 non esse receptum *b* || toties *b* || in Dominum *Vorstius* 8 Domino *b* 9 et *addidit Vorstius* || inquid *P* 10 Dominum ingemiscebat *b* || siquidem populum *Giselinus* 14 abnuere in se *Hornius; si quid mutandum, potius* se *delendum uidetur* 15 perstare *P:* perstare contra *b* 16 Dominus *b* || perfecto *P:* perfecto igitur *b* 17 bachili *P corr. in* bachali 18 perfectus *P* 19 Amalec *Drusius* 20 II mília] $\overline{II}$ *P* 22 prẹlio *P* || solitã *P* 26 a Domino *b* 29 quisque *b:* quisquã *P* || dilapsi *P:* dilapsis *b*

Digitized by Google

sed occurrentibus omni ex parte Hebraeis passim fugientes cadunt. reges Gedeon persecutus ultra Iordanem, comprehensos neci dedit. ea pugna $\overline{\text{C}}$ et $\overline{\text{XX}}$ ex hostibus caesa, $\overline{\text{XV}}$ capta traduntur. tum 8 consensu omnium Gedeoni, ut princeps populi esset, delatum. quod ille aspernatus communi iure cum ciuibus uiuere quam praeesse suis maluit. depulsa igitur captiuitate, quae septem annos populum continuerat, pax per XL annos fuit.

Sed defuncto Gedeon filius eius Abimelech, ex concubina 26 ortus, fratribus interemptis, pessimis quibusque consentientibus et maxime Sicimorum principibus operam nauantibus, regnum 2 occupauit. isque discordiis ciuilibus exercitus, cum suos bello premeret, turrim quandam, in quam se amisso oppido fugientes receperant, expugnare aggressus, dum incautius subit, saxo a muliere ictus periit, cum triennio imperium tenuisset. huic suc- 3 cessit Thola, qui duobus et XX annis regno potitus est. post hunc Iair fuit, qui cum aeque uiginti et duos annos principatum obtinuisset, populus relicto Deo idolis se mancipauit. obque id Israelitae subacti sunt ab Allophylis et Ammonitis duoque de XX annis sub eorum imperio fuerunt. quo tempore eis Deum inuo- 4 cantibus diuinum responsum redditum est, simulacra potius inuocarent, se non ultra misericordiam ingratis praestiturum. at illi flentes culpam fateri et ueniam precari, abiectisque idolis Deum implorantes negatam licet misericordiam impetrauerunt. igitur 5 Iepta duce ad libertatem armis uindicandam frequentes conueniunt, missis prius ad Ammon regem legatis, finibus suis contentus bello abstineret. at ille proelium non abnuens aciem instruxit. tum Iepta prius quam signum pugnae daretur, uouisse dicitur, si prospere pugnasset, eum, qui sibi primus reuertenti obuius fuisset, hostiam Deo dandum. ita uictis hostibus, cum 6

2 Jud. 8. 8 Jud. 9. 13 Jud. 10. 24 Jud. 11.

3 $\overline{\text{XV}}$ *b:* XV *P* || Tunc *b* 8 Gedeoni *b*, Gedeone *Vonck* 10 Sichimorum *b* || operam *P:* operam ei *b* 15 Thola *Galesinius:* cholias *Pb* 17 Domino *b* || israhelitae *P; item p. 30, 11* 18 ab illophilis *P* || duoq. *b:* duo *P* 19 Dominum *b* 20 diuinum *P:* diuinum scilicet *b* 22 precari ueniam *b* 24 Jephtha *Drusius* 25 Amon ad regem *P*, ad Amō regem *b*, ad Ammonitarum regem *Vorstius*, ad regem filiorum Ammon *Drusius; at cf. 1, 35, 4* ad regem Moab || finibus *P:* ut finibus *b* 26 abstinere *P* 29 damdū *(sic) P, sed* ū *ex* ă *ead. m. corr.*

Digitized by Google

domum rediret, filia ei obuiam fit, quae patrem exceptura uictorem cum tympanis et choris laeta processerat. tum Iepta consternatus, dolore conscissis uestibus, indicat filiae uoti necessitatem. at illa non feminea constantia, mori non recusans, duos tantum tamen menses uitae spatium petit, ut aequales suas prius uideret. quibus actis ultro ad patrem rediit uotumque Deo red-
7 didit. Iepta principatum sex annis tenuit. huic Esebon successit, et tranquillis rebus exacto imperio anno septimo decessit. postque eum Ailon Zabulonites annis x itemque Abdon annis VIII rerum potiti, pacis tempore nihil quod historia loqueretur ediderunt.

27 Rursum Israelitae ad idola conuersi, diuino destituti praesidio, subiecti Allophylis per XL captiuitatis annos poenas per-
2 fidiae pependerunt. ea tempestate Samson natus traditur. huius mater diu sterilis angelum uidit, dictumque ei est, uino et sicera atque inmundis abstineret: fore uti puerum ederet libertatis uindicem et hostium ultorem. ita mulier enixa puerum Samson
3 nomen ei indidit. is intonso capite mirae uirtutis fuisse traditur, adeo ut leonem in uia obuium manu discerperet. uxorem ex Allophylis habuit: quae cum absente uiro in alterius matrimonium conuenisset, dolore ereptae coniugis perniciem genti molitus est: fretus Deo et uiribus palam uictores clade afficiebat. CCC siquidem uulpibus captis, ardentes lampades earum illigauit caudis atque eas agris hostium inmisit. ac tum forte maturis messibus facile
4 incendium fuit, uineaeque et oliuarum arbores exustae. grandi Allophylorum exitio abreptae uxoris iniuriam ultus uidebatur. quo dolore Allophyli permoti mulierem tanti mali causam cum domo et patre incendio consumpserunt. sed Samson parum se uindicatum ratus, urguere omnibus incommodis profanam gentem non desine-
5 bat. tum compulsi Iudaei uinctum eum Allophylis tradiderunt:

7 Jud. 12. 11 Jud. 13. 17 Jud. 14 21 Jud. 15.

4 foeminea *b* 5 tamen *del. Fabricius, item Vonck, nisi* tantum *delendum sit* 6 rediit *Pb:* redit *edd. recentiores* || Domino *b* 7 *Ἐσεβών* LXX 8 et *b: om. P* 9 Allon *Pb, Αἰλών LXX,* Ahialon *uulgo* 12 allophilis *P et sic infra semper* allophili 14 dictuque *P* || sicera *P, sed* s *eadem m. ex* c *corr.* 17 fuisse *Pb: om. edd. recentt. pleraeque* 21 Domino *b* || uictoris *P* 23 immisit. At tum *b* 28 urgere *b*

Digitized by Google

sed traditus ruptis uinculis, arrepto osse asini, quod casus telum dederat, mille ex hostibus prostrauit. ingrauescente autem aestu, cum siti affectus esset, inuocato Deo ex osse, quod manu tenebat, aqua fluxit.

Ea tempestate Samson Hebraeis praeerat, Allophylis unius 28
uirtute domitis. igitur insidiantes uitae eius nec palam eum temptare audentes uxorem eius, quam ille postea acceperat, pecunia corripiunt, uirtutem uiri uti proderet. illa eum blandimento mu- 2
liebri aggressa diu eludentem et multa cunctantem perpulit ut indicaret, in crinibus capitis uirtutem suam subsistere. mox dor- 3
mienti insidiata crinem eius abstulit atque ita eum Allophylis tradidit: nam saepe prius traditum comprehendere nequiuerant. tum illi effossis oculis uinctum compedibus in carcerem coniecerunt. sed spatio temporis accisus crinis crescere et cum eo uirtus 4
redire occeperat. iamque Samson conscius recepti roboris tempus modo iustae ultionis opperiebatur. erat Allophylis moris, cum dies festos agerent, Samson quasi in pompam publicam producere, capto 5
insultantes. ita die quodam, cum publicum epulum in honorem idoli dedissent, Samson exhiberi iubent. templum autem, in quo omnis populus omnesque Allophylorum principes epulabantur, duabus subnixum columnis mirae magnitudinis erat: productus Samson 6
inter columnas statuitur. tum ille tempore arrepto, inuocato prius Domino, columnas disiecit: turbaque omnis ruina domus obruta, ipse cum hostibus non inultus occubuit, cum XX annis Hebraeis praefuisset. huic Simmichar successit, de quo nihil amplius scrip- 7
tura prodidit. nam neque finem imperii eius repperi et fuisse populum sine duce inuenio. ideo, cum aduersus Beniamin tribum ciuile bellum fuit, Iudas temporarius dux belli assumptus est. sed plerique, qui de temporibus scripserunt, annuum imperium eius annotauerunt: plerique ita eum praeterierunt, ut post Samson

6 Jud. 16.

3 Domino *b* 6 teptare *P* 8 corripiunt *P:* corrumpunt *b* 9 multa *P:* multum *b* 10 captis *P* 14 accisos *Pb* || cum eo *P:* cum eis *b* || occoeperat *b* 18 idolis *P* 19 exhyberi *P* 21 mire *P* 25 Simmichar *Pb, at infra c. 29, 7* Semigar 26 reperi *b* 27 ideo *b:* adeo *P* || tribuum *de Prato* 29 plerique] *immo* pauci *(uel* aliqui*); uidetur enim librarius sequens* plerique *calamo praecepisse* || annuum imperium *scripsi*: annũunũ imperiũ *P*, annum unum imperio *edd.*

Digitized by Google

Heli sacerdotem subiunxerint. nos eam rem ut parum compertam in medio relinquemus.

29 Per haec tempora ciuile, ut diximus, bellum exarserat, causa 2 autem motus haec fuit. Leuites quidam cum concubina iter faciens, urguente nocte compulsus in oppido Gabaa, quod ab Beniamitis incolebatur, successerat. cum eum senex quidam hospitio benigne recepisset, iuuenes ex oppido hospitem circumsistunt, stupro eum 3 subdere parantes. multum a sene increpiti aegreque exorati, uicario demum concubinae eius corpore in ludibrium accepto, aduenae pepercerunt, illusamque nocte tota postero die reddiderunt. Sed illa — stupri iniuria an uerecundia, parum definio — uiso uiro 4 animam efflauit. tum Leuita in testimonium diri facinoris membra eius in duodecim discissa partes per duodecim tribus misit, quo 5 promptius omnes facti inuidia commoueret. quod ubi omnibus compertum, undecim reliquae tribus aduersum Beniamin in bellum conspirant. huic bello Iudas, ut diximus, dux fuit. sed duobus proeliis male pugnatum: tertio demum Beniamitae uicti caesique ad internecionem: ita paucorum scelus publico exitio punitum. 6 haec quoque Iudicum uolumine continentur: Regum libri sequuntur. sed mihi annorum ordinem et seriem temporum persequenti 7 parum continuata uidetur historia. nam cum post Samson iudicem Semigar fuerit, pauloque post historia consignet populum sine iudicibus egisse, Heli etiam sacerdos libris regnorum fuisse referatur, sed quot anni inter Heli et Samson fuerint minime scriptura prodiderit, uideo medii quiddam fuisse temporis, quod laboret 8 ambiguo. ceterum a die mortis Iesu usque in id tempus, quo Samson defunctus est, numerantur anni CCCC et XVIIII, a mundi autem 9 exordio anni $\overline{\text{IIII}}$ CCC et III. quamquam ab hac supputatione nostra

4 Jud. 19. 15 Jud. 20 sq.

1 Eli *rectius scribi monuit Drusius* 5 urgente *b* 6 successerat *scripsi:* succederat *P*, secesserat *b; cf. 1, 35, 5* 8 parentes *P* || exorati *Sigonius:* exortati *P*, exhortati *b* 10 crediderunt *P*, *em. in b* 11 uerecundiae *Pb*, *em. in ed. Colon.* || patrum *P* 18 internetionem *P* 19 regnorum *coni. de Prato, ut est infra* || sequuntur *P:* sequentur *b* 21 et 22 hystoria *P* 21 cum *P sup. lin. sed 1 manu* 23 heli *P hic et paulo post* 24 sed *P, ut malebat Vorstius:* sed quum *b* 25 uideo] iudeo *P* 27 XVIIII *Giselinus:* VIIII *P* 28 $\overline{\text{IIII}}$ *Pb:* IV *edd. multae perperam* || III] XXIII *Sigonius*

Digitized by Google

ceteros discordare non nesciam: sed mihi conscius sum, me non incuriose latentem annorum ordinem protulisse, donec in haec tempora incidi, de quibus dubitare me fateor. nunc reliqua exequar.

Igitur, ut supra retuli, Hebraei sine iudice aut duce ullo 30
proprio arbitrio agebant. Heli sacerdos erat: sub hoc Samuel natus est. huic pater Elchana, mater Anna. haec diu sterilis, cum 2
conceptum a Deo peteret, uouisse traditur, si puer nasceretur, sacrandum Deo. ita enixum puerum Heli sacerdoti tradidit. mox cum adoleuisset, Deus ad eum locutus est. Heli sacerdoti iram 3
denuntiat ob uitam filiorum, qui sacerdotium patris in quaestum uerterant, munera a sacrificantibus exigentes: quamquam plerumque eos pater increpasse referatur, sed lenior obiurgatio non satisfecerat disciplinae. igitur Allophylis in Iudaeam irruentibus ob- 4
uiam itum. sed uicti Hebraei parant aciem restituere: arcam Domini secum in pugnam efferunt et cum ea filii sacerdotis prodeunt, quia ipse annis grauior luminibus obductis satisfacere officio nequiuerat. sed ubi arca in conspectum hostium deducta est, maiestate 5
quadam praesentis Dei territi fugam parabant. assumptaque rursum constantia et non sine Deo mutatis animis, totis uiribus concurrunt. uicti Hebraei: arca capitur, filii sacerdotis cadunt. Heli, 6
delato ad se mali nuntio, consternatus animam expirauit, cum per annos XX sacerdotium administrasset.

Victores secundo proelio Allophyli arcam Dei, quae in pote- 31
statem uenerat eorum, oppido Azoto in templum Dagon intulerunt. sed simulacrum daemoni dicatum, ubi arca illata est, corruit: 2
cumque idolum loco restituissent, nocte insecuta discerptum est. inde mures per omnem regionem exorti noxiis morsibus multa hominum milia leto dabant. quo malo compulsi Azotii ad decli- 3
nandam calamitatem arcam Dei ad Gethaeos transtulerunt. qui

5 Jud. 21. I Reg. 1 sqq. 23 I Reg. 5

1 discordiare *P* || non curiose *Pb*, *emendauit Giselinus* 2 done *P* 5 agebant *Vorstius:* agebantur *Pb;* cf. I, 24, 1. 29, 7. 34, 2. II, 9, 2 (?). 10, 4. 46, 8. || Samuhel *P*, *et sic plerumque*, *sed non semper* 6 Elcana *Drusius et deinde* Hanna 8 Domino *et* 9 Dominus *b* 10 denuntians ob uitia *de Prato* 11 a *om. P* || quanquam *P* 12 lenior *P:* leuior *b* 14 aciem *b:* etiem *P* 17 conspectu *P* 18 Domini *et* 19 Domino *b* 28 loeto dabunt *P* 29 getheos *P*

Digitized by Google

cum simili clade afficerentur, in oppidum Ascalonensium arcam transuexerunt. his uero, aduocatis gentis eius primoribus, consilium fuit, arcam Domini Hebraeis reddere. ita ex sententia principum augurumque et sacerdotum imposita uehiculo multis cum
4 muneribus remittitur. illud mirabile, quod, cum oneri boues feminas subiecissent uitulosque earum domi retinuissent, iter nullo duce in Iudaeam pecudes direxerunt, non reuocante affectu foetus relicti. cuius rei miraculo reguli Allophylorum usque in fines
5 Hebraeorum arcam secuti religiosum officium praestiterunt. Iudaei autem, ubi referri arcam uiderunt, certatim ex oppido Betsamis cum gaudio obuiam ruere, festinare, exultare, grates Deo referre. mox Leuitae, quorum hoc negotium erat, sacrificium Deo cele-
6 brant, bouesque eas, quae arcam adduxerant, immolant. sed in oppido, quod supra diximus, teneri arca non potuit. itaque passim Dei nutu per totam urbem saeuitum, arca in Cariathiarim oppidum translata est ibique per uiginti annos fuit.

32 Ea tempestate Samuel sacerdos Hebraeis praeerat: quietis a bello rebus populus in otio degebat. pax deinde Allophylorum irruptione turbata, trepidantibus cunctis ob conscientiam peccati.
2 Samuel caesa prius hostia Deo fretus suos in proelium eduxit,
3 primoque impetu fusis hostibus uictoria penes Hebraeos stetit. sed hostili metu remoto secundis tranquillisque rebus, corruptis consiliis, more uulgi, cui praesentia fastidio, insueta desiderio sunt, regium nomen, cunctis fere liberis gentibus perinuisum, populus desiderabat: plane insigni exemplo amentiae praeoptabat libertatem
4 seruitio mutare. igitur frequentes Samuelem circumsistunt, ut, quia
5 iam ipse senuisset, regem eis constitueret. at ille placide salubri oratione ab insana uoluntate detorquere plebem: dominationem regiam et superba imperia exponere, libertatem extollere, seruitutem detestari, postremo diuinam eis iram denuntiare, siquidem homines mente corrupti, Deum regem habentes, regem sibi ex hominibus

2 I Reg. 6. 15 I Reg. 7. 25 I Reg. 8.

10 Bethsamis *b*, *Βαιθσαμύς LXX*, Bethsames *Drusius* 11 Domino *b* 15 strage pestilentiae saeuitum *malebat de Prato* || chariathiarim *P* 20 Domino *b* || implium *P* || deduxit *b* 24 perinuisum *P*: semper inuisum *b* 25 plane *P*: planeque *b* || insigni *Bernays p. 26*: non sine *Pb*

Digitized by Google

flagitarent. his atque aliis istiusmodi frustra dictis, cum populus 6
in sententia perseueraret, Deum consulit. qui permotus uecordia
insanae gentis nihil aduersum se petentibus negandum respondit.
Ita Saul, sacerdotali prius a Samuele unguento perfusus, rex 33
constitutus est. hic ex tribu Beniamin, Cis patre ortus, modestus
animi, forma excellenti, ut merito dignitas corporis dignitati regiae
conueniret. sed principio regni huius aliquanta ab eo pars populi 2
desciuerat, parere imperio abnuens, seque Ammonitis coniunxerat.
sed hos Saul inpigre ultus est: uicti hostes, uenia Hebraeis data
tum Saul iterato a Samuele unctus traditur. inde Allophylorum 3
irruptione atrox bellum exortum: locum exercitui ad conueniendum
Saul in Galgalis constituerat. et cum per septem dies Samue- 4
lem opperitur, ut sacrificium Deo fieret, tardante illo cum populus
dilaberetur, illicita praesumptione rex ad uicem sacerdotis holo-
caustum obtulit: multumque a Samuele increpitus sera peccatum
paenitentia fatebatur. igitur ex peccato regis metus omnem exer- 5
citum peruaserat. castra hostium haud longe sita praesens periculum ostendebant, neque cuiquam exeundi in proelium animus:
plures lamas petiuerant. nam praeter imbecillitatem animorum,
qui alienum a se Deum delicto regis arbitrabantur, in maxima
ferramentorum inopia exercitus erat, adeo ut praeter Saul et Ionathan filium eius nemo gladium aut lanceam habuisse tradatur.
nam Allophyli, superiore bello uictores, *cotis* usum Hebraeis ademerant, neque cuiquam conficiendi teli bellici aut rustici ferramenti potestas fuerat. igitur Ionatha audaci consilio, solo armi- 6
gero suo comite, castra hostium ingressus uiginti fere ex hostibus
interemptis, uniuersum exercitum terrore perculerat. tum uero 7

4 I Reg. 9 et 10 12 Reg. 13. 25 I Reg. 14.

2 Dominum *b* 4 Ita *P:* Igitur *b* || Saul *b*: *om. P* 6 excellenti *P:* excellenti erat b 9 sed — uenia *P:* Verum hos Saul impigre ultus est: uictique hostes, et uenia *b* 13 opperitur *P*: opperitus esset *b* uel latebasr || Domino *b* 14 bolocaustum *P* 16 poenitentia *b* 19 lacrimas (*add. s. l. 1 m.* uel latebras) *P*, lachrymas et latebras *b;* lacrimas *potius ex* lamas *corruptum esse perspexit Bernays (Rhein. Mus. f. Philol. XVI, 371) coll. I Reg. 13, 6.* 20 Dominum *b* || delectu *P* || imaxima *P* 23 superiores *Pb, em. Giselinus* || cotis *addidit Bernays ex I Reg. 13, 20; alii suppl.* usum armorum

Digitized by Google

nutu Dei in fugam uersi non imperia exequi, non ordines obseruare, omne praesidium in pedibus habere. quod ubi Saul animaduertit, suis propere eductis fugientes persecutus uictoria potitus
8 est. eo die rex edixisse traditur, ne quis nisi confectis hostibus cibum caperet. sed Ionatha interdicti nescius fauo reperto, tincto spiculo, mel degustauerat. id ubi regi ex Dei ira compertum est, morte affici filium iussit. sed populi auxilio ab exitio uindicatus
9 est. ea tempestate Samuel a Deo monitus regem adiit, uerbis Dei nuntians, uti genti Amalech, quae olim Hebraeos ex Aegypto ueni-entes transitu prohibuerat, bellum inferret, addito interdicto, ne
10 quid ex spoliis deuictorum concupisceret. ita in fines hostium ductus exercitus, rex captus, gens subacta. Saul uictus praedae magnitudine, praecepti diuini immemor, capta seruari et ferri
34 iubet. quo facto offensus Deus Samuelem alloquitur: paenitere se,
2 quod Saul regem constituerit. dictum sacerdos regi refert. mox a Deo monitus Dauid regali unguento perlinit, paruum etiamnum puerum sub patre agentem, pastorem ouium, assuetum saepius cithara canere: ob quod postea a Saule assumptus inter ministros
3 regios habebatur. qua tempestate Allophylis atque Hebraeis bello flagrantibus, cum ex aduerso acies constitissent, Goliath quidam ex Allophylis, uir mirae magnitudinis et roboris, suorum ordines praetergressus, ferocibus uerbis probra in hostes iaciens singula-
4 rem pugnam ciebat. tum rex magna praemia et filiae nuptias despondit, si quis prouocantis spolia retulisset: sed nemo ex tanto
5 agmine aggredi audebat. igitur Dauid etiamnum puer pugnae se obtulit reiectisque armis, quibus infirma aetas grauabatur, uirga tantum et quinque lapidibus sumptis in proelium processit. primoque ictu, misso funda lapide, Allophylum perculit, caput uicti et spolia abstulit, gladium postea in templum posuit: Allophyli

8 I Reg. 15. 16 I Reg. 16. 19 I Reg. 17.

1 ordines seruare *malebat Vorstius* 2 impedibus *P* 5 interdicti nescius *P*: interdictionis eius inscius *b* 6 speculo *P* || id *G. Richter (Spec. obseruatt. crit. Jenae 1713 p. 16)*: sed *Pb (sic praeceptum ex enuntiato sequenti)*, sed id *Drusius*, quod *Vorstius;* cf. II, 13, 4. 21, 3. || Domini *b et statim post* Domino *et* Domini 14 Dominus *et* 16 Domino *b* 15 constituere *P* 16 perlinit *P corr. 1 m. ex* perimit || parum *P* 18 cythara *P* 20 golias *P*, goliat *b* 29 templo *malebat de Prato*

Digitized by Google

autem omnes in fugam uersi uictoriam concessere. sed e proelio 6
reuersis multus circa Dauid fauor inuidiam regis accenderat. timens
autem tam carum omnibus cum inuidia et pernicie necare, sub
specie honoris obiectare eum periculis statuit. ac primum tribu- 7
num eum fecerat, ut rem bellicam curaret: inde, cum ei filiam
spopondisset, fidem fregit eamque alteri tradidit. mox filia regis
natu minor, Melchol nomine, amore Dauid flagrare occeperat.
igitur nuptiarum eius istiusmodi conditionem proponit: si centum
praeputia Dauid ex hostibus retulisset, regiam uirginem matri-
monio illius cessuram: sperabat enim iuuenem periculosa auden-
tem facile periturum. sed longe aliter ac ratus erat euenit: nam, 8
ut proposuerat, impigre Dauid centum praeputia ex Allophylis
retulit: atque ita regis filiam in matrimonio accepit.

Crescebat in dies in eum regis odium stimulante inuidia, 35
quia bonos semper mali insectantur. igitur ministris et Ionathae
filio imperauit, uitae eius ut insidias pararent. sed Ionathae carus 2
acceptusque iam inde a principio Dauid fuerat: itaque rex incre-
pitus a filio cruentum imperium repressit. sed non diu mali boni 3
sunt. nam cum spiritu erroris Saul affligeretur, eique Dauid assi-
steret, cithara laborantem deliniens, lancea eum ferire conatus est,
nisi ille letalem ictum propere declinasset. exinde iam non occulte, 4
sed palam ei necem parabat: nec ultra se Dauid regi credidit. ac
primum fugiens ad Samuelem se contulit, inde ad Abimelech,
postremo ad regem Moab confugit. mox per Gad prophetam moni-
tus in terram Iudae regressus, uitae periculum adiit. ea tempe- 5
state Saul Abimelech sacerdotem interemit, cur Dauid recepisset:
et cum ex ministris regiis nemo in sacerdotem manus inferre
auderet, Doec Syrus cruentum ministerium executus est. post id 6
Dauid desertum petiit. illuc quoque eum Saul persecutus est, sed
inani opera eius exitium moliebatur, quem Deus protegebat. erat

1 I Reg. 18. 19 I Reg. 20. 24 I Reg. 22. 29 I Reg. 24.

3 pernecie *P* 7 *Μελχόλ LXX*, Michal *text. hebr.* 13 matrimonio *P*: matrimonium *b* 21 loetalem *P* 23 Abimelech, post ad regem Geth, postremo *Drusius* 25 in t. Juda *coni. de Prato, ut est in LXX εἰς γῆν Ἰούδα* 26 cur *P*: quod *b*; *cf. Ind. III s. u.* 28 doęc *P*, Doeg *b*; *cf. LXX Δωήκ* || sirus *P* 29 persequutus *b* || sed *om. P, fort.* persecutus, set inani 30 exitum *P* || Dominus *b*

Digitized by Google

in deserto spelunca, uasto recessu patens. in huius interiora Dauid
7 se coniecerat. Saul nesciens in primo speluncae aditu reficiendi
corporis gratia successerat, ibique somno captus requiescebat.
quod ubi Dauid animaduertit, hortantibus cunctis ut oportunitate
uteretur, abstinuit regis exitio, diploidem tamen eius abstulit.
8 mox egressus tuto eminus loco a tergo allocutus est, sua in illum
commemorans beneficia, ut saepe pro regno eius caput periculis
obiectasset, ut postremo praesenti tempore a Deo sibi traditum
interimere noluisset. ad haec Saul culpam fateri, ueniam precari,
lacrimas fundere, pietatem Dauid extollere, malitiam suam incu-
9 sare, regem eum et filium appellans. tantum ex feroci illo animo
mutatum: crederes nihil ultra aduersum generum ausurum. sed
Dauid, qui pensius ingenium mali spectatum haberet et cognitum,
10 nihil regi credendum ratus intra eremum se continebat. Saul
uecors animi, quia comprehendendi generum potestas non erat,
filiam suam Melchol Dauid, ut supra retulimus, nuptam Faltim
cuidam in matrimonium dedit. Dauid ad Allophylos confugit.
36 Ea tempestate Samuel diem functus est. Saul Allophylis bel-
lum inferentibus Deum consulit nullumque ei responsum red-
ditum. tum per mulierem, cuius uiscera spiritus erroris imple-
uerat, Samuelem euocatum consulit. dictum ei ab eo est, postero
illum die cum filiis uictum ab Allophylis in proelio casurum.
2 igitur Allophyli castris in hostili solo positis postero die aciem
instruunt, Dauid tamen ex castris remisso, quia parum crediderunt
sibi illum aduersum suos fidum fore. sed conserto proelio He-
braei fusi, filii regis cadunt: Saul equo delapsus, ne uiuus in
3 potestatem hostium ueniret, gladio suo incubuit. de aetate im-
perii eius parum certa comperimus, nisi quod in actibus Apostolo-
rum XL annos regnasse dictus est. quamquam ego arbitrer, tum

16 I Reg. 25. 18 I Reg. 28. 23 I Reg. 29. 25 I Reg. 31. 28 A. Ap. 13, 21.

4 opportunitate *b* 5 diploidem *b*: diplo id *P* 6 a tergo *P*: a tergo regem *b* 8 ut *P*: utque *b* || a Domino *b* 9 culpam Saul *b* 10 lachrymas *b* 13 pensius *P*: penitius *b*, penitus *ed. Colon.* || malum *com. de Prato* 14 regi *b*: rei *P* || heremum *P* 16 τῷ Φαλτί *LXX in I Reg. 25, 44*; Phalti *Vulg.* 19 Dominum *b* || nullumque est ei *b* 22 filiis *Drusius*: filio *Pb*; *cf. u. 26 et I Reg. 28, 19* 24 crediderunt *P*: crediderant *b* 29 arbitrer *P*: arbitror *b*

Digitized by Google

a Paulo, cuius illa praedicatio refertur, etiam Samuelis annos sub regis istius aetate numeratos. plerique tamen, qui de tem- 4
poribus scripserunt, XXX eum annos regnasse annotauerunt, cui opinioni nequaquam accedimus, nam ea tempestate, qua Dei arca in Cariathiarim oppidum translata est, necdum regnare Saul coeperat: refertur autem per Dauid regem ex illo oppido arcam sublatam, cum per XX annos ibi constitisset. ergo, cum intra id tempus Saul regnauerit atque decesserit, paruo admodum spatio tenuit imperium. eadem nobis de temporibus Samuelis caligo, qui 5
sub Heli sacerdote natus, admodum senex sacerdotio functus referatur. a nonnullis tamen, qui de temporibus scripsere, quia fere nihil de eius annis sacra historia signauit ... a plerisque autem LXX annis praefuisse populo refertur: sed unde haec auctoritas fuerit assumpta non repperi. nos in tanta erroris copia Chroni- 6
corum annotationem secuti, quia eam ex Apostolorum actibus, sicut superius memorauimus, profectam arbitremur, Samuelem et Saulem XL annos principatum egisse referimus.

Saul perempto Dauid in terra Allophylorum, perlato ad se 37
mortis eius nuntio, miro pietatis exemplo fleuisse traditur. tum Chebron Iudaeae oppidum petiit: ibi rursum regali unguento illitus rex appellatus est. sed Abenner, qui magister militiae 2
Saul regis fuerat, spreto Dauid, Isbaal regis Saul filium regem constituit. crebris deinde proeliis inter duces regum concursum: pulsus Abenner saepius, fratrem tamen Ioab, qui ex parte Dauid exercitui praeerat, fugiens peremit. quo dolore postea Ioab, cum se Abenner Dauid regi dedidisset, iugulari eum praecepit, non sine dolore regis, cuius fidem cruentauerat. per idem tempus 3

18 II Reg. 1.

1 illic *de Prato* 3 XX *Drusius coll. Jos. Ant. hebr. 6, 14, 9* || cui' (*i. e.* cuius) *P* 4 Domini *b* || archa in chariathirim oppidum translatū *P* 5 ceperat *P* 9 qui *P*: ut qui *b* 10 sub *G. Richter*: cum *Pb; cf.* I, 30, 1. II 27, 2 || heli *P* 11 fere *Hornius*: uere *Pb* 12 hystoria sygnauit *P* || a plerisque autem *P*: *om. b; nos lacunae signum adiecimus* 14 reperi *b* 16 arbitremur *P*: arbitramur *b* 17 Saulum *ed. Vorstiana* 21 et 24 Abner *Pb, sed P infra u. 26* abenner, *ut est in LXX* Ἀβεννήρ 22 regis Saul *scripsi*: regis sui *Pb, cf. II Reg. 2, 8*: Ἀβεννὴρ υἱὸς Νὴρ ἀρχιστράτηγος Σαοὺλ ἔλαβε τὸν Ἰσβόσεθ υἱὸν τοῦ Σαούλ *etc.* 26 dedisset *Pb*

Digitized by Google

omnes fere natu *maiores* Hebraeorum publico consensu regnum ei totius gentis detulerunt: nam per septem annos in Chebron tantum regnauerat. ita tertio rex unguitur, annorum circiter xxx. 4 Allophylos in regnum irruentes secundis proeliis reppulit. ea tempestate arcam Dei, quae in Cariathiarim oppido, ut supra retulimus, erat, in Sion transtulit. cumque aedificare Deo templum in animo haberet, diuinum ei responsum redditum, semini illius id 5 reseruari. bello deinde Allophylos domuit, Moabitas subiugauit, Syriam subegit stipendiumque ei imposuit. auri atque aeris ex 6 praeda immensum modum retulit. bellum deinde aduersum Ammonitas ex iniuria Annon regis eorum exortum. Syris denuo rebellantibus, qui cum Ammonitis in bellum coniurauerant, Dauid summam rerum Ioab principi militiae permiserat, ipse a bello remotus intra Hierusalem commorabatur.

38 Qua tempestate Bersaben quandam, mirae feminam pulchritudinis, stupro compertam habuit. haec Vri cuiusdam uxor, qui tum in castris erat, fuisse traditur. hunc Dauid iniquo pugnae loco obiectum hostibus interficiendum curauit. ita mulierem matrimonio uacuam, sed iam ex stupro grauidam, numero 2 uxorum aggregauit. tum per Nathan prophetam grauiter increpitus, licet agnito errore, castigationem Dei non effugit. namque filium ex furtiuo illo concubitu editum paucos post dies amisit, 3 multaque in domum familiamque eius execranda acciderunt. ad extremum Abessalon filius eius arma impia aduersus patrem sustulit, regno eum depellere cupiens. aduersus hunc Ioab acie conflixit, admonitus a rege ut uicto parceret: sed ille spreto imperio

3 II Reg. 5. 4 II Reg. 6—8 11 II Reg. 10. 15 II Reg. 11. 20 II Reg. 12—18.

1 maiores *om. P, fort.* omnes maiores natu, *cf. II Reg. 5, 3 πάντες οἱ πρεσβύτεροι Ἰσραήλ* 3 ungitur *b* 4 repulit *b* 5 Domini *b* || chariathirim *P* 6 syon *P* || Domino *b* 11 Annon] animę *P*, Chanun *b*, *Ἀννών LXX in II Reg. 10, 1* || siris *P* 12 ammotis *P* 15 Bersabee *uel* Bersabeen *mal. de Prato, ut iam prius G. Richter, cf. infra p. 41, 23* 16 uri *P*: uiri *b*, Uriae *de Prato, in LXX (II Reg. 11, 3) est γυνὴ Οὐρίου, in Vulg.* uxor Uriae 19 in matrimonio *Pb*, in *del. de Prato* || uacuam *P*: uiduam *b* 21 Domini *b* || fugit *P*, *sed corr. 1 m.* effugit 24 abessalon *P* (*ex LXX Ἀβεσσαλώμ*): Absalon *b* 26 ille *b*: illo *P*

Digitized by Google

parricidales conatus ferro ultus est. flebilis ea uictoria fuisse regi traditur: tanta in eo pietas erat, ut etiam parricidae filio ignosci uoluerit. uix hoc bellum extinctum uidebatur, aliud rursum exor- 4
tum, Sabaea quodam duce, qui pessimum quemque ad arma inci- 5
tauerat. sed propere motus omnis morte ducis repressus. crebra
deinde aduersus Allophylos Dauid proelia secundo euentu habuit:
cunctisque bello domitis et tam exteris quam domesticis motibus
compressis florentissimum regnum in pace habebat. tum eum 6
subita cupido incessit ad metiendas imperii uires populum cen-
sere: ita a Ioab militiae magistro decies centena et trecenta ciuium
milia dinumerata. huius eum facti mox piguit paenituitque,
ueniam a Deo petens, cur in id animos extulisset, ut regni sui
potentiam ex suorum potius multitudine quam ex fauore diuino
aestimaret. itaque missus ad eum angelus trinam ei poenam 7
denuntiat datque arbitrium unam eligendi. sed proposita triennii
fame, trium mensium fuga, morte tridui, fugam et famem dete-
status mortem elegit, momentoque temporis LXX milia uirorum
interiere. tum Dauid uidens angelum, cuius dextera populus pro- 8
sternebatur, ueniam precari seque unum pro omnibus poenae
obicere: se dignum exitio, quia ipse peccasset. ita auersum ple-
bis supplicium: Dauid in loco, in quo angelum uiderat, aram
Deo statuit. mox annis et morbo infractior Salomonem filium, 9
ex Bersabee Vri uxore susceptum, successorem regni constituit.
is regali unguento per Sadoc sacerdotem unctus, patre adhuc in-
columi, rex appellatus. Dauid, cum regnasset annos XL, defunc-
tus est.

Salomon initio regni urbem muro circumdedit. huic per so- 39
porem astare Deus uisus est, petendi quae uellet tribuens optio-

1 II Reg. 19. 3 II Reg. 20. 5 II Reg. 21—23. 8 II Reg. 24. 22 III Reg. 1.

1 parricidiales *b* 3 cum aliud *malebat Sigonius, at cf. uit. Mart. 7, 3* 4 *Σαβεέ LXX*, Sabea *Drusius* 9 metuendas *P* 10 ita ioab militiae magistrũ *P*, *fort.* ita per Joab m. magistrum 12 petens] *cf. ad 1, 1* uisum est mihi . . locuturus || regnũ sui *P* 16 deprecatus *malebat de Prato* 19 unum *P et Drusius*: uiuum *b* 22 Domino *b* 23 bersabeẽ *P (pro* bersabeé, *ut uidetur; nam terminationes nominum propriorum alienigenarum plerumque in P apices habent)* || uri *P*: Uriae *b* 28 Dominus *b*, *item paulo post* Domini *et* a Domino

Digitized by Google

2 nem. sed ille non aliud sibi quam sapientiam dari poposcit, reliqua omnia parui aestimans. ita somno excitatus, cum ante sacrarium Dei constitisset, indultae sibi a Deo sapientiae documentum
3 dedit. namque duae mulieres una in domo diuersantes, cum eodem tempore pueros edidissent atque ex his alter post diem tertium nocte obisset, mater defuncti somno alterius insidiata mortuum suum supposuit, uiuentem abstulit. inde inter eas de puero altercatio, postremo res ad regem delata: difficilis iudicii absolutio
4 inter negantis, ubi testis deerat. tum Salomon diuinae sapientiae munere perimi puerum corpusque eius diuidi inter ambigentes iubet. cumque una earum iudicio adquieuisset, alia uero cedere potius puero quam discerpi eum mallet, Salomon ex affectu feminae hanc uere matrem esse coniectans, puerum illi adiudicauit, non sine circumstantium admiratione, siquidem latentem ueri-
5 tatem prudentia protulisset. ita in admirationem ingenii prudentiaeque eius reges uicinarum gentium amicitiam ab eo foedusque petiere, parati imperata facere.

40 Quis opibus confisus templum Deo inmensi operis facere aggressus, paratis per triennium impendiis, quarto fere imperii anno primum fundamentum iecit, a profectione Hebraeorum ex Aegypto anno fere octauo et octogesimo et quingentesimo, licet libro Regnorum tertio CCCCXL fuisse referantur, quod nequaquam conuenit, siquidem per seriem superius comprehensam facilius
2 fuerit, ut minus fortassis annorum quam amplius annotarim. sed non dubito librariorum potius neglegentia, praesertim tot iam saeculis intercedentibus, ueritatem fuisse corruptam, quam ut propheta errauerit. sicut in hoc ipso nostro opusculo futurum credimus, ut describentium incuria, quae non incuriose a nobis sunt digesta, uitientur. igitur Salomon coeptum templi opus uige-
3 simo anno explicuit. celebrato deinde ibidem sacrificio dictaque oratione, qua populum templumque benedixit, Deus ad eum locutus est, denuntians fore, si quando peccassent ac Deum reliquissent,

1 III Reg. 3. 15 III Reg. 4 18 III Reg. 6 30 III Reg. 8.

8 iudici *perperam malebat de Prato* 9 negantes *P corr. et b* 18 Queis b || Domino immensi b 29 uitentur *P* 31 Dominus *b, item* 32 Dominum.

Digitized by Google

templum illud solo aequandum. quod iam pridem impletum uidemus, et mox conexum rerum ordinem exponemus. interea Salomon 4
florens opibus, omnium qui umquam fuerant regum ditissimus, quique semper ordo rerum est, ab opibus in luxum et uitia delapsus, cum aduersum interdictum Dei ex alienigenis coniugia sumpsisset et iam septingentas uxores et trecentas concubinas haberet, idola eis ritu gentium suarum, quibus litarent, constituit. quis 5
rebus auersus Deus grauiter increpito poenam denuntiauit, fore ut regnum ex parte maiore ademptum filio seruo illius traderetur. idque ita accidit.

Nam defuncto Salomone anno imperii quadragesimo, cum 41
Roboam filius anno aetatis sexto et decimo regnum patrium tenere coepisset, pars populi ab eo offensa discedit. etenim cum laxari sibi stipendium poposcisset, quod Salomon grauissimum imposuerat, repudiatis precibus supplicum fauorem uniuersae plebis auerterat. itaque consensu omnium imperium ad Jeroboam defertur. 2
is medio genere ortus aliquandiu Salomoni seruitutem pependerat. sed cum ei responso Achiae prophetae regnum Hebraeorum annuntiatum comperisset, necare eum clam destinauerat. quo ille metu 3
in Aegyptum confugit, ibique uxore accepta ex stirpe regia, cognita demum Salomonis morte in solum patrium regressus uoluntate populi, ut supra retulimus, sumpsit imperium. penes Roboam 4
tamen duae tribus, Iudae et Beniamin, resederant: ex his ad trecenta milia parauit exercitum. cumque acies promouerentur, uerbis Dei populus admonetur, proelio abstineret: ex suo nutu Jeroboam regnum accepisse. ita spreto regis imperio exercitus 5
dilapsus: Jeroboam imperium inualuerat. sed cum Hierosolymam Roboam optineret, ubi templo a Salomone facto populus sacrificare Deo consueuerat, ueritus Jeroboam, ne ab eo plebem religio auer-

1 III Reg. 10. 2 III Reg. 11 11 III Reg. 12.

2 connexum *b* (mox iuxta connexum *coni. de Prato*) 3 regum fuerant *P* 4 delapsū *P* 5 sumpsissent *P* 6 et iam *de Prato*: etiam *Pb* 7 Quibus r. auersus Dominus *b* 11 Nam *om. b* 12 aetatis XLI *Drusius recte ut uidetur, cf. III Reg. 14, 21 et Paral. II, 12, 13* || paternum *malebat Drusius* 15 a se auerterat *malebat Vorstius* 18 cum eresponso *P* 23 ad CC milia *Drusius coll. III Reg. 12, 21* 27 delapsus *P* 29 Domino *b, item paulo post* || Hieroboam *Pb* || ne a se *Drusius*

Digitized by Google

6 teret, statuit animos eius superstitione occupare. itaque uaccam auream in Bethel, alteram apud Dan constituit, quibus populus litaret, sacerdotesque omissa Leui tribu ex plebe instituit. inuisum Deo flagitium postulatio consecuta. crebra deinde inter reges proelia: dubio euentu regnum optinebant. Roboam septimo et decimo imperii anno exacto uita functus est.

42 In huius locum Abiud filius eius regnum Hierosolymae sex annos tenuit, quamuis in Chronicis triennio regnasse referatur. 2 huic Asab filius successit, a Dauid quintus fere, quippe abnepos eius. fuit religiosus Dei cultor: namque deletis aris lucisque idolorum uestigia paternae perfidiae sustulit. foedus cum rege Syriae firmauit: eius auxilio Jeroboae regnum, quod tum a filio tenebatur, multa clade affecit, ac saepe uictis hostibus praedam ex uictoria retulit. post unum et quadragesimum annum aeger pedibus decessit. 3 huic triplex peccatum ascribitur: unum quod societate regis Syriae nimie confisus sit, alterum quod prophetam Dei hoc ipsum increpantem in uincula coniecerit, tertium quia in pedum dolore remedium non a Deo, sed a medicis sperauerit. sed initio regni huius Jeroboam rex decem tribuum defunctus est, regnum Nabath filio reliquit. is malis operibus et tam suis quam paternis meritis inuisus Deo non ultra biennium regno potitus est, priuataque imperio 5 indigna progenies. Baasam Achiae filium successorem habuit, aeque a Deo alienissimum. isque sexto et uigesimo imperii anno defunctus est: regnum ad Elam filium deuolutum nec ultra biennium retentum. namque eum Zambri, princeps equitum, epulantem interfecit regnumque occupauit, uir perinde in Deum atque homines impius. 6 ab hoc pars populi secessit: Thamni cuidam regium nomen delatum.

3 III Reg. 13. 7 III Reg. 14. 15 II Paral. 16. 19 III Reg. 15. 25 III Reg. 16.

1 superstitionẽ *P* 4 postulatio *P*: expostulatio *b* 7 Abiu *Drusius ex lectione LXX Ἀβιού in III Reg. 15, 1, sed ibi alii Ἀβία* (Abiam *Vulg.*) 9 Asa *Drusius coll. III Reg. 15, 9* 10 *et* 16 Domini *b* || 16 nimię *P*, nimium *b* 17 coniecit *Pb*, *em. G. Richter* 18 *et* 21 Domino *b* 19 Hieroboam *Pb* || regnu *P* || Nabath *de Prato (ex lectione LXX in III Reg. 15, 25 Ναβάτ)*: nabaech *P*, Nadab *b* 20 paternis *P*, *ut coni. Sigonius*: maternis *b* 22 Baasam Achiae *Drusius ex III Reg. 15, 33*: banachiae *Pb*, Ban Achiae *Sigonius* 23 Domino *et* 26 Dominum *b* 23 XXIIII. *Sigonius coll. III Reg. 15, 33* 24 Elam *Drusius*: hęlam *P*, Helam *b*

Digitized by Google

sed Zambri ante hunc septem annos, et cum eodem duodecim regnauit. at in parte tribus Iudae Asab mortuo Iosaphat filius eius regnare coepit, uir religiosis uirtutibus merito clarus. is cum Zambri pacem habuit. defunctus est autem, cum regnasset annos v et xx.

Huius imperii tempore Achab, Ambri filius, rex decem tribuum fuit, ultra omnes in Deum impius. namque Iezabel filia Basae regis ex Sidone in matrimonio accepta Bahali idolo aram lucosque constituit, prophetas Dei interemit. quo tempore Elias propheta caelum oratione conclusit, ne pluuiam terrae daret, idque regi denuntiauit, ut se impius causam mali esse cognosceret. igitur suspensis caelo aquis, cum loca omnia adusta solis ardoribus non uictum hominibus, non pabulum iumentis darent, ipse se intra periculum famis propheta concluserat. ea tempestate cum eremum petisset, coruis cibum ministrantibus uixit: aquam torrens proximus, donec aruit, dedit. inde admonitus a Deo Saraptae oppidum petiit, ad mulierem uiduam diuertit. cumque ab ea esuriens cibum peteret, illa causari, non esse sibi nisi pugillum farris et pusillum olei, quo absumpto una cum filiis mortem expectaret. sed cum Elias uerbis Dei polliceretur, nec hydriam farre nec uas oleo esse minuendum, mulier poscenti fidem non cunctata prophetae credere, promissorum fidem consecuta est, siquidem diurnis incrementis tantum accresceret, quantum cotidie detrahebat. eodem tempore eiusdem uiduae filium mortuum Elias in uitam reduxit. tum iussu

8 III Reg. 17. 23 III Reg. 18.

1 zambri *P*: Jambri *b* 2 Asa *Vorstius* 3 religionis *malebat Sigonius* || iambri *Pb*, *em. de Prato; nam apparet Seuerum per totum locum duos homines,* Zambri (Zamri) *et* Ambri (Amri) *confudisse* 5 Jambri *Pb; scripsimus* Ambri, *ut est in LXX Reg. III, 16, 29* Ἀχαὰβ υἱὸς Ἀμβρί, *nisi hic quoque Seuerus* Zambri *continuata nominum confusione dederat (Sigonius ubique* Amri *scribendum esse censuit)* 6 in Dominum *b* || Jezabel *b*: zazabel *P; cf. III Reg. 16, 31.* 7 Basae *Pb*: Ethbaal *Sigonius et alii; at monuit de Prato, Luciferum quoque Caralitanum in lib. de regibus apostaticis legere*: Jezabel filiam Basan et Helam regis Sidoniorum || in matrimonium *malebat Vorstius, cf. ad 1, 9* || Baali *b* 8 constituit et prophetas Domini *b* || Elias *Drusius*: helias *P, et sic infra* 9 oratione coelum *b* 13 heremum *P* 14 petisset *Pb*: petiisset *edd. recentt.* 15 a Domino *b* || Saraptae *Pb*: Sareptae *edd. recentt.* 17 pugillum *P, ut coni. Drusius*: pusillum *b* 18 assumpto *P* 20 olei *P* || munuendum *P* 21 diurnis *P 1 m. corr. e* diuniis, diuinis *b*

Digitized by Google

resuscitatus, uel Syrus lepra purgatus, uel famis tempore omnium rerum copia fugatis hostibus inuecta, uel in usum trium exercituum aquae praebitae, uel de exiguo olei inmodicis incrementis solutum
5 mulieris debitum et ipsi sufficiens uiuendi substantia data. huius temporibus, ut diximus, Ochozias duarum tribuum erat rex, decem uero Ioram, ut supra retulimus, imperabat: interque eos foedus ictum. nam et aduersum Syros iunctis uiribus bellatum, et aduersum Ieu, qui per prophetam in regem decem tribuum unctus fuerat, pariter in proelium egressi eadem pugna interiere.

46 Sed regnum Ioram Ieu tenuit. post Ochoziam in Iudaea regem, qui uno anno regnauit, mater eius Gotholia imperium occupauit, adempto nepoti imperio, etiam tum paruo puero, cui Ioas nomen
2 fuit. sed huic ab auia praereptum imperium post octo fere annos per sacerdotes et populum depulsa auia redditum. hic initio regni obseruantissimus diuini cultus fuit magnisque sumptibus templum exornauit: post adulatione principum deprauatus adoratusque ab eis iram meruit. namque ei Azahel rex Syriae bellum intulit: inclinatisque rebus suis auro templi pacem redemit. nec tamen ea potitus est, facti inuidia a suis interfectus anno imperii quadrage-
3 simo. huic Amassia filius successit. at in parte decem tribuum defuncto Ieu Ioachas filius eius regnauit, inuisus Deo malis operibus, ob quae regnum eius Syris praedae fuit, donec Dei miseri-
4 cordia depulsis hostibus pristinum habere statum coeperunt. Ioachas diem functus Ioae filio reliquit regnum. is Amassiae regi duarum tribuum ciuile bellum intulit: uictoriam potitus multam praedam in regnum suum conuertit. id Amassiae ob delictum

10 IV Reg. 9. 13 IV Reg. 11. 20 IV Reg. 13. 23 IV Reg. 14. II Par. 23. 26 II Par. 25.

1 resuscitatus *b*: *om. P* || uel *quater P (scil. ł, non* et, *ut ait de Prato)*: *om. b; cf. Ind. uerb.* 3 aquae praebitae *b*: aquis praebitis *P* 7 aduersus Syros *b* 8 ieu *P (ut ex LXX' Ιηού coni. Drusius)*: Jehu *b, et sic deinceps* 10 post Ochoziam in I. regem *G. Richter*: posito Ochozia (ochozoia *P*) in Judaea (iudea *P*) rege *Pb* 14 sacerdotes *P*: sacerdotem *b; cf. 1, 50, 1* 15 diuni *P* 16 post adulationem *Pb, em. Giselinus* 17 iram *P*: Dei iram *b; cf. Chron. II, 24, 18*: et facta est ira contra Judam et Jerusalem || Hazael *Drusius* 20 Amessia (*uel* Amessias) *Drusius* 22 ob quę in regnum eius siris praeda fuit *P, em. in b* 24 Joae *de Prato*: Johae *Pb* 24 amessiae *P* 25 uictoriam *P*: uictoriaque *b* 26 id *nos*: is *P*, idque *b* || ob Amassiae *b*

Digitized by Google

accidisse traditur, siquidem Idumaeorum fines uictor ingressus idola gentis eius assumpserat. hic nouem annos regnasse scribitur, quantum in libris Regnorum repperi. Sed in Paralipomenis atque etiam in Chronicis nouem et uiginti annos imperium tenuisse annotatus est, ea nimirum id persuadente ratione, quae in his [Regnorum] libris facile perspici potest. Ieroboam enim rex decem tribuum octauo anno imperii Amassiae traditur regnare coepisse unumque et quadraginta annos imperium tenuisse: regnante demum Ozia, Amassiae filio, quarto imperii eius anno esse defunctus. qua ratione XX et VIII annos regi Amassiae effecit. itaque nos hoc ipsum secuti, quia rationem temporum persequi placet, Chronicorum auctoritati accessimus. 45 6

Igitur Amassiae Ozias filius successit. nam in parte decem tribuum Ioas diem functus Ieroboae filio locum fecerat, postque hunc Zacharias filius eius regnauit. horum nos regum omniumque, qui in parte decem tribuum Samariae praefuerunt, annotanda esse tempora non putauimus, quia breuitati studentes superflua omisimus, et ad cognitionem temporum eius potissimum partis annos credidimus persequendos, quae in captiuitatem posterius abducta prolixius tempus in regno habuit. igitur Ozias regnum Iudae adeptus praecipuam curam Domini cognoscendi habuit, Zacharia propheta plurimum usus: (Isaias etiam sub hoc primum prophetasse traditur) quo merito prosperis euentibus aduersum finitimos bella gessit, Arabas etiam deuicit. iamque Aegyptum terrore nominis sui concusserat, elatusque secundis rebus, illicita praesumens, incensum Deo obtulit, quod solis facere sacerdotibus mos erat. itaque per Azariam sacerdotem increpitus cum loco decedere 47 2 3 4

13 IV Reg. 15. 20 II Par. 26.

2 nouem] *immo* XXVIIII, *ut libri etiam IV Reg. 14, 2 habent; cf. de Prato ad h. l.* 5 annotatus est. Ea *P*: annotatum est. Et *b* 6 regnorum] Chronicorum *de Prato, nos* regnorum *inclusimus* || Jeroboam *P, ut coni. Hornius*: Joram *b* 7 octauo] XVIII *de Prato cum Eusebio* (XV *Reg. IV, 14, 23*) 9 quarto] *at u. de Prato* || esse defunctus *P*: defunctus est *b* 10 efficit *(scil. Eusebius in Chron.) coni. de Prato* 12 auctoritate *P* 13 Ozias *(ut est infra) de Prato*: Ozia *Pb* 14 ieroboae *P*: Joram *b* 15 eius filius *b* 19 credimus *Pb, em. de Prato* 22 Esaias *b* 23 euntibus *P* || aduersus *b* 26 mos *P*: fas *b* 27 cum *nos*: com *P* (Itaque cum per A. — eo loco *b*)

Digitized by Google

cogeretur atque in iram exarsisset, lepra oppletus decessit. quo morbo affectus uita functus est, cum regnasset annos duo et quin-
5 quaginta. regnum inde Ioathae filio datum: isque admodum sanctus fuisse traditur prospereque imperium administrauit: gentem Ammonitarum bello uictam stipendium praestare coegit. regnauit autem annis XVI eidemque Achaz filius successit.

48 Celebris circa haec tempora Niniuitarum fides traditur. id oppidum olim ab Assure, Sem filio, conditum caput regni Assyriorum fuit, frequens tum incolentium multitudine, alens uirorum
2 milia C et XX atque ut in magno populo abundans uitiis. quis Deus motus Ionam prophetam ex Iudaea ire praecepit ac denuntiare urbi excidium, sicut olim Sodoma et Gomorra diuinis ignibus
3 conflagrassent. uerum propheta praedicationis istius ministerium detrectans, non contumacia, sed praescientia, qua uidebat Deum paenitentia populi placandum, nauim, quae longe diuersa regione
4 Tharsos petebat, conscendit. sed ubi in altum processum, nautae saeuitia maris compulsi, quisnam esset mali causa, sorte explorauere. cum super Ionam sors decidisset, tamquam piaculum tempestatis in profundum proiectus est: exceptusque a ceto [marino monstro] ac deuoratus, post triduum fere Niniuitarum litoribus
5 eiectus iussa praedicat, urbem scilicet ob peccata populi triduo perituram. igitur non dissimulanter, ut olim Sodomis, audita est uox prophetae: ac statim iussu regis exemploque populus uniuersus, quin et recens nati cibo potuque abstinentur: iumenta itidem et diuersi generis animalia compulsa fame ac siti lamentantium
6 speciem cum hominibus praebebant. ita imminens malum auersum. Ionae apud Deum conquerenti, quod fides dictis non affuisset, responsum, paenitentibus ueniam negari non posse.

49 At in Samaria Zachariam regem admodum impium, quem superius regnasse memorauimus, Sella quidam interemit regnum-

1 IV Reg. 15. 7 Jon. 1 sqq. 29 IV Reg. 15.

2 duos *b* 4 ammanitarum *P* 6 azhaz *P* 7 id] in *P* 8 assure *P*: Assur *b* || Sem *Drusius*: Seon *Pb; cf. Genes. 10, 22* 10 uitiis *b*: diuitiis *P* || queis *b* 12 Gomorrha *b* 14 Dominum *b* 16 Tharsis *Drusius, ut LXX* εἰς Θαρσίς 19 coeto *P* || marino monstro *obelo notauit Vonck* 23 at statim *malebat de Prato* 24 abstinentur *P*: abstinere iubentur *b* 28 negare *P* 29 samariã *P* 30 Sella] Σελλούμ *LXX in Reg. 4, 15, 10*

Digitized by Google

que occupauit: idemque Mane insidiis exemplo facti sui periit. Mane ereptum Sellae imperium tenuit filioque Pachae reliquit. 2 eundem uero Pache quidam eiusdem nominis interemit regnumque occupauit. mox ab Osee peremptus eodem scelere quo assumpserat imperium amisit. hic ultra omnes reges superiores impius poenam 3 sibi perpetuamque genti captiuitatem a Deo meruit. namque ei Salmanassar rex Assyriorum intulit bellum uictumque tributarium sibi effecit. sed cum occultis consiliis rebellionem pararet regemque 4 Aethiopum, qui tum Aegyptum optinebat, in auxilium arcesseret idque Salmanassar comperisset, perpetuis eum uinculis in carcerem coniecit urbemque excidit, populum uniuersum in regnum suum abduxit, Assyriis in hostili solo ad custodiam positis. exinde ea pars Samaria appellata, quod lingua Assyriorum custodes Samaritas uocant. ex quibus plerique diuinas caeremonias receperunt, reliquis in errore gentilitatis perseuerantibus. hoc bello Tobias in captiui- 5 tatem ductus est. at in parte duarum tribuum rex Achaz ob impietatem inuisus Deo, cum finitimorum bellis saepe premeretur, deos gentium colere decreuit, nimirum quia eorum auxilio uictores frequentibus proeliis extitissent. ita in hoc nefariae mentis piaculo diem functus est, cum XVI annis in regno fuisset.

Huic Ezechias filius successit, multum paterni dissimilis in- 50 genii. namque initio regni populum sacerdotesque ad Dei cultum cohortatus multis disseruit, ut frequenter castigati a Domino saepius essent misericordiam consecuti, ut postremum decem tribus in captiuitatem nuper abductae sacrilegii poenas dissoluerent: curandum eis sedulo ne eadem pati mererentur. ita conuersis ad 2 religionem omnium animis Leuitas sacerdotesque omnes ad celebranda secundum legem sacrificia ordinauit celebrarique Pascha instituit, quod iam pridem fuerat omissum. cumque dies festus 3

21 IV Reg. 18. II Par. 29. 28 II Par. 30.

1 mane *P, ut coni. G. Richter*: Manae *b*, *Μαναήμ LXX* || perit *b* 3 pachę *P*: Pache *b; in LXX dicitur (IV Reg. 15, 22) Φακείας* 7 *et* 10 Salmanassar *Pb*: Salmanasser *edd. recentt.* 9 accerseret *b* 13 quot *P* 16 Achas *Pb, em. de Prato, ut est in LXX et supra c. 47* 18 auxilio *P*: ille (illae *edd. seqq.*) auxilio *b* 19 nephariae *b* 21 Ezecias *Drusius* 24 consequuti *b* 25 obducte *P* 26 mererentur *nos*: merentur *P*, mereantur *b* 28 sacrificia *b*: sacrilegia *P*

Digitized by Google

adesset, dimissis per omnem terram nuntiis conuentus diem edixit: ut si qui post abductionem decem tribuum in Samaria resedissent, ad sollemne sacrum conuenirent. ita frequentissimo conuentu dies sacer publica laetitia exactus, longo post interuallo religione legi-
4 tima per Ezechiam restituta. pari deinde industria, qua diuina curauerat, rem bellicam administrauit, Allophylosque frequentibus proeliis contudit: donec ei Sennacherim rex Assyriorum bellum intulit, magno cum exercitu fines eius ingressus, lateque agris uastatis nullo obsistente urbis obsidionem urgebat: Ezechias enim multitudine inferior, non ausus manum conserere, muris se tue-
5 batur. rex Assyrius portis assultans minitari excidium, deditionem imperare: Ezechiam frustra Deo confidere, se Dei nutu potius arma sumpsisse: uictorem omnium gentium, euersorem Samariae effugi
6 non posse, ni matura deditione sibimet consuluissent. in hoc rerum statu Ezechias Deo fretus Isaiam prophetam consulit, eiusque responso edocetur, nihil ex hoste periculi fore, diuinum autem auxilium non defuturum. nec multo post Tarraca rex Aethiopum regnum Assyriorum inuadit.

51 Quo nuntio Sennacherim ad sua tuenda conuersus, fremens et clamitans uictori sibi uictoriam eripi, bellum omisit, missis ad Ezechiam litteris cum uerborum contumeliis denuntians, se paulo post rebus domi compositis ad excidium Iudaeae mature rediturum
2 sed nihil his Ezechias motus orasse Deum traditur, ne hanc tantam hominis insolentiam inultam sineret. ita eadem nocte angelus castra Assyriorum aggressus multa hominum milia leto dedit. rex trepidus in oppidum Niniuem confugit ibique a filiis interfectus
3 dignum se exitum tulit. per idem tempus Ezechias aeger corpore morbo incubuerat. cumque Isaias ei uerbis Domini annuntiasset

6 IV Reg. 1. II Par. 31. Esai. 36. 13 Esai. 37. 17 IV Reg. 19 27 IV Reg. 20. Esai. 38.

3 solemne *b* 7 sennacherim *P (ut est in LXX* Σενναχηρείμ): Sennacherib *b*, *item infra* 9 etechias *P (litterae* t *et* z *in P persimiles sunt)* 11 excidum *P* 13 sūpsisse *P, ut coni. Sigonius*: suppressisse *b* 15 Esaiam *b* 16 fore *b*: fere *P* 17 tarraca *(addito in extrema* a *apice) P*: Tirchac *b*; *in LXX est* Θαρακά 22 domi compositis *b*: cū domi positis *P* || reditum *P* 23 Dominum *b* 24 insolenteram *P (syllaba* ter *per compendium)* 25 loeta *P*, letho *b* 26 Niniuen *b* 27 exitum *P et Drusius*: exitium *b* 28 esaias *hic P* || uerbis *P, ut coni. de Prato*: uerbum *b*

Digitized by Google

uitae eius finem adesse, flesse rex traditur: ita XV annos prorogari sibi ad uitam meruit. quibus peractis nono et uigesimo imperii 4 anno decessit: regnum Manasse filio reliquit. is a patre multum degenerans relicto Deo culturas impias exercuit: ob quod in potestatem Assyriorum traditus malo coactus agnouit errorem, populumque adhortatus est ut relictis idolis Deum colerent. nihil sane dignum memoria gessit, regnauit autem annos V et L. Amos deinde 5 filius eius regnum indeptus est, nec ultra biennium eo potitus est: paternae impietatis heres, Dei neglegens, suorum insidiis circumuentus periit.

Ad Iosiam filium imperium deuolutum. is admodum religio- 52 sus fuisse traditur summaque cura diuina administrasse, Helchia sacerdote usus bene. is cum in templo librum, uerbis Dei scriptum, 2 repertum a sacerdote legisset, quo continebatur Hebraeam gentem ob crebras impietates et sacrilegia delendam, piis ad Deum precibus fletuque iugi imminentem cladem auertit. quod ubi indultum 3 sibi per Oldam prophetissam comperit, maiore cura, utpote obligatus diuinis beneficiis, cultum Dei exercuit. igitur uasa omnia, anteriorum regum superstitionibus idolis consecrata, cremauit. namque eo profani ritus inualuerant, ut soli ac lunae diuinos honores darent eisdemque etiam ex metallis sacraria aedificarent. quibus Iosias in puluerem redactis sacerdotes quoque profanarum 4 aedium interfecit. sed ne sepulchris quidem impiorum pepercit, quod olim praedictum a propheta, impletum animaduersum est. huius octauo et decimo imperii anno Pascha celebratum. post 5 triennium fere aduersus Nechao regem Aegypti, qui bellum Assyriis inferebat, in proelium egressus, priusquam inter se acies concurrerent, sagitta ictus est. exque eo uulnere in urbem relatus decessit, cum regnasset annos unum et uiginti.

3 II Reg. 21. 6 IV Reg. 22. 11 IV Reg. 22 sq. 25 II Par. 35.

2 merunt *P* 3 Manassae *Giselinus* 4 Domino *b* || impotestatem *P* 6 Dominum *b* 7 amos *P*: Amon *b* 8 indeptus *P*: adeptus *b* 9 Domini negligens *b* 12 Helchia *Pb; in LXX dicitur* Χελκίας 13 uerbis *P*: uerbi *b* 17 Oldam *Drusius*: Ollam *Pb; in LXX est* Ὀλδα, *in Vulg.* Holda || utpote *b*: ut puta *P* || oblegatus *P* 19 idoli *P* 20 diunos *P* 23 ne pulchris quidem *P* 26 triennium] *cf. de Prato* 29 annos I et XXX *Vorstius coll. IV Reg. 22, 1*

Digitized by Google

53 Ioachas inde filius eius regnum indeptus tribus mensibus tenuit, captiuitati ob impietatem destinatus. namque eum Nechao rex Aegypti uinctum captumque duxit, nec multo post in uinculis 2 diem functus est. Iudaeis stipendium annuum imperatum, rex eis Eliacim arbitrio uictoris datus, qui postea immutato nomine Ioachim uocitatus est. hic Ioachae frater, Iosiae filius fuit, fratri 3 quam patri propior, sacrilegio inuisus Deo. igitur cum regi Aegyptio pareret, quippe cui tributum penderet, Nabuchodonosor rex Babylonius Iudaeam terram occupauit armis et per triennium iure belli uictor possedit. etenim cedente iam rege Aegypti determinatisque inter eos imperii finibus conuenerat Iudaeos ad Baby- 4 lonam pertinere. ita cum Ioachim, exactis in regno annis undecim, filio eiusdem nominis locum fecisset isque regis Babylonii in se iram concitasset, Deo nimirum agente, cui constitutum erat Iudaeam gentem captiuitati et internecioni dare, Nabuchodonosor Hierosolymam cum exercitu ingressus urbem murosque ac templum solo strauit: auri inmensum modum et sacra ornamenta uel publica uel privata, puberesque omnes uirilis ac muliebris sexus transtulit, relictis, quorum imbecillitas aut aetas fastidio uictoribus fuit. quae turba inutilis seruitio exercendis colendisque *agris,* ne incul- 5 tum esset solum, deputata. eisdemque rex Sedechias praepositus, ademptis uiribus inani tantum umbra regii nominis concessa. sed 6 Ioachim tribus mensibus tempus imperii habuit. is cum populo Babylonam translatus et in carcerem coniectus: trigesimum post annum emissus atque a rege in amicitiam receptus mensaque et consiliis participatus, non sine solacio depulsae calamitatis decessit.

2 IV Reg. 23. 11 IV Reg. 24. 21 IV Reg. 25.

1 adeptus *b* 2 impietate *P* 3 uictum *de Prato coll. Ezech. 19, 2 sq., item Vonck* 5 Eliachim *Pb, em. de Prato* 6 Joachis *Pb, em. Vorstius cf. II, 1, 2* (Joacim *Sigonius*) || ioachae frater iosiae filius *P, ut coni. Drusius*: Joachae fratris Josiae f. *b* 9 babilonius *P* 11 babilbnam *P* 12 Joachis *Pb, item infra u. 23.* 13 eiusdem nominis] *cf. de Prato* 15 internetioni *P* || hierusolimam *P* 17 uel—uel] *sic P, non* et—et, *ut ait de Prato* 18 mulieris *P* 20 agris *b*: *om. P, fort.* exercendis agris colendisque || incultu *P* 21 Sedecias *Drusius cum LXX* Σεδεκίας 24 babiloham *P* || coniectus est *b* || tricesimum septimum *Sigonius, cf. IV Reg. 25, 27* 26 solatio *Pb*

Digitized by Google

Interea Sedechias rex turbae inutilis, quamquam sine uiribus, 54
infido ingenio et Dei immemor, qui non intellegeret captiuitatem
ob delicta gentis illatam, postremis denique malis debitus, regis
animum offendit. ita ei post nouem annos Nabuchodonosor bellum
intulit, compulsumque intra muros confugere triennio obsedit.
qua tempestate Hieremiam prophetam, qui iam saepius imminere 2
urbi captiuitatem pronuntiauerat, consulit, si quid spei forsitan
superesset. sed ille caelestis irae non ignarus, eadem saepius
interrogatus, respondit, ipsi regi specialem poenam denuntians.
tum uero Sedechias in iram excitatus trudi prophetam in carcerem 3
iubet: moxque eum crudelis facti piguit, sed obsistentibus Iudae-
orum principibus, quibus iam inde a principio moris fuerat bonos
premere, absoluere innocentem non ausus. isdem cogentibus in 4
lacum inmensi profundi caenoque ac sordibus atque ex eo exitiabili
foetore horridum demissus est, ut ne simplici quidem morte exspi-
raret. sed rex licet impius, aliquanto tamen sacerdotibus mitior, educi
prophetam de lacu et carceris custodiae reddi iubet. interea obses- 5
sos uis hostium et penuria urgebat, consumptisque omnibus, quae
mandi poterant, fames inualuerat: ita defessis inedia defensoribus
oppidum captum incensumque. rex, ut propheta dixerat, effossis
oculis Babylonam translatus, Hieremias misericordia hostili car-
cere exemptus. cum eum Nabuzardan, princeps regius, captiuum 6
cum ceteris duceret, delata sibi optione ab eo, utrum in solo patrio
deserto desolatoque subsistere an secum abire in summis honoribus
uellet, residere in patria maluit. Nabuchodonosor abducto populo, 7
residuis quos belli conditio uel praedae fastidium relinqui a uicto-
ribus fecerat, Godoliam eiusdem gentis praeposuit absque ullo
insigni regio aut imperii nomine, quia praeesse paucis et calami-
tosis nulla dignitas erat.

10 Jer. 37 sqq. 13 IV Reg. 25. II Par. 36.

4 nouem *b*: .IIII. *P, cf. IV Reg. 25, 1.* 6 Jeremiam *b* || quiaam saepius *P* 7 consuluit *malebat de Prato* 10 carcere *P* 13 non est ausus *b* || hisdem *P* 14 coenoque *b* 16 principibus mitior *Vorstius coni.* 19 famis *P* 21 babilonam *P* 22 Nabuzardan *Pb*: Nebuzardan *aliquot editt. posteriores* 26 uel] *sic P, non* et, *ut ait de Prato* || relinqui *P, ut coni. Giselinus et Sigonius*: reliqui *b* 28 praeesse] praeee *P* (*pro* praeēē) 29 erat. EXPLICIT SACRORV CHRONICORV LIBER PRIMVS. INCIPIT SECVNDVS . LEGE FELICITER . *P*.

Digitized by Google

CHRONICORVM

LIBER SECVNDVS.

1 Captiuitatis tempora prophetarum uaticiniis atque actibus illustrata sunt, maximeque Danielis egregia ad conseruandam legem perseuerantia et in absolutione Susannae diuino consilio 2 ceterisque ab eo gestis, quae iam ordine persequemur. hic sub rege Ioachim captus deductusque Babylonam paruus admodum puer: postea ob elegantiam uultus inter ministros regios assumptus, 3 unaque cum eo Annanias, Misaël et Azarias. sed cum eos rex delicatioribus cibis curari praecepisset idque Asphanae eunucho negotii dedisset, Daniel paternarum traditionum memor, ne ex mensa regis gentilium cibis participaret, poposcit ab eunucho, ut 4 leguminibus tantum uterentur. causante Asphane, ne dissimulatum imperium regis consecutura macies proderet, Daniel Deo fretus pollicetur maioris decoris sibi uultus ex leguminibus quam ex cibis regiis fore. fidesque dictis affuit, ita ut minime eorum uultus comparabiles haberentur, qui imperialibus impendiis procurabantur. igitur a rege in honorem et gratiam adhibiti prudentia et

7 Dan. 1.

2 egregiam — perseuerantiam *P*, *em. de Prato* (Maxime itaque Danielis egregiam ad c. l. perseuerantiam, et in absolutionem S. diuino consilio, caeteraque ab eo gesta ordine persequemur *b*) 3 absolutionẽ *P*, em. *Hofmeister et de Prato* || sussanne *P* 4 quae iam ordiné *scripsi*: quae in ordine *P* 5 Joacim *Sigonius* || babalonam *P* 6 eligantiam *P* 7 Ananias *b*, *item infra c. 3* 8 delicatoribus *P* || asphane eununcho *P* 9 patriarum *Sigonius*, *at u. II, 12, 6* || memo. ne *P* 11 uescerentur *Sigonius* || asphanen *P* 13 maius *P* 16 in honorem et gratiam *nos*: in honore et gratiã (*sed* gratia *ex* gratiã *rasura factum*) *P*, in honore et gratia *b*

Digitized by Google

disciplina breui omnibus regis proximis antelati. per idem tempus Susanna, cuidam Ioachi nupta, spectatae femina pulchritudinis, a duobus presbyteris appetita, cum impudicis non adquieuisset, falso crimine incessitur, isdem presbyteris deferentibus, in remotis locis adulescentem cum ea deprehensum, sed illum iuuenili alacritate senum manus effugisse. ita presbyteris fides habita: iudicio populi Susanna damnatur. quae cum secundum legem ad supplicium duceretur, Daniel, tum annos natus XII, increpitis Iudaeis, cur innocenter morti dedissent, reduci eam in iudicium causamque denuo audiri postulat. enimuero multitudo Iudaeorum, quae tum aderat, non sine Deo existimans puerum contemptae aetatulae in hanc constantiam prorupisse, fauore accommodato in consilium reuertitur. initur denuo iudicium: Danielo, ut inter maiores natu resideret, delatum. igitur separari accusatores iubet: unumquemque ex eis interrogat, sub cuius generis arbore adulteram deprehendisset. ex uarietate responsi falsitas deprehensa: Susanna absoluta, presbyteri, qui innocenti periculum creauerant, capite damnati. 5 6 7 8

Ea tempestate Nabuchodonosor somnium uidit, mysterio futurorum mirabile. cuius interpretationem cum per se non posset euoluere, ascitis ad interpretandum Chaldaeis quique magicis artibus extisque hostiarum scire occulta et futura praecinere uidebantur, mox ueritus, ne more hominum non uera, sed placita regi ex somnio coniectarent, uisa subprimit poscitque ab eis, ut, si uera in iis diuinatio esset, somnium ipsum sibi dicerent: tum demum interpretationi eorum crediturum, si prius enuntiando somnium artis periculum fecissent. illi uero tantam molem abnuentes, non esse id humanae opis confitebantur. rex motus, cur falsa diuinandi professione homines erroribus illuderent, cum astricti praesenti negotio nihil scire se confiterentur: ita edicto regis in eos animad- 2 2

18 Dan. 2.

1 tempus sus | sussanna *P* 2 cuidam *de Prato*: quaedam *P* || Joachim *b*, Joacim *Drusius* 3 presbiteris *P et sic deinceps* 4 hisdem *P* 5 dephensūs *P* 7 sussanna dampnatur *P* 9 innocenter *P*: innocentem *edd.* || reduci *scripsi*: reduce *P*, reducere *b* 13 Danieli *b*, *item p. 58, 2* 14 unumquemque *de Prato*: unumque *Pb* 17 dampnati *P* 18 misterio *P* 20 quique *Drusius*: qui *Pb*, *cf. Dan. 2, 2 et 2, 10* 22 ueritur *P* 23 poscitque *nos*: poposcitque *Pb* || in his *Pb* 27 cur *P*: quod *b*

Digitized by Google

3 uersum palamque omnes huius artis interficiebantur. quod ubi Danielo compertum, regis proximum appellat: enuntiationem
4 somnii interpretationemque eius pollicetur. res ad regem defertur: Daniel arcessitur. iam reuelato sibi per Deum mysterio uisa regis refert absoluitque. sed res postulat, uti regis somnium et inter-
5 pretationem prophetae et consequentium fidem exponamus. uiderat rex per soporem imaginem capite aureo, *pectore* brachiisque argenteis, uentre et femoribus aereis, cruribus ferreis, quae in pedes *partim* ferreos, partim fictiles desinebat: sed ferrum atque testum inter *se* confusum coire non poterat. ad extremum imaginem lapis sine manibus abscissus proterebat, redactaque omnia in puluerem uento ablata.

3 Igitur secundum prophetae interpretationem imago uisa figu-
2 ram mundi gerit. caput aureum Chaldaeorum imperium est,
3 siquidem id primum et opulentissimum fuisse accepimus. pectus et brachia argentea secundum regnum annuntiant: Cyrus enim
4 uictis Chaldaeis atque Medis imperium ad Persas contulit. in uentre aereo tertium regnum portendi pronuntiatur, atque impletum uidemus, siquidem Alexander ereptum Persis imperium Mace-
5 doniae uindicauit. crura ferrea imperium quartum, idque Romanum intellegitur, omnibus ante regnis ualidissimum. pedes uero partim ferrei, partim fictiles diuidendum esse Romanum regnum, ita ut numquam inter se coëat, praefigurant: quod aeque impletum est, siquidem cum non ab uno imperatore, sed etiam a pluribus semperque inter se armis aut studiis dissentientibus res Romana adminis-
6 stretur. denique commisceri testum atque ferrum numquam inter se coeunte materie commixtiones humani generis futurae a se inuicem dissidentes significantur, siquidem Romanum solum ab exteris gentibus aut rebellibus occupatum aut dedentibus se per

2 Danieli *b* 4 accersitur *b* || per Dominum *b* 5 refert *de Prato (idem* regi *scribens)*: refertur *P* (uisio regis refertur solutioque *b*) 7 pectore *addendum esse uidit Drusius, cf. u. 15 et Dan. 2, 32.* 9 partim *b*: *om. P* 10 se *addidit Giselinus;* confusum inter se *Vorstius* 11 abscisus *P* 18 atque *P*: idque *b* 24 siquidem iam non . . administratur *b* || *fort.* sed iam a pluribus 26 denique quod commiscentur *Bernays p. 28 not. 48* 27 coeunte materia *Bernays*, coeuntĕ materiĕ *P* 29 rebelli *P* || se per pacis speciem *Sigonius*: semper pacis speciĕ *P*

Digitized by Google

pacis speciem traditum constet, exercitibusque nostris, urbibus atque prouinciis permixtas barbaras nationes, et praecipue Iudaeos, inter nos degere nec tamen in mores nostros transire uideamus. atque haec esse postrema prophetae annuntiant. in lapide uero sine 7 manibus abscisso, qui aurum, argentum, aes, ferrum testumque comminuit, Christi figura est. is enim non conditione humana editus, siquidem non ex uoluntate uiri, sed ex Deo natus est, mundum istum, in quo sunt regna terrarum, in nihilum rediget regnumque aliud incorruptum atque perpetuum, id est futurum saeculum, quod sanctis paratum est, confirmabit. de quo uno adhuc 8 quorumdam fides in ambiguo est, non credentium de futuris, cum de praeteritis conuincantur. igitur Daniel multis a rege muneribus donatus, praefectus Babyloniae atque omni imperio, in summis honoribus habebatur. eius suffragio Annanias, Azarias et Misael ad summam aeque dignitatem et potestatem prouecti. eodem fere 9 tempore praeclara Ezechielis prophetia extitit, reuelato ei futurorum et resurrectionis mysterio. extat liber magni operis et cum cura legendus.

At in Iudaea, cui post excidium Hierosolymae Godoliam 4 praepositum supra memorauimus, aegre ferentes Iudaei principem sibi ex stirpe *non* regia arbitrio uictoris datum, Ismael quodam duce et concitatore nefandae coniurationis, dispositis eum in conuiuio insidiis peremerunt. at hi, qui extra noxiam fuerant, ultum 2 ire facinus cupientes propere aduersum Ismael arma capiunt. sed *ut* ille cognouit exitium sibi imminere, relicto exercitu, quem contraxerat, non amplius *octo* comitantibus ad Ammonitas confugit. igitur populum uniuersum metus peruaserat, ne paucorum scelus 3 omnium exitio rex Babylonius ultum iret: nam praeter Godoliam

15 Dan. 2. 19 IV Reg. 25. 23 Jer. 40 sq.

2 et praecipue Judaeos *corruptum censet Bernays l. c.* 4 postrema *P*: postrema tempora *b* || propheta *(sc. Daniel)* annuntiat *de Prato* 5 absciso *P* || aes *scripsi*: .es. *(sic) P*, et *b*; *cf. Dan. 2, 35* (es *pro* aes *codex etiam II, 8, 5 habet)* 6 figuram esse *b* 8 redigit *P*, *em. Giselinus* 11 credentium *de Prato*: credendum *P* 13 donatus *P*, *ut coni. Vonck*: donatur *b* 14 misahel *P* 16 hiezechielis *P* 20 Judaei quidam *malebat de Prato* 21 extirpe *P* || non *b*: *om. P* 22 concentore *P* 25 ut ille *nos*: ille *P*, ille quia *b* 26 VIII *nos*: *om. P*, quam octo *b*; *cf. Jerem. 41, 15* 28 babyllonius *P*

Digitized by Google

4 multos ex Chaldaeis cum eo interfecerant. itaque consilium ineunt fugiendi in Aegyptum, sed prius Hieremiam frequentes adeunt, 5 sciscitantes diuinum responsum. at ille uerbis Dei uniuersos hortari, in solo patrio manerent: si id fecissent, Dei praesidio tuendos nullumque a Babyloniis periculum fore: sin Aegyptum peterent, 6 omnes ibi ferro ac fame diuersoque mortis genere perituros. sed plebs assueto malo insolens parendi salubribus consiliis et diuino imperio profecta in Aegyptum. quid de ea postea actum, sacris litteris siletur: nobis nihil compertum.

5 Hoc tractu temporum Nabuchodonosor elatus rebus secundis statuam sibi auream immensae magnitudinis posuit adorari- 2 que eam ut sacram effigiem praecepit. quod cum certatim ab omnibus, deprauatis adulatione omnium animis, fieret, Annanias, Azarias et Misael profano officio abstinuerunt, non ignorantes honorem hunc soli Deo debitum. igitur rei ex edicto regis constituuntur, propositaque eis conditio poenarum, ardens caminus, ut praesenti metu adorare statuam cogerentur. uerum illi deuorari igni- 3 bus quam piaculum committere maluerunt. itaque uincti compedibus in medias flammas coniciuntur. sed ministros infandi operis, dum promptius damnatos in ignem propellunt, flamma absorbuit: Hebraeos — mirum dictu et incredibile non uisentibus — ignis non attigit, cum a spectantibus deambulantes in camino psalmum Deo dicere cernerentur, uisusque cum his inter ignes quartus specie angeli, quem Nabuchodonosor propius intuitus filium Dei se uidisse 4 confessus est. tum rex haud dubius diuinam in re praesenti fuisse uirtutem, missis per omne regnum suum edictis facti miraculum 5 prouulgauit, confessus soli Deo honorem deferendum. nec multo post obiecto sibi somnio, mox uoce etiam caelo emissa admonitus, potestate regia abiecta atque ab omni conuersatione humana remotus, herbis tantum uitam sustinens, egisse paenitentiam traditur: seruatum ei nutu Dei imperium, donec impleto tempore, agnito demum Deo, post VII annos et regno et statui pristino restitutus

2 Jer. 43. 6 Jer. 44. 10 Dan. 3. 27 Dan. 4.

3 scisscitantes *P* 8 profecta est *b* 14 misahel *P* 16 prępositaque *P* 18 compedibus *Drusius*: pedibus *Pb*, *cf. I, 28, 3* 22 cum aspectantibus *edd. pleraeque* 23 inter ignem *b* 28 post rex obiecto *b* 31 seruatumque *coni. de Prato*

Digitized by Google

est. hic post deuictum, ut supra diximus, Sedechiam, quem captiuum Babylonam transtulit, regnasse traditur annos VI et XX, quamquam id non in sacra historia scriptum inuenerim. sed forte accidit, ut dum multa euoluerem, annotationem hanc iam interpolato per aetatem libello sine auctoris nomine reperirem, in quo regum Babyloniorum tempora continebantur: quam praetereundam non putaui, siquidem et Chronicis consentiret, et ita illius nobis ratio quadraret, ut per ordinem regum, quorum tempora continebat, usque in primum Cyri regis annum, LXX annos — tot enim per sacram historiam a captiuitate usque ad Cyrum fuisse referuntur — impleret. 6 7

Post Nabuchodonosor filius eius regnum indeptus, quem in Chronicis Euilmarodac fuisse uocitatum repperi. hic duodecimo imperii anno diem functus, fratri minori, qui Balthasar dictus est, locum fecit. is cum quarto et decimo anno publicum epulum principibus ac praefectis suis daret, sacra uasa, quae per Nabuchodonosor de templo Hierosolymae ablata nec in regales usus usurpata, sed recondita in thesauris habebantur, proferri imperauit. cumque his per luxum ac licentiam regalis conuiuii promiscue omnes uirilis ac muliebris sexus, uxores concubinaeque eius uterentur, subito rex in pariete conspicatur digitos scribentes cernebanturque in uersum ductae literae: sed qui posset scripta legere, non reperiebatur. igitur rex perterritus magos et Chaldaeos aduocat. quibus mussantibus nec quicquam respondentibus, regina regem admonet, esse quendam Hebraeum Daniel nomine, qui olim Nabuchodonosor occulti mysterii somnium reuelasset, iam tum ob illustrem sapientiam summis honoribus donatum. itaque accitus perlegit interpretatusque, ob delictum regis, qui sacra Deo vasa temerasset, ipsi exitium imminere regnumque eius Medis ac Persis 6 2 3 4 5

12 IV Reg. 25. 15 Dan. 5.

2 babillonã *P*, Babylonem *b* 4 hanc in interpolato *Giselinus* 5 repperirem *P* 6 regnum babilloniorum *P* 7 consentirent *P*, *em. de Prato* 12 regnum est adeptus *b* 13 Euilmarodac *Pb*: Euilmarodach *Drusius* 14 Balsasar *Drusius* 15 Is cum *b*: cum *P* 17 hierolimae *P* || nec *P*: ac *b* 19 cumq. *P*: cum *b* 20 omnes *P*, *ut coni. Sigonius*: omnis *b* 21 conspicatur *P* (*non* conspicatus est): conspicit *b* 22 possit *P* 23 repperiebatur *P* 24 mussitantibus *b*, *at cf. I, 43, 7* 27 accitus Daniel *b*

Digitized by Google

datum. quod mox consecutum est. nam eadem nocte Balthasar interiit, regnum eius Darius natione Medus occupauit: Danielum illustri opinione compertum uniuerso imperio praeposuit, secutus superiorum regum iudicium. nam et Nabuchodonosor eum regno praefecerat et Balthasar ueste purpurea et torque aureo donatum tertium regni principem constituerat.

7 Igitur hi, qui una cum eo rerum potentes erant, exagitati inuidia, quod eis alienigena captiuae gentis fuisset aequatus, regem deprauatum adulatione compellunt, ut sibi diebus proximis XXX diuini honores darentur, neque cuiquam liceret Deum nisi regem precari. facile id Dario persuasum, stultitia regum omnium, qui
2 sibi diuina uindicant. igitur Daniel non rudis neque inscius, Deo preces, non homini deferendas, reus constituitur edicto regis non paruisse. multumque abnuente Dario, cui carus acceptusque sem-
3 per fuerat, principes peruicere, ut in lacum demitteretur. sed obiecto bestiis nullum periculum fuit. quod cum rex comperisset, accusatores deputari leonibus praecepit: qui non simili exemplo perfuncti sunt: nam continuo deuorati ferarum famem expleue-
4 runt. Daniel clarus ante clarior haberi: rex antiquato edicto suo nouum proposuit, relictis erroribus ac superstitionibus Deum Da-
5 nielis colendum. extant etiam uisiones eius, quibus consequentium saeculorum ordinem reuelauit, annorum etiam numerum complexus, intra quem Christum, sicut factum est, descensurum ad terras
6 pronuntiauit uenturumque Antichristum manifeste exposuit. quod si qui studiosior erit, rectius ibi quaesitum reperiet: nobis propositum est rerum tantum ordinem contexere. Darius duodeuiginti annos regnasse traditur: qua tempestate Astyages Medis imperabat.

8 Hunc Cyrus, ex filia nepos eius, regno expulit, Persarum usus armis: unde summa imperii ad Persas translata est. Baby-
2 lonii quoque in potestatem ditionemque eius concessere. igitur

21 Dan. 7—10. 28 Esra 1. Jer. 25. II Par. 36.

2 regnumque *b* || Danielem *b* 8 inuidia *Giselinus*: iniudęa *P*, in Judaea *b* 9 compellant *malebat de Prato coll. Seueri dial. 2, 6* 10 deum *P*, *ut coniecit de Prato*: Dominum *b* 11 id olario *P* 18 feram *P* 19 haberi *P*: haberi coepit *b* || aritiquato *P* 24 anticristum *P* 25 si quis *b* 26 duo de XX *P* 27 astyagis *P* 30 potestatem et ditionemq. *P*

Digitized by Google

initio regni, propositis publice edictis, dat potestatem Iudaeis in solum patrium redeundi, sacra etiam uasa, quae Nabuchodonosor de templo Hierosolymae abstulerat, reddidit. itaque pauci tum in Iudaeam regressi: ceteris redeundi animus an facultas defuerit parum comperimus. erat ea tempestate apud Babylonios Beli anti- 3
quissimi regis, cuius etiam Virgilius meminit, ex ære simulacrum, quod superstitione hominum consecratum Cyrus quoque adorare erat solitus, antistitum eius dolo illusus, qui uesci effigiem illam atque potare affirmabant, cum diurnam pensitationem, quae idolo inferebatur, clam ipsi absumerent. igitur Cyrus cum Danielo fami- 4
liariter uteretur, quaerit ab eo, cur simulacrum non adoraret, cum manifestum uiuentis Dei esset indicium, absumentis ea, quae inferebantur. Daniel ridens hominis errorem negare id posse fieri, 5
ut aes illud, id est bruta materies, cibo uteretur aut potu. acciri ergo rex sacerdotes iubet (nam fere ad septuaginta erant) adhibitoque eos terrore increpitat, quis inpensa consumeret, cum Daniel uir prudentia insignis minime id ab insensibili simulacro posse fieri contenderet. tum illi confisi parato dolo sueta inferri et obsig- 6
nari a rege templum deposcunt, uti, nisi omnia postero die absumpta deprehenderentur, morte poenas persoluerent, dum eadem conditio Danielo maneret. itaque signo regis templum obsignatur, 7
cum prius Daniel sacerdotibus insciis pauimentum cinere aspersisset, ut introeuntium occultos aditus uestigia proderent. igitur postero die rex templum ingressus animaduertit absumpta, quae idolo apponi iusserat. tum Daniel occultam fraudem uestigiis pro- 8
dentibus reserat, sacerdotes cum uxoribus et filiis, subfosso foramine ingressos, ea quae idolo apposita fuerant deuorasse. ita omnes iussu regis interfecti, templum ac simulacrum *Danielo* in potestatem datum atque arbitrio eius dirutum.

Interea Iudaei, quos ex permissu Cyri in patriam regressos 9
supra memorauimus, urbem ac templum restituere aggressi, ut

6 Aen. I, 729. 30 II Par. 36.

4 defuerat *P* 5 Beli *b*: bella *P* 6 cuius — meminit *Sigonio glossema uidebatur* 10 Daniele *b* 14 ut | ut es illud *P* || accyri *P*, accersi *b* 18 sueta *P*: *om. b; aliquid deesse recte Vorstius senserat* || inferri *P et Vorstius*: inferre *b* 21 Danieli *b* 23 ues tia *P* 28 Danielo *om. P*, Danieli *b* 31 restuere *P*

Digitized by Google

pauci atque inopes parum proficiebant, donec centesimo fere anno, Artaxerse rege Persis imperitante, per eos, qui locis praeerant, ab
2 aedificando deterriti: etenim tum Syria atque omnis Iudaea sub Persarum imperio per magistratus ac praesides regebatur. igitur his consilium fuit regi Artaxersi scribere, non oportere Iudaeis restituendae urbis suae copiam dari, ne pro contumaci ingenio resumptis uiribus, aliis gentibus imperare soliti, non paterentur
3 sub alieno imperio degere. ita comprobato a rege praesidum consilio prohibita urbis aedificatio usque in secundum Darii regis annum dilata est. sed hoc tractu temporum, qui reges Persis imperauerint, inseremus, quo facilius annorum series in ordinem
4 contexta prodatur. post Darium Medum, quem duodeuiginti annos regnasse significauimus, Cyrus uno et triginta annis rerum potitus est. Scythis bellum inferens in proelio cecidit, secundo anno post-
5 quam Tarquinius Superbus Romae regnare coeperat. Cyro Cambyses filius eius successit: regnauit annos VIIII. hic cum Aegyptum atque Aethiopiam bello premeret et subegisset uictorque in Persas reuerteretur, casu se ipse uulnerauit ex eoque ictu periit.
6 post huius mortem magi duo fratres, natione Medi, menses VII Persarum regnum optinuerunt. ad hos interficiendos septem nobilissimi Persae coniurauerunt, quorum princeps fuit Darius Hystaspis filius, natus ex fratre patruele Cyri, omniumque consensu regnum
7 ei delatum: regnauit annos VI et XXX. hic ante quadriennium quam decederet, apud Marathonam pugnauit, celeberrimo Graecis Romanisque historiis proelio. id gestum post Romam conditam anno fere ducentesimo et sexagesimo, Macerino et Augurino consulibus, abhinc annos, si tamen inuestigatio Romanorum consulum non fefellit, DCCC LXXX et VIII: omne enim tempus in Stiliconem
8 consulem direxi. post Darium Xerses fuit, isque uno et XX annis

2 Esra 3. 8 Esra 6.

2 Artaxerxe *b, et sic semper in hoc nomine* 3 sunt deterriti *b* 4 regebatur *b*: agebatur *P, an ex* agebat*? cf. ad I, 30, 1* 9 et usque *malebat de Prato* 12 contextă *P* 13 significamus *P* || unŭ et XXX annis *P* 15 ceperat *P* 16 regnauitque *b* 18 ipse *P*: ipsum *b* 21 hystaspi *P* 24 Marathona *malebat de Prato* 26 macherino *P, em. de Prato* 28 omnĕ *P* || stilliconem *P* 29 exerses *P*, Xerxes *b et sic deinceps* || unum et XX annos *b*

Digitized by Google

regnasse traditur: quamquam in plerisque exemplaribus xx et v annos imperii eius fuisse repperi. huic successit Artaxerses, cuius supra meminimus. hic cum inhiberi aedificationem urbis Iudaeae 9 templique iussisset, suspensum opus usque in secundum Darii regis annum pependit. sed ut usque ad eum temporum ordo conexus sit, Artaxerses regnauit annis uno et XL, Xerses duobus mensibus. postque eum Sucdianus VII mensibus fuit.

Darius deinde, sub quo templum est restitutum, regnum 10 adeptus est, cui Ochus tum nomen erat. hic cum ex Hebraeis tres adolescentes spectatae fidei corporis custodes haberet unusque ex his prudentiae documento admirationem regis in se conuertisset, delata sibi optione petendi, si quid animo concepisset, ingemiscens patriae ruinis copiam restituendae urbis poposcit meruitque a rege, ut subregulis ac praesidibus imperaret, aedificationem sacrae aedis praebitis impendiis maturarent. ita templum quadriennio 2 consummatum, sexto post anno quam Darius regnare coeperat, idque Iudaeis satis uisum: et quia magnae molis erat urbem restituere, diffisi uiribus opus multi laboris incipere non ausi templo continebantur. per idem tempus Esdras scriba legis post 3 xx fere annos quam templum fuerat consummatum, defuncto iam Dario, qui unum de uiginti annos rerum fuerat potitus, permissu Artaxersis secundi, non illius, qui inter duos Xerses fuit, sed huius, qui Dario Ocho successerat, Babylonia profectus multique eum secuti Hierosolymam peruexere uasa diuersi operis et dona, quae rex templo Dei miserat, cum XII Leuitis: uix enim hic nu- 4 merus ex illa tribu repertus traditur. is cum deprehendisset Iudaeos gentilium conubiis permixtos, multis increpitos renuntiare

12 Esra 6. 23 Esra 7 sq. 26 Esra 9 sq.

3 meminimus *P*: mentionem fecimus *b* 6 annis uno *nos*: annos unŭ *P* 7 Sucdianus] *uulgo* Sogdianus 9 ademptus *P* 11 docimento ammirationem *P* 12 concupisset *malebat de Prato* 14 imperaret ut *b* 16 ceperat *P* 21 unŭ de .xx. annos *P*: unum de xx annis *b* (undeuiginti *de Prato*) 22 artarxerses *P* 23 dario cho *P* || multique eum secuti Hierosolymam peruexere uasa diuersi operis *scripsi*: multisque eum secuti hierosolimam peruenere uasa diuersi operis *P*, multisque eum sequutis, Hierosolymam peruenere. Vasa quoque diuersi operis *b* 27 cocconubiis *P*, connubiis *edd.*

Digitized by Google

istiusmodi matrimoniis ac filios ex his susceptos extrudi iubet, omnesque dicto paruere. purgatus populus ueteris legis ritu agebat. ceterum Esdram nihil super reficienda urbe egisse comperio, credo potiorem curam ratus plebem corruptis moribus reformare.

11 Erat ea tempestate apud Babyloniam Neemias minister regius, gente Iudaeus, Artaxersi merito obsequiorum carissimus. 2 is Iudaeos percontatus, quis paternae urbis status esset, ubi comperit in isdem ruinis iacere patriam, totis sensibus conturbatus cum gemitu multisque lacrimis orasse ad Deum traditur, delicta 3 gentis suae reputans, misericordiam diuinam efflagitans. igitur cum eum rex inter epulas maestum extra solitum animaduertisset, poposcit ab eo causam dolorum ut exponeret. tum ille aduersa gentis suae et ruinam ciuitatis deflere, quae iam per annos fere ducentos et quinquaginta solo strata, malorum testimonium, spectaculum inimicis praeberet: daret sibi eundi et restituendae 4 eius potestatem. paruit rex piis precibus, statimque eum cum praesidio equitum, quo tutius iter ageret, dimisit, datis ad praetores epistulis ut necessaria praeberent. is cum Hierosolymam peruenisset, uiritim populo opus urbis distribuit, et certatim iussa omnes curabant. iamque ad medium machinae processerant, cum 5 flagrante inuidia gentium uicinae urbes conspirant opera interrumpere Iudaeosque ab aedificando deterrere. sed Neemias, dispositis aduersum incursantes praesidiis, nihil territus coepta explicuit: consummatoque *muro* et ualuis portarum perfectis, per familias construendis interius domibus urbem dimensus est. censuitque populum minime urbi parem, neque enim amplius quam ad quinquaginta milia promiscui sexus atque ordinis reperta: 6 tantum ex illo quondam inmani numero frequentibus bellis absumptum aut captiuitate detentum. nam olim hae duae tribus, quarum hoc residuum fuit, cum ab his decem tribus separatae sunt, CCC et XX milia uirorum armauerant. a Deo ob peccatum

10 Neh. 2. 20 Neh. 3 sqq.

2 ritu *de Prato*: ritū *Pb* 5 Nehemias *Drusius* 6 artaxersi *P* 10 misericordiamque *b* 14 et sexaginta *Sigonius* 20 cum flagrante] conflagrante *P* 22 Judaeos *b* || dispositis *b*: depositis *P* 24 muro *Sigonius addidit, possis etiam* opere 25 dimensus *Galesinius et Giselinus*: dimissus *P* 31 CLXXX *Sigonius* || a Deo *de Prato*: adeo *edd. priores*

Digitized by Google

internecioni et captiuitati datae ad hanc usque paucitatem deue- 7
nerant. sed haec, ut dixi, plebs duarum tribuum fuit: decem uero
prius deductae per Parthos, Medos, Indos atque Aethiopas dis-
persae numquam in solum patrium regressae, hodieque barba-
rarum gentium imperiis continentur. sed consummatio restitutae 8
urbis XXX et II imperii Artaxersis anno refertur. a quo tempore
usque ad Christi crucem, id est Fufium Geminum et Rubellium
consules, anni CCCXC et VIII: ceterum a restitutione templi usque
in euersionem, quae sub Vespasiano consule Augusto per Titum
Caesarem consummata est, anni CCCC LXXX et III. praedictum id 9
olim est a Daniele, qui ab instauratione templi usque in euer-
sionem LX et VIII hebdomadas futuras pronuntiauerat. a die
autem captiuitatis Iudaeorum usque in tempus restitutae ciuitatis
fuerunt anni CCLX.

In hoc temporum tractu Esther atque Iudith fuisse arbitra- 12
mur: quarum quidem actus quibus potissimum regibus conectam,
non facile perspexerim. nam cum Esther sub Artaxerse rege refe-
ratur, porro duos huius nominis Persarum reges fuisse reppererim,
multa cunctatio est cuius haec temporibus applicetur. mihi tamen 2
uisum est huic Artaxersi, sub quo Hierosolyma est restituta,
Esther historiam conectere, quia non sit uerisimile, ut, si sub
priore Artaxerse fuisset, cuius tempora *Esdra* complexus est,
nullam tam illustris feminae mentionem retulisset, maxime cum
ab illo Artaxerse inhibitam templi aedificationem, sicut supra
memorauimus, constet: neque Esther passura fuerit [tum], si in
illius matrimonio tum fuisset. nunc gesta edisseram. erat ea tem- 3
pestate regi in matrimonio Vastis quaedam, mirae femina pulchri-

10 Dan. 9.

1 datã *P* 3 deductae *nos*: ductae *P*, abductae *de Prato* 4 sunt regressae *b* 6 II] duo *P* || artarxersis *P* 7 Fufium *P*: Fusium *b* || Geminium *b* || rebellium *P*, *em. de Prato* 8 *malim* consŝ. *(sic cod.)* ŝ (*i. e.* sunt) anni 14 *post* CCLX *est in P spatium uacuum quindecim fere litterarum* 15 nhoc *P initio noui uersus*, Hoc *b* || Esther *Drusius*: hester *P et sic deinceps* 17 artarxerse *P*, *item u. 22 et 24, et* artarxersi *u. 20* 18 reppererim *scripsi*: repperi *P* 21 quia non sit *scripsi*: qui añ fuit *P*, quae ante fuit *b* || uerisimilis *b* 22 tempora Esdra *de Prato*: tẽprã *P* 24 sic supra *P* 25 *utrumque* tum *de Prato delendum censet, nos prius saltem inclusimus*

Digitized by Google

tudinis. cuius cum formam omnibus praedicaret, die quodam, cum publicum conuiuium dabat, adesse reginam demonstrandae
4 pulchritudinis gratia iubet. illa uero stulto rege consultior, pudens uirorum oculis spectaculum corporis praebere, iussa abnuit. qua contumelia barbarus animus permotus uxorem matrimonio ac regia
5 depellit. igitur cum in locum eius puella regis coniugio quaereretur, reperta est Esther ceteras specie uincere. haec Iudaea ex tribu Beniamin, utroque parente orba, a Mardochaeo patrueli
6 fratre educta. cum ad regales nuptias duceretur, mandante educatore genus *et* patriam occultauit, admonita ne paternarum traditionum immemor, etsi in matrimonium alienigenae captiua succe-
7 deret, gentilium cibis participaret. igitur iuncta regi breui, ut fit, ui pulchritudinis totum eius animum facile cepit, adeo ut eam aequatam imperio insigni regio, ueste purpurea donaret.

13 Qua tempestate Mardochaeus inter proximos regis erat, pro uirili portione negotiorum familiarium curator. is compositas a
2 duobus spadonibus regi insidias prodiderat, atque ex eo carior summisque honoribus donatus. erat ea tempestate regi Aman quidam perfamiliaris, quem aequatum sibi adorari more regum praeceperat. id Mardochaeus unus ex omnibus facere fastidiens
3 odia Persae in se grauiter accenderat. igitur Aman ad perniciem Hebraei animum intendens regem adit affirmatque, esse in regno eius hominum genus prauis superstitionibus deo hominibusque inuisum, externis legibus uiuens, dignum exitio: rectum esse omnes huius gentis internecioni dare, exque eorum bonis inmensas
4 opes pollicetur. facile id barbaro persuasum: edictum emittitur Iudaeos necandos, missique continuo qui per omne regnum ab India usque Aethiopiam promulgarent. id ubi Mardochaeo compertum, conscissis uestibus sacco obuoluitur conspersusque cinere pergit ad regiam, ibique eiulatu multo cuncta questibus replet: facinus indignum immeritam gentem perire neque ullam pereundi

6 Esther 2. 18 Esther 3. 28 Esther 4.

8 mardochoeo *P* || patruele *b* 10 et *om. P*, ac *b* || ammonita *P* 13 coepit *P* 14 aequatam sibi imp. *malebat Vorstius* 15 mardocheus *P, et sic deinceps* 18 amman *h. l. P, sed alias* aman; Haman *b* 21 pernitiem *P* 22 intendens *b*: incendens *P* || adiit *Pb* 27 omnē *P* 28 promulgarent *P*: edictum promulgarent *b* 30 regiam *P et de Prato*: reginam *b*

Digitized by Google

causam dari. Esther lamentantis voce excita rem, ut erat, cogno- 5
scit. tum uero anceps consilii, quia adeundi regem potestas non
erat — etenim more Persarum reginae introire ad regem nisi
accersitae non licet, nec tamen, cum fuerit regi libitum, sed statuto
tempore admittitur — et forte tum ita euenerat, ut diebus XXX
proximis separata a conspectu regis Esther haberetur. igitur auden- 6
dum aliquid pro ciuibus rata, etsi certa pestis adesset, pulchro in
negotio occumbere parata, inuocato prius Deo, aulam regis ingre-
ditur. at barbarus re insolita percussus, paulatim blandimento
muliebri delinitus, postremo ad cenam reginae perducitur, unaque
cum illo Aman ille regi carus et Iudaeae genti infestus. igitur 7
cum iam post epulas multis poculis conuiuium calere coepisset,
Esther genibus regis aduoluitur, gentis suae perniciem deprecatur.
rex uero nihil se petenti, si quid ultra peteret, negaturum polli-
cetur. tum Esther arrepto tempore Amanis mortem flagitat in 8
ultionem gentis, quam perditam cupierat. sed rex amici memor
paulisper cunctatus deliberandi gratia modicum secessit. deinde
regressus *ut* uidit Aman reginae genua complexum, succensus ira
et appetitam reginam clamitans, morte eum affici iubet. et tum 9
regi compertum, poenam crucis per Aman Mardochaeo paratam.
ita Aman eaedem cruci affigitur, omniaque bona eius Mardochaeo
data Iudaeique sunt absoluti. Artaxerses regnauit annos duos et
LX, eidemque Ochus successit.

Huic rerum ordini recte Iudith actus conseram: traditur enim 14
post captiuitatem fuisse, sed quis eo tempore Persis regna-
uerit, historia diuina non edidit: regem tamen, sub quo illa gesta
sint, Nabuchodonosor nuncupat, non utique eum, qui Hierosoly-
mam ceperit. sed nullum hoc nomine post captiuitatem apud Persas 2
regnasse reperio, nisi si ob inpotentiam et pariles conatus quicum-

6 Esther 5. 13 Esther 7. 24 Judith 1.

8 parata *de Prato*: parat *Pb* || dō *P corr. 1 m. ex* dn̄o: Domino *b* 9 perculsus *b* 10 coenam *b* 11 gentis *P, em. Galesinius* 13 pernitiem *P* 17 cunctatur deliberandique *b* 18 ut uidit *Sigonius*: uidit *P* 20 compertum erat *b* 21 eędem *P*: eidem *b* 22 artaxerses *P* 23 LX *P*: XL *Sigonius; contra de Prato censet infra* anni II et XL (*pro* duo et XX) *scribendum esse* 24 conseram *P, ut coni. Drusius:* conferam *b* 26 gesta sunt *malebat de Prato* 29 inpatientiam *P, em. Sigonius* || quicumq. *P et Sigonius*: quicum *b*

Digitized by Google

3 que ille rex Nabuchodonosor a Iudaeis uocitatus est. plerique tamen Cambysen, Cyri regis filium, putant, eo quod uictor Aegyptum atque Aethiopiam penetrauerit. sed huic opinioni eadem sacra historia repugnat: nam duodecimo regis illius anno Iudith fuisse
4 signatur. porro Cambyses non ultra VIII annos rerum potitus est. unde, si in historia opinari licet, sub Ocho rege, qui post Artaxersen secundum fuit, haec gesta crediderim: idque uel ex hoc conicio, quod idem Ochus, ut *in* saecularibus legi, natura immitis cupidusque bellorum traditur. nam et arma finitimis intulit et Aegyptum, quae ante multos annos desciuerat, bello recuperauit.
5 quo tempore etiam sacra eorum et Apim in deum receptum irrisisse traditur: quod postea Baguas, spado eius natione Aegyptius, indignatus, contumeliam gentis morte regis ultus est. meminit
6 autem huius Baguae historia diuina: nam cum Holofernes iussu regis aduersum Iudaeos duxit exercitum, Baguam in isdem castris fuisse memorauit. unde non immerito in argumentum nostrae opinionis adduxerim, ut rex ille, Nabuchodonosor nuncupatus, Ochus fuerit, sub quo Baguam fuisse mundiales historici
7 prodiderunt. ceterum illud nemini mirum esse oportebit, quod scriptores saecularium litterarum nihil ex his, quae sacris uolumi-
nibus scripta sunt, attigerunt: Dei spiritu praeualente, ut intaminata ab ore corrupto uel falsis uera miscente intra sua tantum mysteria contineretur historia, quae separata a mundi negotiis et sacris tantum uocibus proferenda permisceri cum aliis uelut aequali
8 sorte non debuit: etenim erat indignissimum, ut alia agentibus aut alia quaerentibus haec quoque cum reliquis miscerentur. sed pergam ad cetera ac per Iudith gesta, ut potero, paucis absoluam.

15 Igitur reuersis, ut supra memorauimus, in solum patrium Iudaeis, necdum composito rerum aut urbis statu, rex Persarum Medis bellum infert atque aduersus regem eorum, Arphaxad

12 Judith 2. 30 Judith 1.

2 eo *P*: esse *b* 6 artarxersen *P* 8 conitio *P* || in *b*: *om.* *P* || saecularibus *P*: secularibus quibusdam scriptis *b* 14 olofern', *i. e.* olofernus *P* 15 aduersus *b* || duxit *Laubmann*: dux *P*, duxerat *b*, duceret *de Prato* 17 opionis *P* 21 attigerunt *b*: contigerunt *P*, attigerint *malebat de Prato* || prouidente *coni. de Prato* 22 uel *P*: et *b* 27 ac Judith gesta *Sigonius* 30 arfaxat *P*, *em. Druesius e Graeco Ἀρφαξάδ*

Digitized by Google

nomine, acie confligit secundo euentu: perempto rege gentem imperio adiungit. idem reliquis nationibus facit, praemisso Holo- 2
ferne, quem principem militiae delegarat, cum milibus peditum
C et XX, equitum XII. is Cilicia et Arabia bello uastatis multas
urbes aut ui capit aut metu in deditionem compellit. iamque 3
Damascum admotus exercitus magno Iudaeos terrore perculerat.
sed impares ad resistendum, neque ad deditionem adquiescentibus 4
animis, expertis quippe usque antea captiuitatis mala, ad templum
frequentes concurrunt. ibi communi gemitu permixtoque ululatu
diuinum auxilium implorant: satis se Deo ob peccata uel crimina
dedisse poenarum; reliquiis saltem seruitio nuper exemptis par-
ceret. interea Holofernes Moabitis in deditionem acceptis atque 5
aduersum Iudaeos in societatem belli assumptis, cum ab eorum
principibus inquireret, quibusnam uiribus freti Hebraei deditioni
animos non dedissent, Achior quidam comperta edisserit, Iudaeos 6
Dei cultores, pio a patribus ritu institutos, olim in Aegypto pepen-
disse seruitium: inde diuino munere eductos ac siccatum mare
pedibus emensos, postremo omnibus gentibus deuictis habitatas
maioribus terras recepisse. exin uario rerum statu floruisse aut 7
concidisse, atque iterum malis emersisse, secundum merita iratum
aut placatum Deum uicissitudine expertos, dum peccantes incur-
sionibus hostium aut captiuitatibus coërcentur, propitio numine
semper inuicti. ceterum, si praesenti tempore absque peccato sint,
nullo modo eos posse superari: sin aliter se habeant, facile uincen-
dos. ad haec Holofernes ferox multis uictoriis, nihil sibi inuictum 8
ratus, ira accensus, cur ex peccato potissimum Iudaeorum pendere
illius uictoria putaretur, propelli Achior in castra Hebraeorum
iubet, ut cum his periret, quos uinci non posse affirmauerat. ac 9
tum Iudaei montes petiuerant: ita quibus id negotii datum, ima

2 Judith 2 sq. 7 Judith 4. 12 Judith 5. 28 Judith 6.

2 oloferne *P et sic deinceps* 3 delegerat *b* 6 torrere *P* 8 antea *nos*: antead *P* (*an ex* antehac?), ante *b* 11 salutem *P* 12 *et* 25 olofernis *P*, *item p. 72, 5* || Moabitis] *addendum censet Drusius* et Ammonitis (*uel* et filiis Ammon), *quia Achior Ammonitarum dux fuerit* 13 asumptis *P* 15 acitor *P* (*et sic deinceps, sed p. 72 1* accitor), Accitor *b*, *em. Drusius, cf. Judith 5, 5* 20 emeruisse *P* 22 captiuitatis *P* || coercerentur *Vorstius* 28 uincti *P*

Digitized by Google

montium successere ibique uinctum Achior reliquerunt. quod ubi Iudaei animaduerterunt, exemptum uinculis in collem perducunt. causas rei quaerentibus gesta exponit receptusque in pacem exitum opperiebatur. is post uictoriam circumcisus Iudaeus factus est.
10 igitur Holofernes difficultate locorum comperta, quia adiri praecelsa non poterant, montes militibus circumdat et summa cura Hebraeos aquationibus prohibet: eoque maturius obsidionem sensere. itaque uicti penuria aquae ad Oziam principem concurrunt, proni omnes ad deditionem. ille uero opperiendum paulisper et diuinum auxilium expectandum respondens, quinto demum die deditionis tempus constituit.

16 Quod ubi Iudith compertum, quae uiro uidua, praedives opibus, insignis specie, sed moribus quam uultu illustrior tum in castris erat, artis suorum rebus etiam certo sibi exitio audendum aliquid et temptandum rata, caput comit, uultu expolitur, comite
2 ancilla castra hostium ingreditur. statimque ad Holofernem deducta perditas res suorum memorat, se transfugio uitae consuluisse. deinde a duce poscit liberum extra castra nocturno tempore egressum orandi gratia. mandatum id uigilibus portarumque custo-
3 dibus. sed ubi per triduum egrediendi ac redeundi consuetudinem sibi barbaris fidem fecit, Holofernem cupido incessit dediticiae corpore abuti: etenim forma excellenti Persam facile permouerat. ita ad ducis tentorium per Baguam eunuchum deducitur, initoque
4 conuiuio barbarus multo se uino obruit. tum remotis ministris, priusquam uim mulieri inferret, somno captus est. Iudith tempore arrepto caput hostis desecat secumque aufert. et cum secundum
5 consuetudinem castris egredi crederetur, incolumis regressa. postero die Hebraei, caput Holofernis de superioribus ostentantes, erup-

8 Judith 7. 12 Judith 8—10. 18 Judith 12. 27 Judith 13 sq.

2 amin aduerterunt *P* 3 in pacem *nos*: inparem *P*, parem *b* 6 milibus *P* 10 demum *Sigonius*: decimo *P*, *cf. lib. Judith 7, 15* 14 arctis *b* 20 consuetudinem sibi, barbaris fidem *distinctum est in editt.; uidetur sententia*: ubi barbaris fidem fecit, sibi esse egred. ac redeundi consuetudinem, *cf. infra*: cum secundum consuetudinem castris egredi crederetur (consuetudine sibi apud barbaros fidem fecit *Vorstius*) 21 fide *P* 22 abutendi *Drusius* 23 deducitur *P*, *ut coni. Drusius*: deducunt *b* || initoque conuiuio *de Prato*: initioque conuiuii *P* 27 regressa *P*: ad suos regressa est *b*

Digitized by Google

tione facta ad castra hostium pergunt. tum uero barbari signum pugnae poscentes tabernaculum ducis frequentes assistunt. ubi truncum corpus repertum, foeda formidine in fugam uersi terga hostibus praebuerunt. Iudaei fugientes persecuti caesisque multis 6 milibus castris ac praeda potiti. Iudith summis laudibus celebrata C et V annos uixisse traditur. haec si Ocho rege, ut opinamur, 7 gesta sunt anno imperii eius duodecimo, a tempore Hierosolymae restitutae usque in id bellum fuerunt anni duo et XX. ceterum Ochus XX et III annos regnauit. fuit autem ultra omnes cruentus 8 et plus quam barbaro animo. hunc Baguas spado aegrotantem uenenis sustulit. post eum Arses, filius eius, triennio imperium tenuit, Darius annos IIII.]

Aduersum hunc Alexander Macedo acie conflixit. eo uicto 17 Persis imperium ademptum, quod ab initio Cyri steterat annos CC et L. Alexander uictor fere *omnium* gentium adiisse Hieroso- 2 lymae templum dicitur ac dona intulisse, edixitque per omne imperium, quod sui iuris effecerat, ut Iudaeis ibidem degentibus esset liberum in patriam reuerti. exacto duodecimo imperii anno, septimo posteaquam Darium deuicerat, apud Babylonam defunctus est. regnum amici eius, qui simul cum illo maxima illa bella 3 gesserant, partiti sunt. hi aliquanto tempore sine usurpatione regali susceptas partes procurauerunt, Arridaeo quodam Philippo Alexandri fratre regnante, cui perimbecillo uerbo datum imperium uidebatur, re autem penes eos erat, qui sibi exercitum et prouincias distribuerant. nec uero hic rerum status diu mansit, omnes- 4 que se reges appellari maluerunt. primus in Syria post Alexandrum Seleucus rex fuit, subiecta eidem Perside ac Babylone. qua 5 tempestate Iudaei annuum stipendium trecenta argenti talenta regi dabant, nec tamen per externos magistratus, sed per sacerdotes suos regebantur. patrioque ritu uiuebant, donec plerique eorum longa rursum pace corrupti miscere omnia seditionibus et

2 Judith 15 sq.

6 si *P*: *om. b* 8 duo et XX] duo et XL *de Prato, cf. eius edit. II, p. 123 sq.* 10 Bagua spado *Pb*, *sed cf. II, 14, 5* 11 Arxes *Pb* 13 alersander *P* 15 omnium *b*: *om. P* 18 liberum esset *b* 19 babyllonam *P* 21 hi *P*: inde *b* 22 Arrideo *Pb* 24 re *de Prato:* res *P* 27 eadem perside ac babyllone *P* 29 externos *Sigonius*: ternos *P*

Digitized by Google

turbare coeperunt, affectantes summum sacerdotium libidine, auaritia et dominandi cupidine.

18 Namque primum sub rege Seleuco, Antiochi magni filio, Oniam sacerdotem, uirum sanctum atque integrum, Simon quidam falsis apud regem criminibus insimulatum excutere nequiuerat. 2 interiecto deinde tempore Iason frater Oniae Antiochum regem, qui Seleuco fratri successerat, adiit, augmentum stipendii polli- 3 cens, si sibi summum sacerdotium traderetur. et quamquam insolitum neque ante permissum erat perpetuo sacerdotio perfungi, sollicitus tamen regis animus, aeger auaritia, facile superatus est. 4 ita depulso Onia Iasoni sacerdotium mandatum. is foede admodum ciues patriamque lacerauit. dein cum per Menelaum quendam, Simonis illius fratrem, promissam regi pecuniam misisset, patefacta semel ambitioni uia, isdem artibus, quibus Iason prius, 5 Menelaus sacerdotium obtinuerat. nec multo post, cum promissum argenti modum non reddidisset, loco pellitur: Lysimachus substituitur. inde inter Iasonem et Menelaum foeda certamina, donec 6 Iason prōfugus patria excessit. his initiis corruptis moribus eo usque processum, ut plerique popularium ab Antiocho poscerent, permitti sibi more gentilium uiuere. quod cum rex petentibus annuisset, certatim pessimus quisque delubra extruere, idolis supplicare, legem profanare occeperat. interea Antiochus rediens 7 ab Alexandria — namque tum bellum regi Aegyptio intulerat, quod iussu senatus et populi Romani deposuit, Paulo et Crasso consulibus — Hierosolymam adiit. cum discordantem superstitionibus susceptis populum repperisset, legem Dei destruens et his fauens, qui impia sequebantur, omnia templi ornamenta detraxit

25 II Macc. 5.

1 auarię et donandi *P, em. in b* 4 Oniam *b*: omam *P* 5 excutere *Giselinus*: exquire *P*, exquirere *b* (extinguere *Sigonius*, extrudere *Clericus*, excipere *Vonck*) 9 permissum cuiquam erat *b* || non perpetuo (*uel* non perfungi) *Sigonius et Drusius, uulgatam sic explicat de Prato*: 'sacerdotium, quod perpetuum erat, usurpare' 10 sollitius *P*, sollicitatus *malebat de Prato, sed eodem sensu* sollicitus *dictum esse apparet, cf. ad II, 51, 5* 11 depulsa *P* || est mandatum *b* 13 symonis *P* || promissa *P* 15 menelaus *P*: Menelaus quoque *b* || obtinuit *Sigonius* || quum is promissum *b* 17 foeda *P*: foeda fuere *b* 18 init', *i. e.* initus *P* 22 nantiochus *P* 27 frauaens *P* || templo *Vorstius*

Digitized by Google

ac multa caede uastauit. id gestum ab excessu Alexandri anno 8
centesimo uno et quinquagesimo, Paulo, ut diximus, Crassoque
consulibus, post quinquennium fere quam Antiochus regnare
coeperat.

Sed ut temporum ordo consertus sit ac liqueat euidentius, 19
quis hic fuerit Antiochus, regum, qui post Alexandrum in Syria
fuerant, et nomina et tempora enumerabimus. defuncto, ut supra 2
retulimus, rege Alexandro, ab amicis eius regnum omne diuisum
ac regio nomine aliquamdiu administratum est. Seleucus post
nouem annos in Syria rex est appellatus, regnauitque annos II et
XXX. post eum Antiochus, filius eius, annos unum de uiginti. 3
inde Antiochus, Antiochi filius, qui et Theus cognominatus est,
annos XV. post hunc Seleucus filius, cognomine Callinicus, annos
unum et uiginti. item Seleucus, filius Callinici, annos tres. hoc 4
defuncto Antiochus frater [Callinici] Asiam et Syriam tenuit
annos VII et XXX. hic est Antiochus, aduersus quem Lucius Scipio
Asiaticus bellauit: quo bello uictus et imperii parte multatus
est. hic duos filios habuit, Seleucum et Antiochum, quem obsi-
dem Romanis dederat. ita Antiocho magno mortuo Seleucus filius 5
eius natu maior regnum indeptus est, sub quo Oniam sacerdotem
a Simone insimulatum diximus. tum Antiochus a Romanis dimis-
sus datusque in locum eius obses Demetrius, Seleuci regis, qui
eo tempore regnabat, filius. Seleuco mortuo anno imperii duo-
decimo regnum frater Antiochus, qui Romae obses fuerat, occu- 6
pauit. is post quinquennium quam regnare coeperat, ut supra
docuimus, Hierosolymam depopulatus est. etenim graue Romanis
stipendium pensitans ipse immensis sumptibus paene necessario
cogebatur pecunias rapto quaerere neque ullam praedandi occa-
sionem omittere. post biennium deinde, pari rursum clade affectis 7
Iudaeis, ne forte frequentibus malis compulsi bellum sumerent,

1 m. caede urbem uastauit *coni. Sigonius probabiliter* 2 uno *b*: imo *P; minus uerisimile est* imo *ex dittographia ortum esse, cf. de Prato ad h. l. de chronologia* 7 fuerant *P*: fuerunt *b* 12 qui et theus *P*: qui Etthaeus *b* 15 Callinici *delendum esse uidit de Prato* 16 Lucius Scipio *nos*: ut suscipio *P*, Scipio *b* 17 Asiaticus *de Prato*: asyana gens *P*, Africani frater *b* 19 eius filius *b* 20 maior *P*, *ut coni. de Prato*: minor *b* || adeptus *b* || omam *P* 21 symone *P* 27 sumptibus deditus *coni. de Prato*

Digitized by Google

praesidium arci imposuit. inde sacram legem euertere aggressus mittit edictum, ut omnes relictis maiorum traditionibus gentium ritu uiuerent. nec defuere qui profano imperio uolentes parerent. tum uero foedum spectaculum: per uniuersas urbes palam in plateis litabatur, sacra etiam legis et prophetarum uolumina igni cremata.

20 Ea tempestate Matthathias, Iohannis filius, sacerdos erat. hic cum a regiis cogeretur edicto parere, egregia constantia profana contemnens, Hebraeum publice profanantem in ore omnium iugulauit. tum demum reperto duce facta secessio est. Matthathias oppido egressus, multis ad eum confluentibus, speciem iusti exercitus effecerat: quis omnibus destinatum erat aduersus profanum imperium se armis tueri, et uel in bello occumbere quam impias cerimonias exercere. interea Antiochus per Graecas quoque urbes, quae in illius imperio erant, repertos Iudaeos sacrificare cogebat inauditisque cruciatibus reluctantes afficiebat. qua tempestate illustris illa passio septem fratrum matrisque fuit: qui omnes, cum legem Dei, instituta maiorum uiolare suppliciis cogerentur, mori maluerunt. ad extremum poenas mortesque eorum comitata mater est.

21 Interea Matthathias moritur: uicarium exercitui, quem parauerat ducem, Iudam filium substituit. huius ductu aduersum regios frequentibus proeliis prospere pugnatum. nam primum Apollonium ducem hostium, qui magnis copiis in conflictum descenderat, cum omni exercitu deleuit. quod cum Seron quidam, qui tum Syriae praeerat, comperisset, multiplicatis legionibus Iudam aggressus, ferox quia numero praestabat, ubi in aequum descensum, fusus ac fugatus, octingentis ferme amissis in Syriam regressus est. id ubi compertum est Antiocho, ira

1 I Macc. 1, 35 sqq. 7 I Macc. 2. 16 II Macc. 7. 22 I Macc. 3 sqq.

2 maiorum *P*: maiorum suorum *b* 4 fedum *P* || uniuersam urbem *P, em. de Prato* 5 litabatur *P*: diis litabatur *b* 7 matthathias *P*: Mathathias *b, et sic infra* 12 queis *b* 13 et uel in bello *P*: et in bello potius *b (errauit de Prato de P)* 14 nantiochus *P* 18 Dei et *b* 22 aduersus *b* 27 quia *P (per compendium) addita eadem m. syllaba* ta *s. l.* 28 in aequum *P*: in certamen *b*

Digitized by Google

et dolore succensus, quippe angebatur duces suos cum magnis exercitibus deuictos, auxilium per omne regnum contrahit, do- 4
natiuum militibus, exhaustis penitus thesauris, largitur. etenim tum praecipue grauiter pecuniae inopia affectus erat. nam defi-
cientibus Iudaeis ab eo, qui ei ultra trecenta argenti talenta annua pensitauerant, praeterea Graecis urbibus multisque regionibus persecutionis malo turbatis — ne gentilibus quidem pepercerat, quos deserere inueteratas superstitiones et ad unum ritum deducere temptauerat, illis quidem, ubi nihil sancti erat,
facile relinquentibus, sed tamen omnibus metu ac clade affe- 5
ctis — uectigalia cessauerant. quibus rebus aestuans — etenim ipse olim omnibus regibus opulentior suomet scelere inopiam persenserat — copias cum Lysia partitur eique Syriam et bellum aduersus Iudaeos committit, ipse in Persas ad cogenda
uectigalia profectus. igitur Lysias duces belli delegit Ptolemaeum, Gorgiam, Doronem et Nicanorem: his XL milia peditum, VII equitum data. ac primo impetu magnum Iudaeis ter- 6
rorem intulerunt. tum Iudas cunctis desperantibus suos adhortatus, forti animo descenderent in proelium: Deo fretis nihil in-
uictum fore: saepe antea a paucioribus aduersum plures bene pugnatum. ieiunio indicto celebratoque sacrificio in aciem de- 7
scensum: fusae hostium copiae, Iudas castris potitus multumque ibi auri et Tyriarum opum repertum. namque ex Syria negotiatores nihil de uictoria dubitantes, regium exercitum secuti spe
captiuos mercandi, praedae fuere. haec ubi Lysiae ex nuntiis 8
comperta, maiore cura copias parat annoque post immani exercitu Iudaeos aggreditur: uictus Antiochiam se recepit.

Iudas pulsis hostibus Hierosolymam regressus purgare templum **22**
et restituere animum intendit, quod euersum ab Antiocho pro-
fanatumque a gentibus foedam sui speciem praebebat. sed Syris 2
arcem tenentibus, quae continua templo et loci natura superior

28 I Macc. 4.

1 duces duos *malebat de Prato, et deinde* auxilia 8 inueteratę *P* 12 regis *P* 15 lisyas *P, item infra u. 25* lisyae || delegitur *P* 16 Doronem *cum Sigonio aut delendum est aut scribendum* Ptolemaeum Dorymenis filium; *cf. Maccab. 3, 38 et Jos. Antiq. 12, 11* 21 in acię *P* 27 uictus *P*: uictus denuo *b* 31 contigua *Drusius probabiliter, ut est II, 34, 2 et Dial. 3, 10* contigua flumini .. habitacula

Digitized by Google

atque inexpugnabilis erat, adiri subiecta non poterant, crebris
3 eruptionibus prohibentibus. aduersum hos Iudas ualidissimam
suorum aciem obiecit. ita opus sacrae aedis curatum templumque
muro circumdatum, constitutique qui perpetuum praesidium ar-
4 mati agitarent. at Lysias multiplicato exercitu in Iudaeam regres-
sus rursum uincitur, magna clade exercitus et auxiliorum, quae
5 ei a ciuitatibus missa in bello conspirauerant. interea Antiochus,
quem in Persidem profectum supra memorauimus, oppidum Ely-
mum, regionis illius opulentissimum, fanumque ibi situm multo
auro refertum, diripere conatus, confluente undique ad defensio-
nem loci multitudine fugatus: insuper nuntium accepit, res [uel]
6 a Lysia [uel a Lysimacho] inprospere gestas. ita ex maerore animi
corporis morbo incubuit. sed cum internis doloribus angeretur,
reminiscens malorum, quibus populum Dei uexauerat, merito
sibi illa accidisse confitebatur. deinde post paucos dies moritur,
cum regnasset annos undecim. Antiocho filio regnum reliquit, cui
Eupator nomen fuit.

23 Ea tempestate Iudas Syros in arce positos obsidebat. qui cum
fame atque inopia afficerentur, missis ad regem nuntiis prae-
sidium implorant. ita Eupator cum centum milibus et equitum
uiginti milibus suis subsidio uenit, praeeuntibus aciem cum in-
2 genti terrore elefantis. tum Iudas laxata obsidione regi obuiam
tendit primoque proelio Syros fundit. rex petit pacem: quia in-
3 fido ingenio male usus, perfidiam consecuta ultio. nam Deme-
trius, Seleuci filius, quem Romanis obsidem datum supra me-
morauimus, ut audiuit Antiochum decessisse, petiuit, ut se in
regnum remitterent. quod cum ei negatum fuisset, clam Roma
profugit, in Syriam uenit regnumque occupauit, Antiochi filio,
4 qui annum unum et menses sex regnauerat, interfecto. hoc reg-

7 I Macc. 6. 29 I Macc. 8.

7 in bello *P*: in bellum *b* 8 Elimum *b*, Elymaeum *coni. de Prato* 10 confluxente *P*, sed confluente *malebat de Prato* 11 res a Lysia inpr. gestas *Sigonius*, res uel a Lysia uel a Lysiae ducibus *coni. de Prato* 20 cum peditum centum milibus *Sigonius* 21 suis obsidio *P* 23 patit *P* || quia *P*: qua *Drusius*, qua quia *Vorstius* 27 remitteret *P* 28 Antiochi *P*, *ut coni. Vorstius*: Antiocho *b* (Antiocho Antiochi f. *Drusius*)

Digitized by Google

nante primum Iudaei a populo Romano amicitiam foedusque petiere: benigneque excepta legatio, decreto senatus socii atque amici appellati. interim Demetrius aduersus Iudam per duces suos bellum gerebat. ac primum per Bacchidem quendam et Alcimum Iudaeum ductus exercitus: post Nicanor bello praepositus in proelio occubuit. tum Bacchides et Alcimus resumptis uiribus auctisque copiis aduersum Iudam confligunt. in ea pugna uictores Syri cruente admodum uictoria usi. Hebraei in locum Iudae Ionatham, fratrem eius, deligunt. interea Alcimus cum foede Hierosolymam uastasset, moritur: Bacchides socio destitutus ad regem redit. dein post biennium rursus Bacchides bellum Iudaeis intulit, uictus pacem petit. quae propositis conditionibus data, si perfugas captiuosque et omnia bello rapta redderet.

Dum haec intra Iudaeam geruntur, adolescens quidam Rhodi educatus, nomine Alexander, Antiochi se esse filium dictitans, quod falsum erat, adiutus opibus Ptolemaei regis Alexandrini, in Syriam cum exercitu uenit: Demetrium bello superatum occidit, cum regnasset annos XII. hic Alexander, priusquam aduersus Demetrium confligeret, foedus cum Ionatha fecerat eumque ueste purpurea et insignibus regiis donauerat. ob quod eum Ionatha auxiliis iuuerat uictoque Demetrio primus omnium congratulatum occurrerat. neque postea Alexander datam fidem corrupit. ita quinquennio, quo rerum potitus est, res Iudaeorum tranquillae fuerunt. igitur *Demetrius* Demetrii filius, qui post mortem patris Cretam confugerat, hortante Lasthene Cretensium duce, regnum patrium bello repetens, impar uiribus Ptolemaeum Philometorem regem Aegypti, Alexandri socerum, iam tum genero infestum, ut sibi sit auxilio, implorat. ille uero non tam supplicis precibus quam spe Syriae occupandae illectus copias cum eo iungit, ac filiam Alexandro nuptam dat Demetrio. ad-

4 I Macc. 9. 29 I Macc. 11.

4 alchimum *P (et sic deinceps), em. Giselinus* 8 usi *P*: sunt usi *b* || in locum occisi Judae *Sigonius* 9 Ionathan *b* 10 sotio *P* 17 ptolomei *P* 21 Jonathas *b* 22 iuuit.. occurrit *coni. de Prato* 23 corrupit *P*: uiolauit *b* 25 Demetrius *addidit Sigonius* 26 lastene *P* 27 ptolomeum phylometorem *P*

Digitized by Google

7 nitem praeposuit. Hyrcanus quattuor et triginta annos rerum potitus, dum aduersum Parthos bellum gerit, capitur.

27 Tum Herodes alienigena, Antipatri Ascalonitae filius, regnum Iudaeae a senatu et populo Romano petiit accepitque. hunc primum Iudaei externum regem coeperunt habere. etenim iam ad- 5
uentante Christo necesse erat secundum uaticinia prophetarum
2 suis eos ducibus priuari, ne quid ultra Christum expectarent. sub hoc Herode, anno imperii eius tertio et XXX, Christus natus est
3 Sabino et Rufino consulibus, VIII Kal. Ianuarias. uerum haec, quae euangeliis ac deinceps Apostolorum actibus continentur, 10
attingere non ausus, ne quid forma praecisi operis rerum digni-
4 tatibus deminueret, reliqua exequar. Herodes post natiuitatem Domini regnauit annos IIII: nam omne imperii eius tempus VII et XXX anni fuerunt. postque eum Archelaus tetrarcha annis VIIII,
5 Herodes annis XX et IIII. hoc regnante, anno regni eius octauo 15
et decimo, Dominus cruci fixus est Fufio Gemino et Rubellio Gemino consulibus: a quo tempore usque in Stiliconem consulem sunt anni CCCLXXII.

28 Apostolorum actus Lucas edidit usque in tempus, quo Paulus Romam deductus est Nerone imperante: qui non dicam regum, 20
sed omnium hominum et uel inmanium bestiarum sordidissimus dignus extitit, qui persecutionem primus inciperet: nescio an et postremus explerit, siquidem opinione multorum receptum sit,
2 ipsum ante Antichristum uenturum. huius uitia ut plenius exponerem res admonebat, nisi non esset huius operis tam uasta ingredi: 25
id tantum annotasse contentus sum, hunc per omnia foedissima et crudelissima eo processisse, ut matrem interficeret, post etiam Pythagorae cuidam in modum sollemnium coniugiorum

28 ex Tac. Ann. 15, 37.

1 IIII et XX *Sigonius* 2 bella *b* 7 sub *b*: sed *P* 12 deminuerit *P*, diminueret *b* 14 postq. eum *P*: post quem *b* 15 annis XX *P*: an. XX *b*, annos XX *complures edd. posteriores* || eius *P*: *om. b* 16 fusio *P*: Fusio *b* || rebellio *P*, *em. de Prato et iam ante eum Joh. Clericus* 17 a *om. P* || stilliconem *P* 18 CCCLXVII *Sigonius* 22 persecutionem *P*: persecutionem in Christianos *b* 23 explebit *Giselinus; immo* expleturus sit || receptus *P* 24 ante Antichristum *de Prato (lectione in P non cognita)*: antecristum *P*, Antichristum *b*; *cf. Dial. II, 14* 26 fedissima *P* 28 phytagorae *P* || sollempniorum *P*

Digitized by Google

denuberet; inditumque imperatori flammeum; dos et genialis torus et faces nuptiales, cuncta denique, quae uel in feminis non sine uerecundia conspiciuntur, spectata. reliqua uero eius incertum pigeat an pudeat magis disserere. hic primus Christianum nomen tollere aggressus est: quippe semper inimica uirtutibus uitia sunt et optimi quique ab improbis quasi exprobrantes aspiciuntur. namque eo tempore diuina apud urbem religio inualuerat, Petro ibi episcopatum gerente et Paulo, posteaquam ab iniusto praesidis iudicio Caesarem appellauerat, Romam deducto: ad quem tum audiendum plures conueniebant, qui ueritate intellecta uirtutibusque Apostolorum, quas tum crebro ediderant, permoti ad cultum Dei se conferebant. etenim tum illustris illa aduersus Simonem Petri ac Pauli congressio fuit. qui cum magicis artibus, ut se deum probaret, duobus suffultus daemoniis euolasset, orationibus Apostolorum fugatis daemonibus, delapsus in terram populo inspectante disruptus est.

Interea abundante iam Christianorum multitudine accidit ut Roma incendio conflagraret, Nerone apud Antium constituto. sed opinio omnium inuidiam incendii in principem retorquebat, crebaturque imperator gloriam innovandae urbis quaesisse. neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo iussum incendium putaretur. igitur uertit inuidiam in Christianos, actaeque in innoxios crudelissimae quaestiones: quin et nouae mortes excogitatae, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, multi crucibus affixi aut flamma usti, plerique in id reseruati, ut cum defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. hoc initio in Christianos saeuiri coeptum. post etiam datis legibus religio uetabatur, palamque edictis propositis Christianum esse non licebat. tum Paulus ac Petrus capitis damnati: quorum uni ceruix gladio desecta, Petrus in crucem sublatus est. dum haec Romae geruntur, Iudaei,

19 Tac. ann. 15, 40 sqq.

1 denuberet *P (ut est in Tac. Ann. 15, 37 extr.)*: nuberet *b* 2 thorus *b* 3 conspicuntur *P* 8 praesidis *P*, *ut uoluerat Sigonius*: praesulis *b* 11 ediderant *Pb*: ediderunt *edd. complures* 13 symonem *P* 13 congresio *P* 15 dilapsus *P* 21 afficiebat *P* 27 latis legibus *Sigonius* 28 Christiano *Nic. Heinsius ad Ouid. ep. Heroid. 14, 64* 29 dampnati *P*

Digitized by Google

praesidis sui Festi Flori iniurias non ferentes, rebellare coeperunt. aduersus eos Vespasianus proconsulari imperio a Nerone missus multis grauibusque proeliis deuictos coegit intra muros
5 Hierosolymae confugere. interim Nero iam etiam sibi pro conscientia scelerum inuisus, humanis rebus eximitur, incertum an ipse sibi mortem consciuerit: certe corpus illius non repertum.
6 unde creditur, etiam si se gladio ipse transfixerit, curato uulnere eius seruatus, secundum illud, quod de eo scriptum est: et plaga mortis eius curata est, sub saeculi fine mittendus, ut mysterium iniquitatis exerceat.

30 Igitur post excessum Neronis Galba imperium rapuit: mox
2 Otho Galba interfecto occupauit. tum Vitellius e Gallia fretus exercitibus, quibus praeerat, urbem ingressus, Othone interfecto summam rerum usurpauit. quae posteaquam ad Vespasianum delata, licet malo exemplo, bono tamen affectu rei publicae ab improbis uindicandae, cum Hierosolymam obsideret, sumit imperium et, ut mos est, diademate capiti imposito ab exercitu consalutatus. Titum filium Caesarem facit: eidem pars copiarum
3 et obsidendae Hierosolymae negotium datum. Vespasianus Romam profectus, summo fauore senatus et populi receptus, cum se Vitellius interfecisset, imperium confirmauit. interea Iudaei obsidione clausi, quia nulla neque pacis neque deditionis copia dabatur, ad extremum fame interibant, passimque uiae oppleri cadaueribus coepere, uicto iam officio humandi: quin omnia nefanda esca super ausi ne humanis quidem corporibus pepercerunt,
4 nisi quae eiusmodi alimentis tabes praeripuerat. igitur defessis defensoribus irrupere Romani. ac tum forte in diem Paschae omnis ex agris aliisque Iudaeae oppidis multitudo conuenerat:

8 Apocal. 13, 3.

1 Festi] *a Josepho uocatur* Gessius Florus, *ab Eusebio* Cestius Fl. 4 Nero *P*, *ut coni. Giselinus*: uero *b* 6 non repertum (*sic* n̄reptū) *P*: interemptum *b*; *sententiam diuinauerat Tillemont proponens* irrepertum 8 ei' *P*: *fort.* ĕĕ, *i. e.* esse: || et *Sigonius*: uel *(per comp.) P*, ut *b* 12 Tunc *b* || in Gallias *Pb*, ex Galliis *Sigonius*, in Galliis. Is fretus *Vonck* 13 excercitibus *P* 14 postea *malebat de Prato* 15 R. P. *P* 18 consalutatus *P*: Imperator consalutatus *b* 21 sibi confirmauit *de Prato* 22 obsidioni *P* 23 interiebant *P haud scio an recte* 25 esca super *P*: insuper *b*; *cf. Bernays p. 59 n. 79*

Digitized by Google

nimirum ita Deo placitum, ut eo tempore, quo Dominum cruci affixerat, gens impia internecioni daretur. Pharisaei aliquantisper pro templo acerrime restiterunt, donec obstinatis ad mortem animis ultro se subiectis ignibus intulerunt. numerus peremptorum ad undecies centena milia refertur, capta uero *C* milia ac uenundata. fertur Titus adhibito consilio prius deliberasse, an templum tanti operis euerteret. etenim nonnullis uidebatur, aedem sacratam ultra omnia mortalia illustrem non oportere deleri, quae seruata modestiae Romanae testimonium, diruta perennem crudelitatis notam praeberet. at contra alii et Titus ipse euertendum in primis templum censebant, quo plenius Iudaeorum et Christianorum religio tolleretur: quippe has religiones, licet contrarias sibi, isdem tamen *ab* auctoribus profectas; Christianos ex Iudaeis extitisse: radice sublata stirpem facile periturum. ita Dei nutu accensis omnium animis templum dirutum, abhinc annos trecentos triginta et unum. atque haec ultima templi euersio et postrema Iudaeorum captiuitas, qua extorres patria per orbem terrarum dispersi cernuntur, cotidie mundo testimonio sunt, non ob aliud eos quam ob illatas Christo impias manus fuisse punitos. nam saepe alias, cum propter peccata captiuitatibus traderentur, numquam tamen ultra LXX annos seruitutis poenam pependerunt. 5 6 7 8

Interiecto dein tempore Domitianus, Vespasiani filius, persecutus est Christianos. quo tempore Iohannem apostolum atque euangelistam in Pathmum insulam relegauit: ubi ille arcanis sibi mysteriis reuelatis librum sacrae Apocalypsis, qui quidem a plerisque aut stulte aut impie non recipitur, conscriptum edidit. non multo deinde interuallo tertia persecutio per Traianum fuit. qui cum tormentis et quaestionibus nihil in Christianis morte aut poena dignum repperisset, saeuiri in eos ultra uetuit. sub Adriano deinde Iudaei rebellare uoluerunt, Syriam ac Palaestinam diri- 31 2 3

2 farisaei *P* 5 C *b*: *om. P*; C milia *habet Eusebius*, τρεῖς μυριάδας *Syncellus*, ad C milia *Drusius secundum Josephum* 8 oportere *P*: deberi *b*, debere *de Prato quasi ex codice* 9 perenne *P* 11 templum in primis *b* || penitius *coni. Bernays p. 57; at u. ad 1, 35, 9* 13 hisdem *P* || ab *hic addidit de Prato, ante* isdem *Sigonius* 17 quae *P* 18 patria *P*, *non* patriae, *ut ait de Prato* 23 deinde *b* 24 Joannem *b* 25 Patmum *Drusius* || archanis *P*

Digitized by Google

pere conati: misso exercitu subacti sunt. qua tempestate Adrianus, existimans se Christianam fidem loci iniuria perempturum, et in templo et loco Dominicae passionis daemonum simulacra
4 constituit. et quia Christiani ex Iudaeis potissimum putabantur — namque tum Hierosolymae non nisi ex circumcisione habebat ecclesia sacerdotem — militum cohortem custodias in perpetuum agitare iussit, quae Iudaeos omnes Hierosolymae aditu arceret.
5 quod quidem Christianae fidei proficiebat, quia tum paene omnes Christum Deum sub legis obseruatione credebant. nimirum id Domino ordinante dispositum, ut legis seruitus a libertate fidei
6 atque ecclesiae tolleretur. ita tum primum Marcus ex gentibus apud Hierosolymam episcopus fuit. quarta sub Adriano persecutio numeratur, quam tamen postea exerceri prohibuit, iniustum esse pronuntians, ut quisquam sine crimine reus constitueretur.

32 Post Adrianum Antonino Pio imperante pax ecclesiis fuit. sub Aurelio deinde, Antonini filio, persecutio quinta agitata. ac tum primum intra Gallias martyria uisa, serius trans Alpes Dei religione suscepta. sexta deinde Seuero imperante Christianorum
2 uexatio fuit. quo tempore Leonida, Origenis pater, sacrum in martyrio sanguinem fudit. interiectis deinde annis VIII et XXX pax Christianis fuit, nisi quod medio tempore Maximinus non-
3 nullarum ecclesiarum clericos uexauit. mox Decio imperante iam tum septima persecutione saeuitum in Christianos. inde Valerianus
4 octauus sanctorum hostis fuit. post eum, interiectis annis fere quinquaginta, Diocletiano et Maximiano imperantibus acerbissima persecutio exorta, quae per decem continuos annos plebem Dei depopulata est. qua tempestate omnis fere sacro martyrum cruore orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur multoque auidius tum martyria gloriosis mortibus quaerebantur, quam nunc episcopatus prauis ambitionibus appetuntur.
5 nullis umquam magis bellis mundus exhaustus est, neque maiore umquam triumpho uicimus, quam cum decem annorum stragi-

1 misso *P*: missoque *b* 3 et in templo et loco *P*: et in templo ac loco *b*, *qua uitiosa scriptura de Prato inductus est ut locum mancum esse putaret coll. Paulini ep. 31 et Hieron. ep. 58.* 6 imperpetuum *P* 13 postea *Pb*: post *aliquot edd. recentt.* 19 leonida *P*: Leonidas *b*, Leonides *de Prato cum Eusebio* 22 iam tum *uix sanum est* 25 Maximiano *Pb*: Maximiniano *praue edd. Hornii et Vorstii*

Digitized by Google

bus uinci non potuimus. extant etiam mandatae litteris praeclarae 6
eius temporis martyrum passiones, quas conectendas non putaui,
ne modum operis excederem.

Sed finis persecutionis illius fuit abhinc annos VIIII et LXXX, 33
a quo tempore Christiani imperatores esse coeperunt. namque
tum Constantinus rerum potiebatur, qui primus omnium Roma-
norum principum Christianus fuit. sane tum Licinius, qui ad- 2
uersum Constantinum de imperio certauit, milites suos litare
praeceperat: abnuentes militia reiciebat. sed id inter persecu-
tiones non computatur: adeo res leuioris negotii fuit, quam ut
ad ecclesiarum uulnera peruenirent. exinde tranquillis rebus pace 3
perfruimur: neque ulterius persecutionem fore credimus, nisi eam,
quam sub fine iam saeculi Antichristus exercebit. etenim sacris
uocibus decem plagis mundum afficiendum pronuntiatum est: ita
cum iam VIIII fuerint, quae superest ultima erit. hoc temporum 4
tractu mirum est quantum inualuerit religio Christiana. tum
siquidem Hierosolyma horrens ruinis frequentissimis ac magni-
ficentissimis ecclesiis adornata. namque Helena, mater principis 5
Constantini, quae Augusta cum filio conregnabat, cum Hiero-
solymam agnoscere concupisset, reperta ibi idola ac templa pro-
triuit: mox usa regni uiribus basilicas in loco Dominicae pas-
sionis et resurrectionis et ascensionis constituit. illud mirum, 6
quod locus ille, in quo postremum institerant diuina uestigia,
cum in caelum Dominus nube sublatus, continuari pauimento
cum reliqua stratorum parte non potuit, siquidem quaecumque 7
applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, ex-
cussis in ora apponentium saepe marmoribus. quin etiam calcati
Deo pulueris adeo perenne documentum est, ut uestigia impressa
cernantur, et cum cotidie confluentium fides certatim Domino 8
calcata diripiat, damnum tamen arena non sentiat, et eandem
adhuc sui speciem, uelut impressis signata uestigiis, terra
custodit.

18—29 Paulini ep. ad Seuerum 31.

1 praeclarae *b*: praecarae *P* 2 conectandas *P*, counectendas *edd.* 7 quia aduersum *P*, *em. Vonck* 18 adhornata *P*, est adornata *b* 20 concupisceret *b* 21 basylicas *P*, basilicam *b* 23 postrem' (postremus) *P* 24 sublatus est *b* 28 docimentum *P* 30 eandem *Laubmann*: eadem *P*

Digitized by Google

34 Eiusdem reginae beneficio crux Domini tum reperta: quae neque in principio obsistentibus Iudaeis potuerat consecrari, et postea dirutae ciuitatis oppressa ruderibus, non nisi tam fideliter 2 requirenti meruit ostendi. igitur Helena primum de loco passionis certior facta, admota militari manu atque omnium prouincialium multitudine in studia reginae certantium, effodi terram et contigua quaeque ac uastissima ruinarum purgari iubet: mox pretium fidei et laboris tres pariter cruces, sicut olim Domino ac 3 latronibus duobus fixae fuerant, reperiuntur. hic uero maior dinoscendi patibuli, quo Dominus pependerat, difficultas omnium animos mentesque turbauerat, ne errore mortalium forsitan pro 4 cruce Domini latronis patibulum consecrarent. capiunt deinde consilium, ut aliquem recens mortuum crucibus admouerent. nec mora, quasi Dei nutu funus extincti sollemnibus exequiis defere- 5 batur concursuque omnium feretro corpus eripitur. duabus prius frustra crucibus admotis, ubi Christi patibulo attactum est, dictu mirabile, trepidantibus cunctis, funus excussum et inter spectatores suos astitit: crux reperta dignoque ambitu consecrata.

35 His per Helenam gestis, principe Christiano libertatem atque exemplum fidei mundus acceperat: sed longe atrocius periculum cunctis ecclesiis illa pace generatum. namque tum haeresis Arriana prorupit totumque orbem iniecto errore turbauerat. 2 etenim duobus Arriis acerrimis perfidiae huius auctoribus imperator etiam deprauatus, dum sibi religionis officium uidetur implere, uim persecutionis exercuit: actique in exilium episcopi, saeuitum in clericos, animaduersum in laicos, qui se ab Arrio- 3 rum communione secreuerant. quae autem Arrii praedicabant, erant huiusmodi: patrem Deum instituendi orbis causa genuisse

1 cap. 34 ex Paulini ep. 5. 27 — p. 89, 2 ex Hilario fragm. II, 26 col. 642 ed. Veron. 1730.

7 p̃cium *P* 10 dignoscendi *b* || quo *P*: in quo *b* 14 funus *P*, *ut coni. Sigonius*: funeris *b* || *immo* efferebatur, *ut Hofmeisterus quoque uidit* 22 Arriana *de Prato*: arriani *P*, Arrii *b* (*P semper habet* arrius, *etsi nomen est graecum* Ἀρείος) || iniecto *P*: inuecto *b* 24 deprauatus dum *P*: deprauatur: dumque *b* || regionis *P* 26 animaduersus *P* || Arrianorum *b* 27 Arriani *b* 28 huiuscemodi *b* || deum *P*: Domini *b* (*praue intellecto compendio in P* dm̃); *apud Hilarium est*: tradebant autem Arii talia: patrem Deum instituendi orbis causa genuisse filium, et pro potestate

Digitized by Google

filium, et pro potestate sui ex nihilo in substantiam nouam atque alteram Deum nouum alterumque *fecisse*: fuisse autem tempus, quo filius non fuisset. igitur huius mali causa synodus apud Ni- 4
caeam ex toto orbe contrahitur, CCC siquidem et duodeuiginti episcopis congregatis: fides plena conscribitur, haeresis Arriana damnatur, imperator decretum episcopale complectitur. Arriani 5
nihil contra sanam fidem retractare ausi, se quoque tamquam adquiescentes nec aliud sentientes ecclesiis miscuerunt: manebat tamen in pectoribus eorum insitum in catholicos uiros odium, et aduersus quos de fide disceptare non poterant, eos subornatis accusatoribus fictisque criminibus appetebant.

Itaque primum Athanasium Alexandriae episcopum, uirum **36**
sanctum, qui apud Nicaenam synodum diaconus adfuerat, aggrediuntur absentemque condemnant. etenim ad crimina, quae falsi 2
testes congesserant, aggregabant, quod Marcellum atque Photinum haereticos sacerdotes, synodi iudicio condemnatos, prauo studio recepisset. sed de Photino dubium non erat merito fuisse 3
damnatum: in Marcello nihil tum damnatione dignum repertum uidebatur, maximeque ei a studiis partium innocentia accesserat, quod eosdem illos iudices, a quibus fuerat condemnatus, haereticos esse nemo dubitabat. ceterum Arriani non hos potius quam 4
Athanasium remouere cupiebant. itaque imperatorem eo usque compellunt, ut Athanasius exulatum ad Gallias mitteretur. mox 5
in Aegypto LXXX episcopi congregati Athanasium iniuste condemnatum esse pronuntiant. res ad Constantinum refertur: iubet ex toto orbe apud Sardicam episcopos congregari atque omne iudicium, quo Athanasius damnatus fuerat, retractari.

3—5 Hilarii fragm. II, 27

sui ex nihilo in substantiam nouam atque alteram Deum nouum alterumque fecisse

1 et *Galesinius: eo P* 2 deum *P*: factum Dominum *b* || fecisse *suppleuimus ex Hilario* 6 dampnatur *P* 7 detrectare *coni. de Prato* 10 aduersum *b* 12 uirū sanctum *P distincte*: iuris consultum *b* 13 affuerat *P* 15 fotinum *P et sic postea* 19 a studiis p. innocentia accesserat *scripsi*: astudiis p. innocentiū cesserat *P*, studium p. innocentium accesserat *b* 20 condempnatus *P et sic saepius* 23 compellant *malebat de Prato II, p. 103* || athanasiūs *(sic) P* 25 Constantinum] *at u. de Prato ad h. l.* 26 serdicam *P*

Digitized by Google

6 inter haec Constantinus moritur: synodus congregata iam Constantio imperatore Athanasium absoluit, Marcellus quoque episcopatui redditur: nam de Photino episcopo Sirmiensi non est rescissa sententia, qui etiam nostrorum iudicio haereticus probatur. et tamen hoc ipsum Marcellum grauabat, quia Photinus
7 auditor eius fuisse in adolescentia uidebatur. uerumtamen ad Athanasii absolutionem etiam illud accesserat, quod Vrsatius et Valens, principes Arrianorum, cum post synodum Sardicensem uiderentur a communione secreti, coram positi a Iulio Romanae urbis episcopo ueniam poposcerunt, quod innoxium condemnassent, meritoque eum sententia concilii Sardicensis absolutum professi sunt.

37 Interiecto deinde tempore Athanasius, cum Marcellum parum sanae fidei penitus comperisset, a communione suspendit. habuitque ille hanc uerecundiam, ut tanti uiri iudicio notatus sponte
2 concederet. ceterum antea innocens, postea deprauatus, uideri poterat iam tum nocens fuisse, cum de eo fuerat iudicatum. nacti ergo Arriani istiusmodi occasionem conspirant penitus Sar-
3 dicensis synodi decreta subuertere. etenim eis color quidam subpetere uidebatur, ut tam iniuste fuisset pro Athanasio iudicatum, quam Marcellus fuerat absolutus, qui nunc etiam Athanasii iu-
4 dicio esse haereticus probaretur. namque Marcellus Sabellianae haeresis assertor extiterat: Photinus uero nouam haeresim iam ante protulerat, a Sabellio quidem in unione dissentiens, sed ini-
5 tium Christi ex Maria praedicabat. igitur Arriani astuto consilio miscent innoxium criminosis, damnationemque Photini et Marcelli et Athanasii eadem sententia comprehendunt, illud nimirum apud imperitorum animos praestruentes, ut non putarentur de Athanasio perperam iudicasse, qui de Marcello atque Photino
6 uera sensissent. uerumtamen ea tempestate Arriani perfidiam suam occultabant: non ausi palam erroris sui dogmata praedicare catholicos se gerebant, nihil sibi prius agendum rati quam

1 constantio *P*: Constantino *b* 4 qui etiam *scripsi*: quia etiam *P* || probatur *P*: probabatur *b* 7 Vrsacius *de Prato* 14 fidei *P*: fidei esse *b* 17 fuerit *P* 20 ut *P*: quod *b* || fuisse *P* 21 quam iniuste Marcellus *malebat de Prato* 22 haereticus esse *b* 23 assator *P* 26 miscunt *P* || fofotini *P* 28 imperitorum *de Prato*: imperatorum *Pb* || prostruentes *corr. 1 m. in* p̄struentes *P* 31 non *P*: nec *malebat de Prato*

Digitized by Google

ut Athanasium ecclesia submouerent, qui semper eis uelut murus obstiterat: quo remoto reliquos in libidinem suam cessuros sperabant. sed pars episcoporum, quae Arrios sequebatur, damna- 7
tionem Athanasii cupitam accepit: pars coacti metu et factione in studia partium concesserant: pauci, quibus fides cara et ueritas potior erat, iniustum iudicium non receperunt: inter quos Paulinus, episcopus Treuerorum, oblata sibi epistola ita subscripsisse traditur, se in Photini atque Marcelli damnationem praebere consensum, de Athanasio non probare.

Tum uero Arriani, ubi doli parum processerant, ui agere 38
decernunt. nam quidlibet audere atque agere facile erat regis amicitia subnixis, quem sibi prauis adulationibus deuinxerant. quin etiam ex consensione multorum inexpugnabiles erant: nam 2
omnes fere duarum Pannoniarum episcopi multique Orientalium ac tota Asia in perfidia eorum coniurauerant. sed principes mali 3
istius habebantur a Singiduno Vrsatius, Valens a Mursa, Heraclia Theodorus, Stephanus Antiochenus, Acatius a Caesarea, Menofantus Epheso, Georgius Laodicia, Narcissus a Neronopoli. hi ita palatium occupauerant, ut nihil sine eorum nutu ageret 4
imperator, obnoxius quidem omnibus, sed praecipue Valenti deditus. nam eo tempore, quo apud Mursam contra Magnentium 5
armis certatum, Constantius descendere in conspectum pugnae non ausus in basilica martyrum extra oppidum sita, Valente tum eius loci episcopo in solatium assumpto, diuersatus est. ceterum
Valens callide per ** suos disposuerat, ut quis proelii fuisset euentus primus cognosceret, uel gratiam regis captans, si prior bonum nuntium detulisset, uel uitae consulens, ante capturus fugiendi spatium, si quid contra accidisset. itaque paucis, qui 6

15 Hilarii fragm. II (ex epist. Sardic. synodi).

2 concessuros *Vorstius, ut est paulo post u. 5* 3 arrios *P*: Arrium *b* 5 concesserunt *coni. de Prato* 6 portior *P* 9 de A. non praebere *Giselinus* 11 quodlibet *b* 12 deuixerant *P* 15 in perfidiam *Vorstius* 16 mursia *P*, *em. de Prato* || ab Heraclia *b* 18 menofantus *P*, *ut coni. de Prato*: Menophanes *b* || Laodicea *b* || Neronopoli *Sigonius (sed ille* Neronipoli): Neapoli *Pb*, Jeropoli *cod. Hilarii* 20 obnixius *P* 21 mursam *P*: Morsam *b* 22 constantiŭs (*sed ˜ eras.*) *P*: Constantinus *b* 22 conspectu *P* 25 per agros (*uel* campum) suos *de Prato, ipse malim* per uiam suos

Digitized by Google

circa regem erant, metu trepidis, imperatore anxio, primus nuntiat hostes fugere. cum ille indicem ipsum intromitti posceret, Valens ut reuerentiam sui adderet, angelum sibi fuisse
7 nuntium respondit. facilis ad credendum imperator palam postea dicere solitus, se Valentis meritis, non uirtute exercitus uicisse.
39 Ab hoc initio illecti principis extulere animos Arriani, potestate regis usuri, ubi auctoritate sua parum ualuissent. igitur cum sententiam eorum, quam de Athanasio dederant, nostri non reciperent, edictum ab imperatore proponitur, ut qui in damna-
2 tionem Athanasii non subscriberent, in exilium pellerentur. ceterum a nostris tum apud Arelatem ac Bitteras, oppida Galliarum, episcoporum concilia fuere. petebatur, ut priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent, ac tum demum de re cognoscendum, cum de persona iudicum consti-
3 tisset. sed Valens sociique eius prius Athanasii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non ausi. ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus. interea Mediolanum conuenitur, ubi tum aderat imperator: eadem illa contentio nihil
4 inuicem relaxabat. tum Eusebius Vercellensium et Lucifer a Carali Sardiniae episcopi relegati. ceterum Dionysius, Mediolanensium sacerdos, in Athanasii damnationem se consentire subscripsit, dummodo de fide inter episcopos quaereretur. sed Valens et Vrsatius ceterique metu plebis, quae catholicam fidem egregio studio conseruabat, non ausi piacula profiteri intra pala-
5 tium congregantur. illinc epistolam sub imperatoris nomine emittunt, omni prauitate infectam, eo nimirum consilio, ut, si eam aequis auribus populus recepisset, publica auctoritate cupita proferrent: sin aliter fuisset excepta, omnis inuidia esset in rege, et ipsa uenialis, quia etiam tum catechumenus sacramentum fidei
6 merito uideretur potuisse nescire. igitur lecta in ecclesia epistola populus auersatus. Dionysius, quia non esset assensus, urbe

1 anxo *P* 5 est solitus *b* 11 tum *b*: cum *P* || bitteras P: Buteras *b*, Biterras *Sigonius, ut Hilarius quoque habet* 13 ac tum *P*: nec tum *b*; *cf. de Prato ad h. l.* 14 iudicum *de Prato*: iudicium *Pb* 20 Caralis *P et edd., adhaesit* s *ex sequenti uoce* || episcopis *P*, *fort. pro* episcopi s̄ = sunt 26 infectam *P*: refertam *b* || eā *P*: ea *b* 27 proferent *P* 28 et ipsa] *fort.* ipsi 29 catecuminus *P* 30 lecta — auersatus *P*: lectam in Ecclesia epistolam populus auersatur *b*

Digitized by Google

pellitur, statimque eius in locum *Auxentius* episcopus subro-
gatur. Liberius quoque urbis Romae et Hilarius Pictauorum epi- 7
scopi dantur exilio. Rhodanium quoque, Tolosanum antistitem,
qui natura lenior non tam suis uiribus quam Hilarii societate non
cesserat Arrianis, eadem conditio implicuit, cum tamen hi
omnes parati essent Athanasium a communione suspendere, modo
ut de fide inter episcopos quaereretur. sed Arrianis optimum 8
uisum praestantissimos uiros a certamine submouere. ita pulsi in
exilium, quos supra memorauimus, abhinc annos quinque et XL,
Arbitione et Lolliano consulibus. sed Liberius paulo post urbi
redditus ob seditiones Romanas. ceterum exules satis constat 9
totius orbis studiis celebratos, pecuniasque eis in sumptum affa-
tim congestas, legationibusque eos plebis catholicae ex omnibus
fere prouinciis frequentatos.

Interea Arriani non occulte, ut antea, sed palam ac publice 10
haeresis piacula praedicabant: quin etiam synodum Nicaenam
pro se interpretantes, quam unius litterae adiectione corruperant,
caliginem quandam iniecerant ueritati. nam ubi ὁμοούσιον erat 2
scriptum, quod est unius substantiae, illi ὁμοιούσιον, quod est
similis substantiae, scriptum esse dicebant, concedentes simili-
tudinem, dum adimerent unitatem, quia multum ab unitate
similitudo distaret: ut uerbi gratia pictura humani corporis esset
homini similis, nec tamen haberet hominis ueritatem. sed qui- 3
dam ex his ultra processerant, ἀνομοιουσίαν, id est dissimilem
substantiam, confirmantes. eoque his certaminibus processum,
ut istiusmodi piaculis orbis terrarum implicaretur. nam Italiam, 4
Illyricum atque Orientem Valens et Vrsatius ceterique, quorum
nomina edidimus, infecerant. Gallias nostras Saturninus Arela-
tensium episcopus, homo impotens et factiosus, premebat. Osium 5

1 Auxentius *suppleuit Sigonius* 2 episcopi *de Prato*: eps *P*, *cf. II, 47, 2* 3 rhodanum *P*, *sed c. 45 extr.* rhodanius || tolosanum *P*, *ut coni. Theod. Canterus*: et Dosanum *b (syllaba* olo *ita in P scripta est, ut facile* do *legas)* 4 tam *b*: tam̃ *P* || hylarius *P* 5 hi omnes *P*: homines *b* (*in P est* hi oms), omnes *Vorstius* 6 commune *P* 8 praestantissimo *P* 11 redditur *b* 12 cebratos *P* 13 legationibusq. *P*: legationibus quoque *b* 16 niceam *P* 18 quendam *P* || omo usion *et* 19 omeo usion *P* 19 est unius *P*, *ut coni. de Prato*: unius est *b* 23 hominis unitatem *Sigonius* 24 anomeousian *P*, Anomoeousiam *b* 27 illiricum *P*

Digitized by Google

quoque ab Hispania in eandem perfidiam concessisse opinio fuit: quod eo mirum atque incredibile uidetur, quia omni fere aetatis suae tempore constantissimus nostrarum partium, et Nicaena synodus auctore illo confecta habebatur: nisi fatiscente aeuo — etenim maior centenario fuit, ut sanctus Hilarius in epistolis refert 6 — delirauerat. quis rebus perturbato orbe terrarum et morbo quodam ecclesiis languentibus, segnior quidem, sed non minus grauis cura principem exercebat, quod licet Arriani, quibus fauebat, superiores uiderentur, necdum tamen de fide inter episcopos conueniret.

41 Igitur apud Ariminum, urbem Italiae, synodum congregari iubet: idque Tauro praefecto imperat, ut collectos in unum non ante dimitteret, quam in unam fidem consentirent, promisso 2 eidem consulatu, si rem effectui tradidisset. ita missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias Galliasque magistri officialibus, acciti aut coacti quadringenti et aliquanto amplius occidentales episcopi Ariminum conuenire: quibus omnibus annonas 3 et cellaria dari imperator praeceperat. sed id nostris, id est Aquitanis, Gallis ac Britannis, indecens uisum: repudiatis fiscalibus propriis cum sumptibus uiuere maluerunt. tres tantum ex Britannia inopia proprii publico usi sunt, cum oblatam a ceteris collationem respuissent, sanctius putantes fiscum grauare quam 4 singulos. hoc ego Gauidium episcopum nostrum quasi obtrectantem referre solitum audiui, sed longe aliter senserim laudique attribuo, episcopos tam pauperes fuisse, ut nihil proprium haberent neque ab aliis potius quam a fisco sumerent, ubi neminem grauabant: ita in utrisque egregium exemplum. de reliquis nihil

5 *uerba* ut S. Hil. in epist. refert *Sigonius pro glossemate habuit, quod Seuerus numquam alias aliquem nomine sancti nominasset; locus II, 36, 1 diuersus est* 6 delirauerat *P*: delirauerit *b* || quibus rebus *b* 15 affricam *P* || magistri *P, ut coni. Gothofredus (ad cod. Theod. I, 10, 3)*: magistris *b; cf. dial. 3, 11 et Hil. fragm. 1, 4, ubi de hac ipsa re dicit*: officiales magistri uolitant 16 aut coacti *Sigonius*: aut macti *P*, aut etiam coacti *Giselinus*, aut adacti *Bernays not. 38* 17 conuenere *b* 18 dare *P, em. Sigonius* || id est — Britannis *Sigonius pro glossemate habuit, at recte monuit de Prato* nostris *hic non significari catholicos, sed solos Aquitanos; cf. Bernays n. 2* 20 cum *P*: *om. b* 25 episcopis *b* 26 a *P*: *om. b* || sumere uoluisse *Bernays* 27 in utrisque *Drusius*: in utriusque *P; sententiam recte perspexerunt Hofmeister et de*

Digitized by Google

memoria dignum traditur, sed redeo ad ordinem. posteaquam 5
omnes, ut supra diximus, in unum collecti sunt, fit partium
secessio. ecclesiam nostri optinent, Arriani autem aedem, tum
de industria uacantem, orationis loco capiunt, sed hi non amplius
quam LXXX, reliqui nostrarum partium erant. igitur frequen- 6
tibus conciliis nihil actum, nostris in fide manentibus, illis de
perfidia non cedentibus. ad postremum placuit decem legatos
mitti ad imperatorem, ut quae esset partium fides uel sententia,
cognosceret sciretque pacem cum haereticis esse non posse. idem 7
Arriani faciunt mittuntque numero pari legatos, qui aduersum
nostros coram imperatore confligerent. sed ex parte nostrorum
leguntur homines adulescentes, parum docti et parum cauti: ab
Arrianis autem missi senes, callidi et ingenio ualentes, ueterno
perfidiae imbuti, qui apud regem facile superiores extiterunt.
sed nostris mandatum, ne quo modo cum Arrianis communionem 8
inirent omniaque integra synodo reseruarent.

Interim in Oriente exemplo Occidentalium imperator iubet 42
cunctos fere episcopos apud Seleuciam Isauriae oppidum con-
gregari. qua tempestate Hilarius, quartum iam exilii annum in 2
Phrygia agens, inter reliquos episcopos, per uicarium ac prae-
sidem data euectionis copia, adesse compellitur, cum tamen 3
nihil de eo specialiter mandasset imperator, iudices tantum ge-
neralem iussionem secuti, qua omnes episcopos ad concilium
cogere iubebantur, hunc quoque inter reliquos uolentes misere.
ut ego conicio, Dei nutu ita gestum, ut uir diuinarum rerum in-
structissimus, cum de fide disceptandum erat, interesset. is ubi 4
Seleuciam uenit, magno cum fauore exceptus omnium in se ani-
mos et studia conuerterat. ac primum quaesitum ab eo, quae

Prato; concludit enim Seuerus relationem hac sententia: ita in utrisque, *(h. e. tam Aquitanis Gallisque, qui fiscalia repudiauerant, quam Britannis, qui a fisco potius quam ab aliis sumere maluerant)* egregium est exemplum

2 omneis, ut supra dictum *b* 3 autem aedem tum *Joh. Clericus (Bibliothèque choisie Tom. XX, 1 p. 349)*: tmedentū *P*, aedem tum *Giselinus*, tantum locum *Baronius*, iunctam aedem tum *Bochartus*, tam * Edentum *b* 8 esset p. fides uel *P*: essent p. fides et *b* 13 ueneno perfidiae *de Prato* 18 seleutiam isau | oppidum *P* 20 frigia *P* 24 misere *P*: miscere *b* 25 conitio *P*; ut ego conicio *ad sequentia referendum esse uidit Sigonius*

Digitized by Google

esset Gallorum fides: quia tum, Arrianis praua de nobis uulgantibus, suspecti ab Orientalibus habebamur trionymam solitarii Dei unionem secundum Sabellium credidisse. sed exposita fide sua iuxta ea, quae Nicaeae erant a patribus conscripta, Occidentalibus perhibuit testimonium. ita absolutis omnium animis, intra conscientiam communionis nec non etiam in societatem receptus concilioque ascitus est. agi deinde coeptum, repertique prauae haeresis auctores atque ab ecclesiae corpore auulsi. in eo numero fuere Georgius ab Alexandria, Acatius, Eudoxius, Vranius, Leontius, Theodosius, Euagrius, Theodulus. sed confecta synodo decreta ad imperatorem legatio, quae gesta insinuaret. damnati quoque ad regem profecti, satis freti sociorum uiribus et principis societate.

43 Interea legatos Ariminensis concilii ex parte nostrorum compellit imperator uniri haereticorum communioni: eisdemque conscriptam ab improbis fidem tradit, uerbis fallentibus inuolutam, quae catholicam disciplinam perfidia latente loqueretur. namque usiae uerbum tamquam ambiguum et temere a patribus usurpatum, neque ex auctoritate scripturarum profectum, sub specie falsae rationis abolebat, ne unius cum patre substantiae filius crederetur. eadem fides similem patri filium fatebatur. sed interius aderat fraus parata, ut esset similis, non esset aequalis. ita dimissis legatis praefecto mandatum, ut synodum non ante laxaret, quam conscriptae fidei consentire se omnes subscriptionibus profiterentur: ac si qui pertinacius obsisterent, dummodo is numerus intra quindecim esset, in exilium pellerentur. sed regressis legatis, licet uim regiam deprecantibus, negata communio. enimuero compertis quae decreta erant maior rerum et consiliorum perturbatio: dein paulatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenii, partim taedio peregrinationis euicti, dedere se aduersariis, iam post reditum legatorum superioribus et ecclesiam nostris inde detrusis optinentibus: factaque semel inclinatione animorum cateruatim in partem alte-

2 trionymũ *P* 4 nicea *P* 5 absolutus *J. C. Hofmeister* 7 conscilioque *P*; *ex* consilioque? 10 Leontinus *Galesinius* || auagrius theodolus *P* 11 insynuaret *P* 12 satis creti *P* 15 uniri *b*: unire *P* || conscripta *P* 16 fallantibus *P* 25 pertinatius *P*

Digitized by Google

ram concessum, donec ad uiginti usque nostrorum numerus inminutus est.

Sed hi quanto pauciores, tanto ualidiores erant. constantissi- 44
mus inter eos habebatur noster Foegadius et Seruatio Tungrorum episcopus. hos, quia minis et terriculis non cesserant, Taurus precibus aggreditur ac lacrimans obtestatur, mitiora uti consulerent. clausos intra unam urbem episcopos iam septimum mensem agere, iniuria hiemis et inopia confectis nullam spem reuersionis dari: quis tandem esset finis? sequerentur plurium exem- 2
plum, auctoritatem saltem ex numero sumerent. enimuero Foegadius paratum se exilio atque ad omne supplicium, in quod deposceretur, profiteri: se ab Arrianis conceptam fidem non recepturum. ita in hoc certamine aliquot dies tracti: ubi parum ad 3
pacem proficiebant, paulatim et ipse infractior, ad extremum proposita conditione euincitur. namque Valens et Vrsatius affir- 4
mantes, praesentem fidem catholica ratione conceptam, ab Orientalibus imperatore auctore prolatam cum piaculo repudiari: et quis discordiarum finis foret, si, quae Orientalibus placuisset, Occidentalibus displiceret? postremo si quid minus plene prae- 5
senti fide editum uideretur, ipsi adderent, quae addenda putarent: praebituros se in his quae essent adiecta consensum. fauorabilis professio pronis omnium animis excepta, nec ultra nostri repugnare ausi, iam quoquo modo finem rebus imponere cupientes. dein conceptae a Foegadio et Seruatione professiones edi coe- 6
pere: in quis primum damnatus Arrius totaque eius perfidia ceterum etiam patri *aequalis* et sine initio, sine tempore Dei filius pronuntiatur. tum Valens tamquam nostros adiuuans sub- 7
iecit sententiam, cui inerat occultus dolus, filium Dei non esse creaturam sicut ceteras creaturas: fefellitque audientes fraus pro-
fessionis. etenim his uerbis, quibus similis esse ceteris creaturis

3 constantissimus *P*: constantissimusque *b* (constantissimi — habebantur *coni. de Prato*) 4 Foegadius *P*: Faegadius *b et sic postea; alias audit nomen* Phoebadius 10 enimuero *de Prato*: etenim uero *P* 14 proficiebat *sc. Foegadius Sigonius* 15 affirmantes] *'haec quasi absolute posita pro* Valente et V. affirmantibus' de Prato; *ipse malim* affirmant 17 et quis *de Prato*: ut quis *P*, ecquis *Sigonius*, aut quis *Baronius* 20 addanda *P* 24 feruatione *P* 25 damnatur *b* 26 ceterum *de Prato*: coetern' *(sic) P*, ceterum non *b* || aequalis *b*: *om. P*

Digitized by Google

filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris pronun-
8 tiabatur. ita neutra pars uicisse se penitus aut uictam putare po-
terat, quia fides ipsa pro Arrianis, professiones uero postea
adiectae pro nostris erant, praeter illam, quam Valens subiun-
xerat, quae tum *non* intellecta sero demum animaduersa est. hoc
uero modo concilium dimissum, bono initio foedo exitu consum-
matum.

45 Igitur Arriani rebus nimium prospere et secundum uota fluen-
tibus Constantinopolim ad imperatorem concurrunt: ibi reper-
tos Seleuciensis synodi legatos ui regia compellunt, exemplo
2 Occidentalium prauam illam *fidem* recipere. plerique abnuentes
iniuriosa custodia ac fame etiam uexati captiuam conscientiam
dedere. multi constantius renitentes adempto episcopatu in
exilium detrusi atque in eorum locum alii dati. ita optimis sacer-
dotibus aut metu territis aut exilio deductis perfidiae paucorum
3 cuncti concesserant. aderat ibi tum Hilarius, a Seleucia legatos
secutus, nullis certis de se mandatis opperiens imperatoris uolun-
tatem, si forsitan redire ad exilium iuberetur. is ubi extremum
fidei periculum animaduertit, Occidentalibus deceptis Orientales
per scelus uinci, tribus libellis publice datis audientiam regis
4 poposcit, ut de fide coram aduersariis disceptaret. id uero Arriani
maximo opere abnuere. postremo quasi discordiae seminarium et
perturbator Orientis redire ad Gallias iubetur, absque exilii
5 indulgentia. uerum ubi permensus est orbem paene terrarum,
malo perfidiae infectum, dubius animi et magna curarum mole
aestuans, cum plerisque uideretur non ineundam cum his com-
munionem, qui Ariminensem synodum recepissent, optimum
factu arbitratus reuocare cunctos ad emendationem et paenitен-
tiam, frequentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere
episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta conde-
6 mnat et in statum pristinum ecclesiarum fidem reformat. resi-
stebat sanis consiliis Saturninus Arelatensium episcopus, uir

5 non *b*: *om. P* 6 exitū *P* || est consummatum *b* 8 nimirum *malebat de Prato* || uora *P ut uidetur* 11 fidem *b*: *om. P* 12 etiam *om. b* 13 dedidere *coni. de Prato* || retinentes *P, em. Giselinus* 18 fortan *P* 22 maximo opere *P*: maximopere *b* 30 epīs (*i. e.* episcopis) *P, ut coni. Giselinus*: epistolis *b* || condempnat — reformat *P (de quo de Prato falsa tradit)*: condemnant — reformant *b*

Digitized by Google

sane pessimus et ingenio malo prauoque. uerum is praeter haeresis infamiam multis atque infandis criminibus conuictus ecclesia eiectus est. ita partium uires amisso duce infractae. Paternus 7
etiam a Petrocoriis, aeque uecors nec detrectans perfidiam profiteri, sacerdotio pulsus: ceteris uenia data. illud apud omnes constitit unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo haeresis liberatas. ceterum Lucifer tum Antiochiae longe diuersa sententia 8
fuit. nam in tantum eos, qui Arimini fuerant, condemnauit, ut se etiam ab eorum communione secreuerit, qui eos uel sub satisfactione uel paenitentia recepissent. id recte an perperam con- 9
stituerit dicere non ausim. Paulinus et Rhodanius in Phrygia defuncti: Hilarius sexto anno, postquam redierat, in patria obiit.

Sequuntur tempora aetatis nostrae grauia et periculosa, qui- **46**
bus non usitato malo pollutae ecclesiae et perturbata omnia. namque tum primum infamis illa Gnosticorum haeresis intra Hispanias deprehensa, superstitio exitiabilis arcanis occultata secretis. origo istius mali Oriens atque Aegyptus, sed quibus ibi 2
initiis coaluerit haud facile est disserere. primus eam intra Hispanias Marcus intulit, Aegypto profectus, Memphi ortus. huius auditores fuere Agape quaedam, non ignobilis mulier, et rhetor Helpidius. ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, 3
praediues opibus, acer, inquies, facundus, multa lectione eruditus, disserendi ac disputandi promptissimus, felix profecto, si 4
non prauo studio corrupisset optimum ingenium: prorsus multa in eo animi et corporis bona cerneres. uigilare multum, famem ac sitim ferre poterat, habendi minime cupidus, utendi parcissimus. sed idem uanissimus et plus iusto inflatior profanarum 5
rerum scientia: quin et magicas artes ab adolescentia eum exercuisse creditum est. is ubi doctrinam exitiabilem aggressus est, multos nobilium pluresque populares auctoritate persuadendi et arte blandiendi allicuit in societatem. ad hoc mulieres nouarum 6
rerum cupidae, fluxa fide et ad omnia curioso ingenio, cater-

1 is *nos*: si *P*, etiam *b* 4 petrucoriis *P*, Petrocoris *b* 7 Lucifero *coni. de Prato, at si quid mutandum, malim cum Baronio* Lucifer tum Antiochiae agens 9 eos uel *P*: eos *b* 11 frigia *P* 17 atq. Aegyptus *scripsi*: at aegyptus *P*, ab Aegyptiis *b*; *cf. Tac. Ann. 15, 44* 18 init' *i. e.* initus *P* 19 memphis *P*, *em. Galesinius* 21 Elpidius *de Prato* 23 felix — prauo *P in litura habet, sed 1 m. scripta*

Digitized by Google

uatim ad eum confluebant: quippe humilitatis speciem ore et habitu praetendens honorem sui et reuerentiam cunctis iniecerat.
7 iamque paulatim perfidiae istius tabes pleraque Hispaniae peruaserat, quin et nonnulli episcoporum deprauati, inter quos Instantius et Saluianus Priscillianum non solum consensione, sed sub
8 quadam etiam coniuratione susceperant, quoad Hyginus, episcopus Cordubensis, ex uicino agens, comperta ad Ydacium Emeritae
9 sacerdotem referret. is uero sine modo et ultra quam oportuit Instantium sociosque eius lacessens, facem quandam nascenti incendio subdidit, ut exasperauerit malos potius quam compresserit.
47 Igitur post multa inter eos nec digna memoratu certamina apud Caesaraugustam synodus congregatur, cui tum etiam Aqui-
2 tani episcopi interfuere. uerum haeretici committere se iudicio non ausi: in absentes tamen lata sententia damnatique Instantius et
3 Saluianus episcopi, Helpidius et Priscillianus laici. additum etiam ut, si qui damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promendam. atque id Ithacio † Sossubensi episcopo negotium datum, ut decretum episcoporum in omnium notitiam deferret *et* maxime Hyginum *extra* communionem faceret, qui, cum primus omnium 'insectari palam haereticos coepisset,
4 postea turpiter deprauatus in communionem eos recepisset. interim Instantius et Saluianus damnati iudicio sacerdotum Priscillianum etiam laicum, sed principem malorum omnium, una secum Caesaraugustana synodo notatum, ad confirmandas uires suas episcopum in Abilensi oppido constituunt, rati nimirum, si hominem acrem et callidum sacerdotali auctoritate 'armassent,
5 tutiores fore sese. tum uero Ydacius atque Ithacius acrius instare,

6 quoad Hyginus *de Prato*: quoadyginus *P*, Quo Adyginus *b* 7 comperto, ad Idatium emeritae aetatis sacerdotem refert *b* || ydatium *P (et sic infra)*: Idatium *uulgo* 11 nec *Vonck*: et *Pb* 14 tamen *P*: tum *b* 15 episcopi *Drusius*: eps *P; cf. II, 39, 7* 16 si quis *b* 17 Itacius (*non* Ithacius) *scribendum esse docere conati sunt Florez et Giruesius Hispani* || Ossonobensi (*uel* Oxomensi) *Sigonius; illud (uel* Ossonubensi) *uerisimilius uidetur et plerorumque historicorum assensum tulit* 19 et *addidi*, maximeque *b* || yginum *P* || extra communionem faceret *b*: communionẽ *(sed ˜ erasum)* faceret *P*, *fort.* communione arceret (*uel* secerneret) 24 caesar augustina synodũ *P* 25 labilensi *P*, *em. Sigonius* 27 ydatius atque ithatius *P*

Digitized by Google

arbitrantes posse inter initia malum comprimi: sed parum sanis consiliis saeculares iudices adeunt, ut eorum decretis atque executionibus haeretici urbibus pellerentur. igitur post multa et 6
foeda certamina Ydacio supplicante elicitur a Gratiano tum imperatore rescriptum, quo uniuersi haeretici excedere non ecclesiis tantum aut urbibus, sed extra omnes terras propelli iubebantur. quo comperto Gnostici diffisi rebus suis, non ausi iudicio certare, 7
sponte cessere, qui episcopi uidebantur: ceteros metus dispersit.

Ac tum Instantius, Saluianus et Priscillianus Romam pro- 48
fecti, ut apud Damasum, urbis ea tempestate episcopum, obiecta purgarent. sed iter eis praeter interiorem Aquitanicam fuit, ubi 2
tum ab imperitis magnifice suscepti sparsere perfidiae semina. maximeque Elusanam plebem, sane tum bonam et religioni studentem, prauis praedicationibus peruertere. a Burdigala per
Delfinum repulsi, tamen in agro Euchrotiae aliquantisper morati, infecere nonnullos suis erroribus. inde iter coeptum ingressi, 3
turpi sane pudibundoque comitatu, cum uxoribus atque alienis etiam feminis, in quis erat Euchrotia ac filia eius Procula, de qua fuit in sermone hominum Priscilliani stupro grauidam partum sibi graminibus abegisse. hi ubi Romam peruenere, Da- 4
maso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem eius admissi sunt. regressi Mediolanum aeque aduersantem sibi Ambrosium reppererunt. tum uertere consilia, ut, quia duobus episcopis, 5
quorum ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserant, largiendo et ambiendo ab imperatore cupita extorquerent. ita corrupto Macedonio, tum magistro officiorum, rescriptum eliciunt, quo calcatis, quae prius decreta erant, restitui ecclesiis iubebantur. hoc freti Instantius et Priscillianus repetiuere Hi- 6
spanias; nam Saluianus in urbe obierat: ac tum sine ullo certamine ecclesias, quibus praefuerant, recepere.

Verum Ithacio ad resistendum non animus, sed facultas defuit, 49
quia haeretici corrupto Voluentio proconsule uires suas confirma-

4 certamina *om. b* 9 Actum *P*, At tum *b* 11 Aquitaniam *b* 15 Delphinum *b* || euchrotiae *P*, *ut em. de Prato*: Euchrociae *b*, *et sic infra* 17 cum feminis atque alienis etiam uxoribus *coni. de Prato* 21 conspectu *P* 22 ęquē *P* 24 tempestatē *P* 26 tum *P*, *ut coni. Sigonius*: cum *b* 27 restui *P* 31 Ithacio *Baronius*: itachio *P*, Trachio *b*, Idacio *Sigonius* 32 Viuentio *Baronius*

Digitized by Google

2 uerant. quin etiam Ithacius ab his quasi perturbator ecclesiarum reus postulatus, iussusque per atrocem executionem deduci trepidus profugit ad Gallias: ibi Gregorium praefectum adiit. qui compertis quae gesta erant, rapi ad se turbarum auctores iubet ac de omnibus ad imperatorem refert, ut haereticis uiam am- 5
3 biendi praecluderet. sed id frustra fuit, quia per libidinem et potentiam paucorum cuncta ibi uenalia erant. igitur haeretici suis artibus, grandi pecunia Macedonio data, optinent, ut imperiali auctoritate praefecto erepta cognitio Hispaniarum uicario
4 *deferretur*: nam iam proconsulem habere desierant: missique a 10 magistro officiales, qui Ithacium tum in Treueris agentem ad Hispanias retraherent. quos ille callide frustratus, ac postea per
5 Britannium episcopum defensus illusit. iam tum rumor incesserat clemens, Maximum intra Britannias sumpsisse imperium ac breui in Gallias erupturum. ita tum Ithacius statuit, licet 15 rebus dubiis, noui imperatoris aduentum expectare: interim sibi
6 nihil agitandum. igitur ubi Maximus oppidum Treuerorum uictor ingressus est, ingerit preces plenas in Priscillianum ac socios eius
7 inuidiae atque criminum. quibus permotus imperator, datis ad praefectum Galliarum atque ad uicarium Hispaniarum litteris, 20 omnes omnino, quos labes illa inuoluerat, deduci ad synodum
8 Burdigalensem iubet. ita deducti Instantius et Priscillianus: quorum Instantius prior iussus causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse episcopatu pronuntiatus est.
9 Priscillianus uero, ne ab episcopis audiretur, ad principem pro- 25 uocauit. permissumque id nostrorum inconstantia, qui aut sententiam uel in refragantem ferre debuerant aut, si ipsi suspecti

1 itachius *P* 5 ambien *(sic) P* 10 deferretur *om. P*, deferatur *suppleuit Galesinius* 11 ithatium *P et sic saepius* || in Treueris *P, ut coni. Giselinus*: in aere ueris *b, quae lectio inde exorta est, quod in P* intreueris *ex* inereueris *correctum est, littera* e, *de qua agitur, non deleta. Scriptura talis est teste Reifferscheidio, ut tantum accuratius inspicienti* intreueris *correctum esse appareat.* 12 frustratus *P et Sigonius*: frustratur *b* 13 britannium *P, ut coni. Tillemont*: Pritannium *b*, Britonium *Hontheim Prodr. hist. Treuir. I, 134* || defessus *P* || tum *om. b* 14 clemens maximũ *P*: Clementem Maximum *b*; *cf. Sall. Jug. 22* sed is rumor clemens erat, *et Prisc. 18, 277 p. 353 ed. Hertz.* || inperium *P* 16 noui] noim *P* 22 Burdegalensem *b* 26 qui aut *de Prato*: quia aut *Pb* 27 uel *P*: *om. b* || aut si *P et Giselinus*: aut sibi *b*

Digitized by Google

habebantur, aliis episcopis audientiam reseruare, non causam imperatori de tam manifestis criminibus permittere.

Ita omnes, quos causa inuoluerat, ad regem deducti. secuti 50
etiam accusatores Ydacius et Ithacius episcopi, quorum studium
5 super expugnandis haereticis non reprehenderem, si non studio
uincendi plus quam oportuit certassent. ac mea quidem sententia 2
est, mihi tam reos quam accusatores displicere, certe Ithacium
nihil pensi, nihil sancti habuisse definio: fuit enim audax, lo-
quax, impudens, sumptuosus, uentri et gulae plurimum imper-
10 tiens. hic stultitiae eo usque processerat, ut omnes etiam sanctos 3
uiros, quibus aut studium inerat lectionis aut propositum erat
certare ieiuniis, tamquam Priscilliani socios aut discipulos in
crimen arcesseret. ausus etiam miser est ea tempestate Martino 4
episcopo, uiro plane Apostolis conferendo, palam obiectare hae-
15 resis infamiam. namque tum Martinus apud Treueros constitutus 5
non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione desisteret,
Maximum orare, ut sanguine infelicium abstineret: satis super-
que sufficere, ut episcopali sententia haeretici iudicati ecclesiis
pellerentur: saeuum esse et inauditum nefas, ut causam eccle-
20 siae iudex saeculi iudicaret. denique quoad usque Martinus Tre- 6
ueris fuit, dilata cognitio est: et mox discessurus egregia auctori-
tate a Maximo elicuit sponsionem, nihil cruentum in reos
constituendum. sed postea imperator per Magnum et Rufum 7
episcopos deprauatus et a mitioribus consiliis deflexus causam
25 praefecto Euodio permisit, uiro acri et seuero. is Priscillianum 8
gemino iudicio auditum conuictumque maleficii nec diffitentem
obscenis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium femina-
rum egisse conuentus nudumque orare solitum, nocentem pro-
nuntiauit redegitque in custodiam, donec ad principem referret.
30 gesta ad palatium delata censuitque imperator, Priscillianum
sociosque eius capite damnari oportere.

4 ydatius et ithatius *P* || stidium *P* 5 super *nos*: super in *P*, in *b* || non] n (*pro* ñ) *P* 7 mihi non tam *Sigonius* 8 audiax *P* 9 suptuosus *P* 10 stiltitiae *P* 17 infelium *P* 19 seuum *P*, nouum *b* 20 indicaret *P corr. ex* uindicaret, *quod haud scio an praeferendum sit* 24 defluxus *P* 25 euiodio *P* || is *P*: Qui *b* 27 obscoenis *b* 30 gesta ad p. delata censuitq. *P*: gestis ad p. delatis censuit *b* 31 capitis *b*

Digitized by Google

51 Ceterum Ithacius uidens, quam inuidiosum sibi apud episcopos foret, si accusator etiam postremis rerum capitalium iudiciis astitisset — etenim iterari iudicium necesse erat — subtrahit se 2 cognitioni, frustra callidus iam scelere perfecto. ac tum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam, fisci patronus. ita eo insistente Priscillianus capitis damnatus est, unaque cum eo Felicissimus et Armenius, qui nuper a catholicis, cum essent 3 clerici, Priscillianum secuti desciuerant. Latronianus quoque et Euchrotia gladio perempti. Instantius, quem superius ab episcopis damnatum diximus, in Sylinancim insulam, quae ultra 4 Britannias sita est, deportatus. itum deinde in reliquos sequentibus iudiciis, damnatique Asariuus et Aurelius diaconus gladio, Tiberianus ademptis bonis in Sylinancim insulam datus. Tertullus, Potamius et Iohannes, tamquam uiliores personae et digni misericordia, quia ante quaestionem se ac socios prodidis- 5 sent, temporario exilio intra Gallias relegati. hoc fere modo homines luce indignissimi pessimo exemplo necati aut exiliis multati: quod initio iure iudiciorum et egregio publico defensum postea Ithacius iurgiis sollicitatus, ad postremum conuictus, in eos retorquebat, quorum id mandato et consiliis effecerat; solus 6 tamen omnium episcopatu detrusus. nam Ydacius, licet minus nocens, sponte se episcopatu abdicauerat: sapienter id et uere- 7 cunde, nisi postea amissum locum repetere temptasset. ceterum Priscilliano occiso, non solum non repressa est haeresis, quae illo auctore proruperat, sed confirmata latius propagata est. namque sectatores eius, qui eum prius ut sanctum honorauerant, 8 postea ut martyrem colere coeperunt. peremptorum corpora ad Hispanias relata magnisque obsequiis celebrata eorum funera:

2 accusator *P*: accusato *b* 4 callidus *P, ut coni. Bernays*: calido *b* || actū *P*, At tum *b* 7 cum essent *om. b* 10 sylinancī insulam *P*: Sylinam insulam *b*; *paulo infra P item habet* sylinancī 11 britannias *P*: Britanniam *b*; *cf. II, 46, 3* 12 asariuus *P* (*non* asaricius): Asarinus *b* 13 delatus *Vallarsius; at cf. II, 39, 7* dantur exilio *et II, 1, 6* morti dedissent 16 homines licet luce *Bernays p. 18 n. 82.* 19 iurgiis sollicitatus *Bernays*: in iurgiis solitus *Pb, fort.* iurgiis sollicitus *cf. II, 18, 3* 21 nam Idacius *Sigonius*: năydatius *(ut tamen etiam* nardatius *legere possis, uirgula super* na *erasa) P*, Nardacius *b* 22 uerecundię *P* 25 *fort.* confirmata et latius

Digitized by Google

quin et iurare per Priscillianum summa religio putabatur. at inter nostros perpetuum discordiarum bellum exarserat, quod iam per quindecim annos foedis dissensionibus agitatum nullo modo sopiri poterat. et nunc, cum maxime discordiis episcoporum 9 omnia turbari ac misceri cernerentur cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconstantia, inuidia, factione, libidine, auaritia, arrogantia, somno, desidia deprauata, postremo plures aduer- 10 sum paucos bene consulentes insanis consiliis et pertinacibus studiis certabant: inter haec plebs Dei et optimus unus quisque probro atque ludibrio habebatur.

1 at *P, ut coni. de Prato*: ac *b* 3 fedis dissentionibus *P* 4 et tunc *de Prato* 5 omnia *om. P, post* misceri *habet b* || ac *de Prato*: aut *Pb* 7 somno *deest in edd. compluribus* || deprauata *P*: essent deprauata *b* 9 optimus quisque *b* 10 *P subscriptione caret.*

Digitized by Google

V = codex Veronensis saec. VII.
A = codex quondam Augustanus, nunc Monacensis lat. n. 3711 saec. XI.
B = codex Brixianus, quo usus est Hier. de Prato, saec. XIIII.
F = codex quondam Frisingensis, nunc Monacensis lat. n. 6326 saec. X.
M = editio Bonini Mombritii in Vitis Sanctorum.
Q = codex Quedlinburgensis ex collatione Tobiae Eckhardi, u. Codd. manuscr. Quedlinburgenses (Quedlinb. 1723. 4°) p. 57 sqq.
v = editio uulgata, cuius scripturae iam ab Hier. de Prato multis locis correctae sunt.
Integram dedimus lectionum diuersitatem ex AFV.

Digitized by Google

VITA SANCTI MARTINI

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Seuerus Desiderio fratri karissimo. Ego quidem, frater una- 1
nimis, libellum quem de uita sancti Martini scripseram, scheda
sua premere et intra domesticos parietes cohibere decreueram,
quia, ut sum natura infirmissimus, iudicia humana uitabam, ne,
quod fore arbitror, sermo incultior legentibus displiceret omnium-
que reprehensionis dignissimus iudicarer, qui materiem disertis
merito scriptoribus reseruandam inpudens occupassem: sed pe-
tenti tibi saepius negare non potui. quid enim esset, quod non
amori tuo uel cum detrimento mei pudoris inpenderem? uerum- 2
tamen ea tibi fiducia libellum edidi, qua nulli a te prodendum
reor, quia id spopondisti. sed uereor, ne tu ei ianua sis futurus,
et emissus semel reuocari non queat. quod si acciderit et ab ali- 3
quibus eum legi uideris, bona uenia id a lectoribus postulabis,
ut res potius quam uerba perpendant et aequo animo ferant, si
aures eorum uitiosus forsitan sermo perculerit, quia regnum Dei
non in eloquentia, sed in fide constat. meminerint etiam, salu- 4
tem saeculo non ab oratoribus, cum utique, si utile fuisset, id
quoque Dominus praestare potuisset, sed a piscatoribus praedi-

1 fratri karissimo *AV (sed add. in A* salutem*)*: *om. F* || unianimis *V* 2 scribseram *V, et sic fere semper* scribsi, scribtum, scribtura *etc.* || schida *V*, sceda *F*, scaeda *A* 3 promere *F* 4 infirmissimus *V*: infimus *F*, infirmus *Av* 6 repraehensionis *V*: reprehensione *AFv; cf. infra c. 9, 3* || materiem *V*: materiam *AFv et corr. V* 9 ueruntamen *V, om. FQ* 10 ededi *V* || quia nulli *V* 11 spondisti *V, cf. Chron. 1, 34, 7* 12 non queat reuocari *AFv* 13 id uenia *v* 17 cum — potuisset *BV*: *post* praedicatam esse *habent AFv* || fuisset] fuit et *V* 18 praedicatum est *V*, praedicatam *(sine* esse*)* *AB (?) Fv*

Digitized by Google

5 catam esse. ego enim, cum primum animum ad scribendum appuli, quia nefas putarem tanti uiri latere uirtutes, apud me ipse decidi, ut soloecismis non erubescerem: quia nec magnam istarum umquam rerum scientiam contigissem, et si quid ex his studiis olim fortasse libassem, totum id desuetudine tanti tem-
6 poris perdidissem. sed tamen ne nos maneat tam molesta defensio, suppresso, si tibi uidetur, nomine libellus edatur. quod ut fieri ualeat, titulum frontis erade, ut muta sit pagina et, quod sufficit, loquatur materiam, non loquatur auctorem.

1 Plerique mortales studio et gloriae saeculari inaniter dediti exinde perennem, ut putabant, memoriam nominis sui quaesi-
2 erunt, si uitas clarorum uirorum stilo inlustrassent. quae res utique non perennem quidem, sed aliquantulum tamen conceptae spei fructum adferebat, quia et suam memoriam, licet incassum, propagabant, et propositis magnorum uirorum exemplis non parua aemulatio legentibus excitabatur. sed tamen nihil ad bea-
3 tam illam aeternamque uitam haec eorum cura pertinuit. quid enim aut ipsis occasura cum saeculo scriptorum suorum gloria profuit? aut quid posteritas emolumenti tulit legendo Hectorem pugnantem aut Socraten philosophantem? cum eos non solum imitari stultitia sit, sed non acerrime etiam inpugnare dementia: quippe qui humanam uitam praesentibus tantum actibus aesti-
4 mantes spes suas fabulis, animas sepulcris dederint: siquidem ad

2 appoli *V* || putaui *A*, putaram *Vonck* 3 ipsum *F corr. m. 2 ex* ipso || decidi *B et aliquot Giselini libri*: didici *AVv*, decreui *F in ras. m. 2* || solycismis *V*, soloecismos *dett.* 4 rerum umquam *A* || quit *V et sic alias* || ex his *om. F pr. m.* 5 desuetudine *V*: dissuetudine *AFQ*, desitudine *2 codd. Gis. et v* 7 subpresso *F* || edatur *om. F pr. m.*, datur *V* 8 et] aut *de Prato* 9 auctorem] *additum in V*: Vale frater in Christo uenerabilis; decus bonorum. sanctorumque omnium. *Sequitur deinde in V*: Incipit uita sancti martini episcopi et confessoris, *in F legitur post praefationem (cap. 2 in.)*: Inc. uita sc̃i ac beatissimi patroni nostri Martini episcopi atque confessoris, *in A eodem item loco*: Inc. uita sc̃i ac beatissimi Martini archiepiscopi turoniensis 10 mortalium *AFQ* || studio et gloriae *(F* gloria *ut uidetur)* saeculari *AFV*: studio gloriae saecularis *3 codd. Gisel.* 'Studium *h. l. non ardorem animi et desiderium, sed litterarum exercitationem designat*' de Prato 11 quaesiuerunt *AFv* 12 uirorum *V s. l.* 13 utique *om. A* 14 suam *BMV*: sui *AFQv* 17 curam *V* 20 socraten *V*: socratem *AFv* 23 animas suas *v* || dederunt *F* || Si *F corr. e* Sed

Digitized by Google

solam hominum memoriam se perpetuandos crediderunt, cum hominis officium sit, perennem potius uitam quam perennem memoriam quaerere, non scribendo aut pugnando uel philosophando, sed pie sancte religioseque uiuendo. qui quidem error humanus litteris traditus in tantum ualuit, ut multos plane aemulos uel inanis philosophiae uel stultae illius uirtutis inuenerit. unde facturus mihi operae pretium uideor, si uitam sanctissimi uiri, exemplo aliis mox futuram, perscripsero: quo utique ad ueram sapientiam et caelestem militiam diuinamque uirtutem legentes incitabuntur. in quo ita nostri quoque rationem commodi ducimus, ut non inanem ab hominibus memoriam, sed aeternum a Deo praemium exspectemus, quia etsi ipsi non ita uiximus, ut exemplo aliis esse possimus, dedimus tamen operam, ne is lateret qui esset imitandus. igitur sancti Martini uitam scribere exordiar, ut se uel ante episcopatum uel in episcopatu gesserit, quamuis nequaquam ad omnia illius potuerim peruenire: adeo ea, in quibus ipse tantum sibi conscius fuit, nesciuntur, quia laudem ab hominibus non requirens, quantum in ipso fuit, omnes uirtutes suas latere uoluisset. quamquam etiam ex his, quae conperta nobis erant, plura omisimus, quia sufficere credidimus, si tantum excellentia notarentur: simul et legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium. obsecro autem eos qui lecturi sunt, ut fidem dictis adhibeant, neque me quicquam nisi conpertum et probatum scripsisse arbitrentur: alioquin tacere quam falsa dicere maluissem.

Igitur Martinus Sabaria Pannoniarum oppido oriundus fuit, sed intra Italiam Ticini altus est, parentibus secundum saeculi dignitatem non infimis, gentilibus tamen. pater eius miles primum, post tribunus militum fuit. ipse armatam militiam in adulescentia secutus inter scolares alas sub rege Constantio, deinde sub Iuliano Caesare militauit: non tamen sponte, quia a

3 philosofando *V* 5 humanis *codd. aliquot prob. Vonckio* || plane *V pr. m.:* tamen *AFQ et corr. V* 6 inanes philosofiae *V* 12 praemium *om. F pr. m.* 13 aliis exemplo *v* 15 ut se *MV*: utq; *F*, ut quae *Q*, et quae *Av* 21 excellentia *AFQV*: excellentiora *v* 26 Sabaria *BV et corr. F*: sabariae AF^1Qv || Pannoniorum *dett.* || oppido *om. v* 27 alitus ABF^1, aletus *V corr.* (altus *pr. m.*) 28 milex *V, item p. 112, 20* 30 alas *F partim in ras. m. 2* || Constantino *v* 31 sponte *A in marg.*

Digitized by Google

primis fere annis diuinam potius seruitutem sacra inlustris
3 pueri spirauit infantia. nam cum esset annorum decem, inuitis
parentibus ad ecclesiam confugit seque catechumenum fieri postu-
4 lauit. mox mirum in modum totus in Dei opere conuersus, cum
esset annorum duodecim, eremum concupiuit, fecissetque uotis
satis, si aetatis infirmitas non obstitisset. animus tamen aut
circa monasteria aut circa ecclesiam semper intentus medita-
5 batur adhuc in aetate puerili, quod postea deuotus inpleuit. sed
cum edictum esset a regibus, ut ueteranorum filii ad militiam
scriberentur, prodente patre, qui felicibus eius actibus inuide-
bat, cum esset annorum quindecim, captus et catenatus sacra-
mentis militaribus inplicatus est, uno tantum seruo comite con-
tentus, cui tamen uersa uice dominus seruiebat, adeo ut plerum-
que ei et calciamenta ipse detraheret et ipse detergeret, cibum
6 una caperent, hic tamen saepius ministraret. triennium fere ante
baptismum in armis fuit, integer tamen ab iis uitiis, quibus illud
7 hominum genus inplicari solet. multa illius circa commilitones
benignitas, mira caritas, patientia uero adque humilitas ultra
humanum modum. nam frugalitatem in eo laudari non est necesse,
qua ita usus est, ut iam illo tempore non miles, sed monachus
putaretur. pro quibus rebus ita sibi omnes commilitones deuinxe-
8 rat, ut eum miro adfectu uenerarentur. necdum tamen regeneratus
in Christo agebat quendam bonis operibus baptismi candidatum:
adsistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, alere egentes,
uestire nudos, nihil sibi ex militiae stipendiis praeter cotidianum
uictum reseruare: iam tum euangelii non surdus auditor de cra-
stino non cogitabat.

1 diuina p. seruitute *Fv* 2 inspirauit *FQ et corr. V* || duodecim *V* 3 cathecuminum *V*, catichumenum *Q*, caticuminum *AF et sic fere semper in hoc nomine* 4 opus *A* 5 heremum *AF et sic fere semper* 6 non fuisset inpedimento *V solus ex notis* || tamen] eius *add. in* ˙*F m. 2* || tamen circa *v* 10 eius *om. V* 11 captus *BMV*: raptus *AFQv* 14 calceamenta (*om.* ipse) detraheret *v* 15 tamen *om. AFQ* 16 baptismum *BMV*: baptisma *AFv* || ab his *AFQV* 17 illius *BV*: illi *AFv* 19 laudari *ABFV*: laudare *v* 20 qua *F rasura ex* quia 21 pro *V*: *om. AFv* || commilitones suos *AFv* 23 quędam *F pr. m.* || baptismi *V*: baptismatis *AFv* 24 alere egentes] eregenes *V* 26 reseruare *MV (item F, sed hic* re *in ras. ex* reseruans *ut uidetur)*: reseruabat *AQ*, reseruans *2 codd. Giselini*

Digitized by Google

Quodam itaque tempore, cum iam nihil praeter arma et sim- 3
plicem militiae uestem haberet, media hieme, quae solito asperior
inhorruerat, adeo ut plerosque uis algoris extingueret, obuium
habet in porta Ambianensium ciuitatis pauperem nudum: qui cum
praetereuntes ut sui misererentur oraret omnesque miserum prae-
terirent, intellexit uir Deo plenus sibi illum, aliis misericordiam
non praestantibus, reseruari. quid tamen ageret? nihil praeter 2
chlamydem, qua indutus erat, habebat: iam enim reliqua in
opus simile consumpserat. arrepto itaque ferro, quo accinctus
erat, mediam diuidit partemque eius pauperi tribuit, reliqua
rursus induitur. interea de circumstantibus ridere nonnulli, quia
deformis esse truncatus habitu uideretur: multi tamen, quibus
erat mens sanior, altius gemere, quod nihil simile fecissent, cum
utique plus habentes uestire pauperem sine sua nuditate potuis-
sent. nocte igitur insecuta, cum se sopori dedisset, uidit Chri- 3
stum chlamydis suae, qua pauperem texerat, parte uestitum.
intueri diligentissime Dominum uestemque, quam dederat, iube-
tur agnoscere. mox ad angelorum circumstantium multitudinem
audit Iesum clara uoce dicentem: Martinus adhuc catechumenus
hac me ueste contexit. uere memor Dominus dictorum suorum, 4
qui ante praedixerat: quamdiu fecistis uni ex minimis
istis, mihi fecistis, se in paupere professus est fuisse uesti-
tum: et ad confirmandum tam boni operis testimonium in eodem
se habitu, quem pauper acceperat, est dignatus ostendere. quo 5
uiso uir beatissimus non in gloriam est elatus humanam, sed
bonitatem Dei in suo opere cognoscens, cum esset annorum duo-

21 Matth. 25, 40.

1 igitur *F* 2 uestimentum *V* 3 obuiam *F* 4 anbianensium *V*, ambiamensium *A* 7 nihil] *add. in V s. l. m. 2* quia 8 clamydem *V*, clamidem *AF*, *item infra u. 16* clamydis *et* clamidis *eidem* || enim *om. V* 11 risere *F*, *sed* se *ex corr.* 12 esse *V:* esse et *AF*, esset et *v* || habitus *F corr.* || tamen *V*: quidem *AF* 13 sanctior *V solus ex notis; cf. infra c. 9, 4* || gemuere *F corr. et Q* 15 uidet *A pr. m. et V* 16 contexerat *1 cod. Gisel.* 17 uestem quam *A* 19 cathecuminus *V* 21 quae *F* || fecestes *V*, haec fecistis *AFv* (haec *BM quoque om.)* 22 pauperem *V* 25 uisu *F* 26 annorum XXII *V; at habet Paulinus quoque, quem citauit de Prato:* Quattuor a lustris geminos minus egerat annos

Digitized by Google

deuiginti, ad baptismum conuolauit. nec tamen statim militiae renuntiauit, tribuni sui precibus euictus, cui contubernium familiare praestabat: etenim transacto tribunatus sui tempore renuntiaturum se saeculo pollicebatur. qua Martinus expectatione suspensus per biennium fere posteaquam est baptismum consecutus, solo licet nomine, militauit.

4 Interea inruentibus intra Gallias barbaris Iulianus Caesar coacto in unum exercitu apud Vangionum ciuitatem donatiuum coepit erogare militibus, et, ut est consuetudinis, singuli citabantur, 2 donec ad Martinum uentum est. tum uero oportunum tempus existimans, quo peteret missionem — neque enim integrum sibi fore arbitrabatur, si donatiuum non militaturus acciperet —, 3 hactenus, inquit ad Caesarem, militaui tibi: patere ut nunc militem Deo: donatiuum tuum pugnaturus accipiat, Christi ego 4 miles sum: pugnare mihi non licet. tum uero aduersus hanc uocem tyrannus infremuit dicens, eum metu pugnae, quae postero die erat futura, non religionis gratia detractare militiam. 5 at Martinus intrepidus, immo inlato sibi terrore constantior, si hoc, inquit, ignauiae adscribitur, non fidei, crastina die ante aciem inermis adstabo et in nomine Domini Iesu, signo crucis, non clipeo protectus aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. 6 retrudi ergo in custodiam iubetur, facturus fidem dictis, ut iner- 7 mis barbaris obiceretur. postero die hostes legatos de pace miserunt, sua omnia seque dedentes. unde quis dubitet hanc uere beati uiri fuisse uictoriam, cui praestitum sit, ne inermis ad 8 proelium mitteretur. et quamuis pius Dominus seruare militem suum licet inter hostium gladios et tela potuisset, tamen ne uel aliorum mortibus sancti uiolarentur obtutus, exemit pugnae 9 necessitatem. neque enim aliam pro milite suo Christus debuit

1 baptisma *AF, item u. 5* || tamen *om. FQ* 6 licet *V et meliores Giselini*: scilicet *ABF* 7 irrumpentibus *1 cod. Gis.* 8 uuangionum *F* 9 et ut *BMV*: ut *AF*^{1}*v*, utque *F corr.* || recitabantur *F* 10 opportunum *v* 11 remissionem *V* 14 militaturus *Gisel. ex tribus suis libris et v* 15 aduersum *F* 16 postera *AFv* 17 detrectare *AFv* 21 clypeo *FVv* || cuneis *F pr. m.* 22 custodia *A* 23 obieceretur *V* || postera *Fv* 24 seque *AFMV*: seseque *v* 25 ne *om. F pr. m.* 27 licet] etiam *F sed in ras. manu recenti* 28 mortibus *V*: morte *AFv* || uiolaretur *B*

Digitized by Google

praestare uictoriam, quam ut subactis sine sanguine hostibus nemo moreretur.

Exinde relicta militia sanctum Hilarium Pictauae episcopum 5
ciuitatis, cuius tunc in Dei rebus spectata et cognita fides habe-
batur, expetiit et aliquamdiu apud eum commoratus est. temp- 2
tauit autem idem Hilarius inposito diaconatus officio sibi eum artius inplicare et ministerio uincire diuino. sed cum saepissime restitisset, indignum se esse uociferans, intellexit uir altioris ingenii, uno eum modo posse constringi, si id ei officii impo-
neret, in quo quidam locus iniuriae uideretur: itaque exorcistam eum esse praecepit. quam ille ordinationem, ne despexisse tamquam humiliorem uideretur, non repudiauit. nec multo post ad- 3
mónitus per soporem, ut patriam parentesque, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa sollicitudine uisitaret, ex uoluntate
sancti Hilari profectus est, multis ab eo obstrictus precibus et lacrimis ut rediret. maestus, ut ferunt, peregrinationem illam ingressus est, contestatus fratribus, multa se aduersa passurum: quod postea probauit euentus. ac primum inter Alpes deuia secu- 4
tus incidit in latrones. cumque unus securi eleuata in caput eius
librasset ictum, ferientis dexteram sustinuit alter: uinctis tamen post tergum manibus uni adseruandus et spoliandus traditur. qui cum eum ad remotiora duxisset, percontari ab eo coepit, quisnam esset. respondit Christianum se esse. quaerebat etiam ab eo an 5
timeret. tum uero constantissime profitetur, numquam se tam
fuisse securum, quia sciret misericordiam Domini maxime in temptationibus adfuturam: se magis illi dolere, qui Christi mi-

3 pictauiae *F corr. m. 2* (episcopum pictauae *A*) 4 expectata *AM*, inclita spectata *F* 5 expetiuit *AFv* || aliquantum *V*, *sed* ntum *in litura* 6 diaconatus *MV*: diaconii *AFv* 7 implicari et m. uinciri *Q* 8 uir *AV*: uir Dei *FQ* 9 uno *BV*: hoc *AFv* || id * officii *V* 11 praecipit *V* || dispexisset *V* 12 multũ *AF* 15 hilarii *V corr. AFv* || multis *BV*: multisque *AFv* || obstrictus *ABFMQV*: adstrictus *Gisel. ex tribus suis et v* 17 ingressus *V*: adgressus *AFv* || fratribus *BMV*: fratres *AFv* 18 ac *om. F in rasura* 19 securim eleuatam *Av* 20 dexteram *B et alii pauci (etiam duo Traiectini Vonckii)*: dextera *AVv*, dexterae *FQ* 21 postergum *AF* || adseruandus *V*: ad seruandum *B*, seruandus *AFv* || spoliandus *V*: spoliandum *B*, custodiendus *AFM* 22 percunctari *MV* 24 fuisse tam *v* 26 sed magis *V teste de Prato* || illi *AV et libri fere omnes*: illũ *F* || condolere *dett. pauci*

Digitized by Google

6 sericordia utpote latrocinia exercens esset indignus. ingressusque euangelicam disputationem uerbum Dei latroni praedicabat. quid longius morer? latro credidit prosecutusque Martinum uiae reddidit, orans ut pro se Dominum precaretur. idemque postea religiosam agens uitam uisus est, adeo ut haec, quae supra rettulimus, ex ipso audita dicantur.

6 Igitur Martinus inde progressus cum Mediolanum praeterisset, diabolus in itinere, humana specie adsumpta, se ei obuium tulit, quo tenderet quaerens. cumque id a Martino responsi accepisset,
2 se quo Dominus uocaret intendere, ait ad eum: quocumque ieris uel quaecumque temptaueris, diabolus tibi aduersabitur. tunc ei prophetica uoce respondens, Dominus mihi, inquit, adiutor est: non timebo, quid faciat mihi homo. statimque de conspectu eius
3 inimicus euanuit. itaque ut animo ac mente conceperat, matrem a gentilitatis absoluit errore, patre in malis perseuerante: plures tamen suo saluauit exemplo.

4 Dehinc cum haeresis Arriana per totum orbem et maxime intra Illyricum pullulasset, cum aduersus perfidiam sacerdotum solus paene acerrime repugnaret multisque suppliciis esset adfectus — nam et publice uirgis caesus est et ad extremum de ciuitate exire conpulsus — Italiam repetens, cum intra Gallias quoque discessu sancti Hilari, quem ad exilium haereticorum uis coegerat, turbatam ecclesiam comperisset, Mediolani sibi monasterium statuit. ibi quoque eum Auxentius, auctor et princeps Arrianorum, grauissime insectatus est, multisque adfectum iniuriis de ciuitate exturbauit. cedendum itaque tempori arbitratus ad
5 insulam, cui Gallinaria nomen est, secessit comite quodam pre-

5 agere *FMQ* || adeo *mei: om. v* 6 ex *BV:* ab *AFv* 7 mediolanium *V* 8 itenere *V (tales litterarum* e *et* i *in V confusiones posthac non omnes notabimus)* || obuiam *F* 10 tendere *M,* eo tendere *coni. de Prato* 12 profiteca *V* || respondens — inquit *BV*: respondit *AFv* 13 homo mox statimque *V* || de *MV*: e *AFv* 14 ac *AV*: et *F* 15 a *om. AFv* || perseuerantem *V* (patrem in malis perseuerantem reliquit *F*) 17 dehinc *V*: deinde *AFv* 18 cum aduersus — pugnaret *F in marg. m. 2* 19 repugnaret *BMV*: pugnaret *AFv* 20 nam publice *v* 22 hilarii *AFv et corr. V* || exi [lium — uirtutem] erectus *(p. 117, 22)*: *inclusa desunt in V, cum una scheda interciderit* 27 cui gallinaria nomen est *AFMQ*: gallinariam nomine *v*

Digitized by Google

sbytero, magnarum uirtutum uiro. hic aliquamdiu radicibus uixit herbarum: quo tempore helleborum, uenenatum, ut ferunt, gramen, in cibum sumpsit. sed cum uim ueneni in se grassantis 6
uicina iam morte sensisset, imminens periculum oratione repulit
statimque omnis dolor fugatus est. nec multo post, cum sancto 7
Hilario comperisset regis paenitentia potestatem indultam fuisse redeundi, Romae ei temptauit occurrere profectusque ad urbem est.

Cum iam Hilarius praeterisset, ita eum est uestigiis prosecu- 7
tus: cumque ab eo gratissime fuisset susceptus, haut longe sibi ab oppido monasterium conlocauit, quo tempore se ei quidam catechumenus iunxit, cupiens sanctissimi uiri institui disciplinis: paucisque interpositis diebus languore correptus ui febrium laborabat. ac tum Martinus forte discesserat: et cum per triduum 2
defuisset, regressus exanime corpus inuenit: ita subita mors fuerat, ut absque baptismate humanis rebus excederet. corpus in medio positum tristi maerentium fratrum frequentabatur officio, cum Martinus flens et eiulans accurrit. tum uero tota sanctum spiri- 3
tum mente concipiens egredi cellulam, in qua corpus iacebat, ceteros iubet, ac foribus obseratis super exanimata defuncti fratris membra prosternitur. et cum aliquamdiu orationi incubuisset sensissetque per spiritum Domini adesse uirtutem, erectus paululum et in defuncti ora defixus, orationis suae ac misericordiae Domini intrepidus expectabat euentum: uixque duarum fere horarum spatium intercesserat, uidet defunctum paulatim membris omnibus commoueri et laxatis in usum uidendi palpitare luminibus. tum uero magna ad Dominum uoce conuersus gratias agens 4

2 eleborum *A*, elebori * (i *ex corr.*) *F* || ferunt ut uenenatum *A* 3 cibum] *add. in F m. 2* suum 4 pepulit *B* 7 profectus (profectusq. *corr. m. 2*) ē ad urbem *F* 9 Cumque iam *uel* Cum uero (autem) iam *dett.* || eum e uestigio *cod. Berol. (Vorstii)*, eum e uestigiis est pros. *nonnulli libri Giselini; exspectares potius:* ita eius uestigia est pros. *Paulinus habet*: Ergo legens praegressa pio uestigia cursu *etc.* 10 gratantissime fuisse *A* 12 instrui *cod. Berol.* 13 paucis quippe *AF* || correptus est *(add. m. 2* et) ui *F* 14 at tum *M* || post triduum fuisset regressus *M* 15 exanime corpus *AFM*: c. exanime *v* || subito *F pr. m.* 17 tum *F* 18 tota sanctum spiritum (spir. sanctum *F*) *AFM*: sanctum spir. tota *v* 22 erectus] *hic redit V* 24 aduentum *A* 25 uidet *ABF*^{1}*V*: uidit *F corr. et v*, et uidit (*uel* cum uidit) *dett. pauci; at u. Chron. I, 38, 4.*

Digitized by Google

cellulam clamore conpleuerat: quo audito qui pro foribus adstiterant statim inruunt. mirum spectaculum, quod uidebant uiuere, quem mortuum reliquissent. ita redditus uitae, statim baptismum consecutus plures postea uixit annos, primusque apud nos Martini uirtutum uel materia uel testimonium fuit. idem tamen referre erat solitus, se corpore exutum ad tribunal iudicis ductum deputandumque obscuris locis et uulgaribus turbis tristem excepisse sententiam: tum per duos angelos iudici fuisse suggestum, hunc esse pro quo Martinus oraret: ita per eosdem angelos se iussum reduci, et Martino redditum uitaeque pristinae restitutum. ab hoc primum tempore beati uiri nomen enituit, ut qui sanctus iam ab omnibus habebatur, potens etiam et uere apostolicus haberetur.

8 Nec multo post, dum agrum Lupicini cuiusdam honorati secundum saeculum uiri praeteriret, clamore et luctu turbae plangentis excipitur, ad quam cum sollicitus adstitisset et quis esset hic fletus inquireret, indicatur unum ex familia seruulum laqueo sibi uitam extorsisse. quo cognito cellulam, in qua corpus iacebat, ingreditur, exclusisque omnibus turbis superstratus corpori aliquantisper orauit. mox uiuescente uultu, marcescentibus oculis in ora illius defunctus erigitur: lentoque conamine enisus adsurgere, adprehensa beati uiri dextera in pedes constitit: adque ita cum eo usque ad uestibulum domus, turba omni inspectante, processit.

9 Sub idem fere tempus ad episcopatum Turonicae ecclesiae petebatur: sed cum erui monasterio suo non facile posset, Rusticius quidam, unus e ciuibus, uxoris languore simulato ad genua illius prouolutus ut egrederetur obtinuit. ita dispositis iam in itinere ciuium turbis, sub quadam custodia ad ciuitatem usque deducitur.

1 adsisterant *V* 2 expectaculum *F* 3 baptisma *AFv* 6 corpore esse exutum *V* 7 deputandumque *FMQV:* deputatumque *Av* || et *om. A* || excipisse *V et paulo post* excepitur 10 redditum *om. 1 cod. Gisel.* 11 primum *V:* primo *AFv* 12 ab hominibus *F* 16 sollicitus cum *v* || adstitessit *V,* restitisset *F* 17 ex *V*: e *AFv* 20 uiuescente *F pr. m.:* uiuiscente AF^2Vv 21 lenteoque *V* 25 Eodem fere tempore martinus ad *AF* 26 monasterio *AQV*: a monasterio *Fv* || facile non *v* || possit *AF, sed in F* posset *ead. m. corr.* || rusticius *V*: rusticus *BM,* ruritius *A,* ruricius *Fv*

Digitized by Google

mirum in modum incredibilis multitudo non solum ex illo oppido, sed etiam ex uicinis urbibus ad suffragia ferenda conuenerat. una 3 omnium uoluntas, eadem uota eademque sententia, Martinum episcopatus esse dignissimum: felicem fore tali ecclesiam sacerdote. pauci tamen et nonnulli ex episcopis, qui ad constituendum antistitem fuerant euocati, impie repugnabant, dicentes scilicet, contemptibilem esse personam, indignum esse episcopatu hominem uultu despicabilem, ueste sordidum, crine deformem. ita a 4 populo sententiae sanioris haec illorum inrisa dementia est, qui inlustrem uirum dum uituperare cupiunt praedicabant. nec uero aliud his facere licuit, quam quod populus Domino uolente cogitabat. inter episcopos tamen qui adfuerant praecipue Defensor quidam dicitur restitisse: unde animaduersum est grauiter illum lectione prophetica tum notatum. nam cum fortuito lector, cui 5 legendi eo die officium erat, interclusus a populo defuisset, turbatis ministris, dum expectatur qui non aderat, unus e circumstantibus sumpto psalterio, quem primum uersum inuenit, arripuit. psalmus autem hic erat: ex ore infantium et lactan- 6 tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et defensorem. quo lecto clamor populi tollitur, pars diuersa confunditur. adque ita habitum est, di- 7 uino nutu psalmum hunc lectum fuisse, ut testimonium operis sui Defensor audiret, qui ex ore infantium adque lactantium, in Martino Domini laude perfecta, et ostensus pariter et destructus esset inimicus.

Iam uero sumpto episcopatu qualem se quantumque praesti- 10 terit, non est nostrae facultatis euoluere. idem enim constantissime perseuerabat qui prius fuerat. eadem in corde eius humi- 2

18 Ps. 8, 3.

2 conuenerant *ABF* 4 episcopatus *V*: episcopatu (— tū *A*) *AFv; cf. p. 109, 6* || felicem *om. A pr. m.* 8 despicabilem *F sed partim in rasura 2 m.* dispicabilem *QV* 11 cogitabat *V et cod. Lazii:* cogebat *AFv* 13 quidam *BMV:* nomine quidam *A*, quidam nomine *Fv* || grauiter illum *om. V* 14 tum *V*: tunc *AFv* || fortuitu *ABFM* 15 eo die legendi *A* 18 hic *om. v* || lactantium F^1QV *(item infra u. 23):* lactentium *Av et corr. F* 21 pars aduersa *BM* 23 qui *MV:* quia *AFv* || et *A* || lactentium *Av* 24 est (*pro* et) ostensus *V* 25 esset *MV*: est *AFv* 28 eadem in corde humilitas *om. V*, eius *om. M*

Digitized by Google

litas, eadem in uestitu eius uilitas erat: adque ita, plenus auctoritatis et gratiae, inplebat episcopi dignitatem, ut non tamen
3 propositum monachi uirtutemque desereret. aliquandiu ergo adhaerenti ad ecclesiam cellula usus est: dein cum inquietudinem se frequentantium ferre non posset, duobus fere extra ciuitatem
4 milibus monasterium sibi statuit. qui locus tam secretus et remotus erat, ut eremi solitudinem non desideraret. ex uno enim latere praecisa montis excelsi rupe ambiebatur, reliquam planitiem Liger fluuius reducto paululum sinu clauserat: una tantum eademque arta admodum uia adiri poterat. ipse ex lignis contextam
5 cellulam habebat, multique ex fratribus in eundem modum: plerique saxo superiecti montis cauato receptacula sibi fecerant. discipuli fere octoginta erant, qui ad exemplum beati magistri in-
6 stituebantur. nemo ibi quicquam proprium habebat, omnia in medium conferebantur. non emere aut uendere, ut plerisque monachis moris est, quicquam licebat, ars ibi exceptis scriptoribus nulla habebatur, cui tamen operi minor aetas deputabatur: maio-
7 res orationi uacabant. rarus cuiquam extra cellulam suam egressus, nisi cum ad locum orationis conueniebant. cibum una omnes post horam ieiunii accipiebant. uinum nemo nouerat, nisi quem
8 infirmitas coegisset. plerique camelorum saetis uestiebantur: mollior ibi habitus pro crimine erat. quod eo magis sit mirum necesse est, quod multi inter eos nobiles habebantur, qui longe aliter educati ad hanc se humilitatem et patientiam coegerant:
9 pluresque ex eis postea episcopos uidimus. quae enim esset ciuitas aut ecclesia, quae non sibi de Martini monasterio cuperet sacerdotem?

2 episcopii *F* || ut *om. V* 3 ergo] uero *Q* || adhaerente *v* 4 deinde *Fv* 5 se *MV*: *om. AFv* || ciuitate *V* 7 erimi *V*, heremi *AF* 8 excelsi *BMV*: excelsa *AF* 11 multique *BMV*: multi quidem *AFv* || ex *V*: e *AFv* || in eundem — cauato *om. F pr. m.* 12 saxo (*non* ex saxo) supertecti montis caua *V* 13 fere *BMV*: uero *AFv* 14 in medio *Fv* 16 quisquam *F corr. 2 m. ex* cuiquam 18 suam *ABFMQ: om. V*, fuit *dett. pauci et v* 19 unũ *A* 21 camellorum *V* || saetis *V*: setis *AFv* 22 sit *om. V* || mirandum *duo libri Gisel.* 24 edocati *V* 25 eis *V*: his *AFv* || post episcopatopos *V, sed sic m. 2 in rasura (praeter syllabam extremam)* 26 non sibi — cuperet sacerdotem *BMV*: non sibi (*corr.* e se) — cuperet sacerdotes *Q*, non — cuperet sacerdos *A*, non se — cuperet sacerdotes habere *Fv*

Digitized by Google

Sed ut reliquas uirtutes eius, quas in episcopatu egit, adgre- 11
diar, erat haut longe ab oppido proximus monasterio locus, quem falsa hominum opinio, uelut consepultis ibi martyribus, sacrauerat: nam et altare ibi a superioribus episcopis constitutum ha- 2
bebatur. sed Martinus non temere adhibens incertis fidem, ab his, qui maiores natu erant, presbyteris uel clericis flagitabat nomen sibi martyris, tempus passionis ostendi: grandi se scrupulo permoueri, quod nihil certi constans sibi maiorum memoria tradidisset. cum aliquandiu ergo a loco illo se abstinuisset, nec 3
derogans religioni, quia incertus erat, nec auctoritatem suam uulgo adcommodans, ne superstitio conualesceret, quodam die paucis secum adhibitis fratribus ad locum pergit. dehinc super 4
sepulchrum ipsum adstans orauit ad Dominum, ut quis esset uel cuius meriti esset sepultus ostenderet. tum conuersus ad laeuam uidet prope adsistere umbram sordidam, trucem: imperat nomen meritumque loqueretur. nomen edicit, de crimine confitetur: latronem se fuisse, ob scelera percussum, uulgi errore celebratum: sibi nihil cum martyribus esse commune, cum illos gloria, se poena retineret. mirum in modum uocem loquentis qui 5
aderant audiebant, personam tamen non uidebant. tum Martinus quid uidisset exposuit iussitque ex eo loco altare, quod ibi fuerat, submoueri, adque ita populum superstitionis illius absoluit errore.

Accidit autem insequenti tempore, dum iter ageret, ut gen- 12
tilis cuiusdam corpus, quod ad sepulchrum cum superstitioso funere deferebatur, oluium haberet: conspicatusque eminus uenientium turbam, quidnam id esset ignarus, paululum stetit: nam fere quingentorum passuum interuallum erat, ut difficile fuerit dinoscere quid uideret. tamen quia rusticam manum cerneret et 2

1 eius *AF*: eius *V* et *V corr.* 2 monasterio *BMV*: monasterii *AFv* 6 sibi nomen *v* || tempus *V*: tempora *AFQ*, uel tempora *v* 10 religionem *V haud scio an recte* 11 quadam *A* 12 dehinc *V*: dein *A*, deinde *Fv* 13 esset *om. B* 14 esset sepultus *BV*: esset *om. AFv* 15 uidet *AV*: uidit *Fv* || prope *om. V* || crucem *V*, ac trucem *I m. 2* 16 loqueretur *V*: ut loqueretur *AFv*, ut *BM ante* nomen *habent* 19 immodum *V, item 122, 6* 20 tamen *om. A* 26 obuiam *F* 27 id *om. A* || paulolum *F* || nam tum fere *F*, nam cum fere *Q* 28 difficile ei *coni. de Prato* 29 dinoscere *mei*: dignoscere *v*

Digitized by Google

agente uento lintea corpori superiecta uolitarent, profanos sacrificiorum ritus agi credidit: quia esset haec Gallorum rusticis consuetudo, simulacra daemonum candido tecta uelamine misera per
3 agros suos circumferre dementia. leuato ergo in aduersos signo crucis imperat turbae non moueri loco onusque deponere. hic uero mirum in modum uideres miseros primum uelut saxa riguisse.
4 dein, cum promouere se summo conamine niterentur, ultra accedere non ualentes ridiculam in uertiginem rotabantur, donec uicti corporis onus ponunt: attoniti et semet inuicem aspicientes, quid-
5 nam sibi accidisset, taciti cogitabant. sed cum beatus uir conperisset exequiarum esse illam frequentiam, non sacrorum, eleuata rursum manu dat eis abeundi et tollendi corporis potestatem. ita eos et cum uoluit, stare conpulit, et cum libuit, abire permisit.

13 Item, cum in uico quodam templum antiquissimum diruisset et arborem pinum, quae fano erat proxima, esset adgressus excidere, tum uero antistes loci illius ceteraque gentilium turba
2 coepit obsistere. et cum idem illi, dum templum euertitur, imperante Domino quieuissent, succidi arborem non patiebantur. ille eos sedulo commonere, nihil esse religionis in stipite: Deum
3 potius, cui seruiret ipse, sequerentur: arborem illam succidi oportere, quia esset daemoni dedicata. tum unus ex illis qui erat audacior ceteris: si habes, inquit, aliquam de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmet ipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: et si tecum est tuus, ut dicis, Dominus,
4 euades. tum ille intrepide confisus in Domino facturum se pollicetur. hic uero ad istius modi condicionem omnis illa gentilium

1 lintea *BMV*: linteamina *AFv*; *Paulinus habet*: Et tremefacta leui motantur lintea uento || corporis *F* 4 leuato *BMV*: eleuato *AFv* || aduersos *BF*: aduerso *Vv*, aduersū *A* 7 cum primc mouere *AFQ* 8 uicti *ABFMQ*: uincti *V*, uicti pondere *Giselinus ex suis* 9 ponunt *BMV*: deponunt *AFv* || aspicientes *MV*: aspectantes *AFv (de lectione codicis V errauit de Prato)* 10 cogitantes *A* || beatus uir cum *v* 12 manum *V* 15 cum *BMV*: dum *AFv* 16 aggressus esset *A* 17 antistites *V*, antestites *F* 18 coeperunt *M* || iidem *v* || inperante *AF* 21 seruirent ipsi *V* || succidi *V*: excidi *AFv* 22 daemoniis *F* || tum *om. V* unus ex illis *V*: unus ex his *AFQ*, ex illis unus *v* 24 succidimus *AFV* 26 intrepidus *M* 27 omnes *V*

Digitized by Google

turba consensit, facilemque arboris suae habuere iacturam, si inimicum sacrorum suorum casu illius obruissent. itaque cum unam in partem pinus illa esset adclinis, ut non esset dubium, quam in partem succisa corrueret, eo loci uinctus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse casuram nemo dubitabat. succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio laetitiaque coeperunt. aderat eminus turba mirantium. iamque paulatim nutare pinus et ruinam suam casura minitari. pallebant eminus monachi et periculo iam propiore conterriti spem omnem fidemque perdiderant, solam Martini mortem expectantes. at ille confisus in Domino intrepidus opperiens, cum iam fragorem sui pinus concidens edidisset, iam cadenti, iam super se ruenti, eleuata obuiam manu, signum salutis opponit. tum uero — uelut turbinis modo retro actam putares — diuersam in partem ruit, adeo ut rusticos, qui tuto in loco steterant, paene prostrauerit. tum uero in caelum clamore sublato gentiles stupere miraculo, monachi fiere prae gaudio, Christi nomen in commune ab omnibus praedicari: satisque constitit eo die salutem illi uenisse regioni. nam nemo fere ex inmani illa multitudine gentilium fuit, qui non impositione manus desiderata Dominum Iesum, relicto impietatis errore, crediderit. et uere ante Martinum pauci admodum, immo paene nulli in illis regionibus Christi nomen receperant: quod adeo uirtutibus illius exemploque conualuit, ut iam ibi nullus locus sit, qui non aut ecclesiis frequentissimis aut monasteriis sit repletus. nam ubi fana destruxerat, statim ibi aut ecclesias aut monasteria construebat.

5 6 7 8 9 14

Nec minorem sub idem fere tempus eodem in opere uirtutem edidit. nam cum in uico quodam fano antiquissimo et celeberrimo ignem inmisisset, in proximam, immo adhaerentem domum

1 consentit *AFv* 2 cum *om. F pr. m.* 4 loci *V*: loco *AFv* 7 itaque *F* 8 casurã *F s. l. m. 2* || minitari coepit *F* 10 Ac *A* 11 in dominum *V, at u. supra c. 12, 4* || operiens *A* || sui *F corr. e* suę *ut uidetur* 12 iam super] et super *V, sed* et *in ras. manu antiqua* || eleuat o. manum *AFQ* 13 uelut *V: om. AFv* 15 tuto loco *v* || steterant — semper *(p. 124, 11) desunt in V una scheda amissa* 18 constat *B* 20 impositionem manuum desideraret et domino Jesu *B* 24 frequentissimus *dett., om. M* 29 iniecisset *BM* || *malim* in adhaerentem domum, *cum uerba* proximam immo *glossam sapiant*

Digitized by Google

2 agente uento flammarum globi ferebantur. quod ubi Martinus aduertit, rapido cursu tectum domus scandit, obuium se aduenientibus flammis inferens. tum uero mirum in modum cerneres contra uim uenti ignem retorqueri, ut compugnantium inter se elementorum quidam conflictus uideretur. ita uirtute Martini ibi
3 tantum ignis est operatus, ubi iussus est. In uico autem, cui Leprosum nomen est, cum itidem templum opulentissimum superstitione religionis uoluisset euertere, restitit ei multitudo gen-
4 tilium, adeo ut non absque iniuria sit repulsus. itaque secessit ad proxima loca, ibique per triduum cilicio tectus et cinere, ieiunans semper adque orans, precabatur ad Dominum, ut, quia templum illud euertere humana manus non potuisset, uirtus illud
5 diuina dirueret. tum subito ei duo angeli hastati adque scutati instar militiae caelestis se obtulerunt, dicentes missos se a Domino, ut rusticam multitudinem fugarent praesidiumque Martino ferrent, ne quis, dum templum dirueretur, obsisteret: rediret
6 ergo et opus coeptum deuotus impleret. ita regressus ad uicum, inspectantibus gentilium turbis et quiescentibus, dum profanam aedem usque ad fundamenta diruęret, aras omnes adque simu-
7 lacra redegit in puluerem. quo uiso rustici, cum se intellegerent diuino nutu obstupefactos adque perterritos, ne episcopo repugnarent, omnes fere Iesum Dominum crediderunt, clamantes palam et confitentes, Deum Martini colendum, idola autem neclegenda, quae nec sibi *nec aliis* adesse possent.

2 obuiam *F* 6 operatus est *F* 7 leprosus *A*, lebrosum *cod. Berol. (Vorstii)*, libroso *M*, librosso *cod. Jureti*, librasso *B*, *fort.* Leproso *(Giselinus tacet de suis libris)* || itidem *BM*: idem *AFv* || superstitiosae religionis *B et 2 codd. Gisel.* 11 a Domino *v* 12 illut *V* || manus *BV*: manu *AFv; contulit de Prato Greg. Turon. h. Franc. VIII, 12:* diuinam misericordiam.. flagitabat, ut quia id (*sc.* simulacrum) humana industria euertere non ualeret, uirtus illud diuina destrueret 16 rediret] dum iret *V* 17 ergo opus incoeptum *F* || deuotum *v* 18 spectantibus *M*, expectantibus *BV* 19 fundamenta *F sed ultima* a *in ras.*, fundamentum *v* 22 fere *om. F pr. m.* || Iesum *MV*: in Jesum *AFv* (in dominum J. *F*) || clamantesque *F* 23 dominum V^1 || autem *V*: *om. AFv* || neglegenda *AF* 24 nec sibi nec aliis adesse *de Prato*: nec sibi adesse *V*, sibi adesse non *rell. et v; cf. Greg. Turon. h. Fr. II, 29* nihil sunt dii quos colitis, qui neque sibi neque aliis potuerunt subuenire, *et II, 31* coepit ei insinuare ut.. idola negligeret, quae neque sibi neque aliis prodesse possent || posset *V*, possunt *A*

Digitized by Google

Quid etiam in pago Aeduorum gestum sit, referam. ubi dum **15**
templum itidem euerteret, furens gentilium rusticorum in eum
inruit multitudo. cumque unus audacior ceteris stricto eum gladio
peteret, reiecto pallio nudam ceruicem percussuro praebuit. nec 2
cunctatus ferire gentilis, sed cum dexteram altius extulisset, resu-
pinus ruit, consternatusque diuino metu ueniam precabatur. nec 3
dissimile huic fuit illud. cum eum idola destruentem cultro qui-
dam ferire uoluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum
non conparuit. plerumque autem contra dicentibus sibi rusticis, 4
ne eorum fana destrueret, ita praedicatione sancta gentiles animos
mitigabat, ut luce eis ueritatis ostensa ipsi sua templa subuer-
terent.

Curationum uero tam potens in eo gratia erat, ut nullus fere ad **16**
eum aegrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatem:
quod uel ex consequenti liquebit exemplo. Treueris puella quae- 2
dam dira paralysis aegritudine tenebatur, [ita] ut iam per mul-
tum tempus nullo ad humanos usus corporis officio fungeretur:
omni ex parte praemortua uix tenui spiritu palpitabat. tristes ad 3
solam funeris expectationem adstabant propinqui, cum subito
ad ciuitatem illam Martinum uenisse nuntiatur. quod ubi puellae
pater conperit, cucurrit exanimis pro filia rogaturus. et forte 4
Martinus iam ecclesiam fuerat ingressus. ibi inspectante populo
multisque aliis praesentibus episcopis, eiulans senex genua eius
amplectitur dicens: filia mea moritur misero genere languoris, et
quod ipsa est morte crudelius, solo spiritu uiuit, iam carne
praemortua. rogo ut eam adeas adque benedicas: confido enim
quod per te reddenda sit sanitati. qua ille uoce confusus obstipuit 5
et refugit dicens, hoc suae non esse uirtutis: senem errare iudicio,
non esse se dignum, per quem Dominus signum uirtutis osten-

2 itidem *om.* *V* || euertet *A* 4 proiecto *M* || percussuro *ABFV*: percussori *v* 7 fuit illut *V*, illud fuit *A* 10 fana eorum *v* || gentiles *V*: gentilium *AFv* 15 liquebat *V* || Triberis *V* 16 ita *om.* *V* 19 adstabant *BMV*: adsistebant *AFv* 20 ad ciuit. illam martinum uenisse nuntiatur *V*: nuntiatur ad ciu. illam uenisse mart. *AFv* 21 pater puellae *v* || currit *AFQ* || exanimis *mei:* exanimi *v* 22 spectante *BM*, expectante *V*, *cf. supra c. 14, 6* 23 episcopis praesentibus *AFv* || heiulans *AF* || illius *A* 26 eam adeas *BM*: eas adeam ∴ *V*, *sed sic m. 2 in litura*, ad eam uenias *AF* (*sed in F rasura corr.* eas) 27 obstipuit *V*: obstupuit *AFv*

Digitized by Google

deret. perstare uehementius flens pater et orare ut exanimem ui-
6 sitaret: postremo a circumstantibus episcopis ire conpulsus de-
scendit ad domum puellae. ingens turba pro foribus expectabat,
7 quidnam Dei seruus esset facturus. ac primum quae erant illius
familiaria in istius modi rebus arma, solo prostratus orauit. deinde
aegram intuens dari sibi oleum postulat: quod cum benedixisset,
in os puellae uim sancti liquoris infundit, statimque uox reddita
8 est. tunc paulatim singula contactu eius coeperunt membra uiue-
scere, donec firmatis gressibus populo teste surrexit.

17 Eodem tempore Taetradii cuiusdam proconsularis uiri seruus
daemonio correptus dolendo exitu cruciabatur. rogatus ergo Mar-
tinus, ut ei manum inponeret, deduci eum ad se iubet: sed ne-
quam spiritus nullo proferri modo de cellula, in qua erat, potuit:
2 ita in aduenientes rabidis dentibus saeuiebat. tum Taetradius
ad genua beati uiri aduoluitur, orans ut ad domum, in qua dae-
moniacus habebatur, ipse descenderet. tum uero Martinus negare
3 se profani et gentilis domum adire posse: nam Taetradius eo tem-
pore adhuc gentilitatis errore implicitus tenebatur. spondet ergo
4 se, si de puero daemon fuisset exactus, Christianum fore. ita
Martinus inposita manu puero inmundum ab eo spiritum eiecit.
quo uiso Taetradius Dominum Iesum credidit: statimque cate-
chumenus factus nec multo post baptizatus est, semperque Mar-
tinum salutis suae auctorem miro coluit affectu.

5 Per idem tempus in eodem oppido ingressus patris familias cu-
iusdam domum, in limine ipso restitit dicens, horribile in atrio
domus daemonium se uidere. cui cum ut discederet imperaret et

3 expectans *AFV haud scio an recte, malim tamen:* ingens stat turba .. expectans (erat autem ingens t. — expectans *M*, ubi i. t. p. f. expectans aderat *B*) 4 acturus *A* 5 in *om. V* 7 infundit *V*: infudit *AFv* 8 *ante* singula *in V uox erasa est* || coeperant *A* || uiuescere *ABF*^{1}: uiuiscere *V add.* re *manu antiqua,* reuiuiscere *F corr.*, uiuiscere *v* 10 Eodemque *F*, Eodem quoquae *A* || taetradii *V*: tetradii *AFv et sic deinceps* 12 manus *F* || ne quã... *F* 13 de (*non* ex) cellula *V*: de ea cellula *M*, ex cella *AFv* 15 daemonicus *V pr. m.* 16 uero *om. V* 17 eo tempore *BM*: eodem tempore *AFVv* 18 spondit *FV*, spopondit *F corr.* || igitur *v* 20 ab eo *om. F pr. m.* 21 domino ihu *V*, dominum nostrum J. *AF* 22 multum *AF* 24 in eo *V* 25 horribilem in atrii *V* 26 descenderet *V* || et patrem familias *V*: cocum patris familias *BM*, quendam e familia *AFv*

Digitized by Google

patrem familias, qui in interiore parte aedium morabatur, arripuisset, saeuire dentibus miser coepit, et obuios quosque laniare. commota domus, familia turbata, populus in fugam uersus: Martinus se furenti obiecit, ac primum stare ei imperat. sed cum 6 dentibus fremeret hiantique ore morsum minaretur, digitos ei Martinus in os intulit: si habes, inquit, aliquid potestatis, hos deuora. tum uero, ac si candens ferrum faucibus accepisset, longe 7 reductis dentibus digitos beati uiri uitabat attingere: et cum fugere de obsesso corpore poenis et cruciatibus cogeretur nec tamen exire ei per os liceret, foeda relinquens uestigia fluxu uentris egestus est.

Interea cum de motu adque impetu barbarorum subita ciuita- 18 tem fama turbasset, daemoniacum ad se exhiberi iubet: imperat ut, an uerus esset hic nuntius, fateretur. tum confessus est 2 decem daemonas secum fuisse, qui rumorem hunc per populum dispersissent, ut hoc saltim metu ex illo Martinus oppido fugaretur: barbaros nihil minus quam de irruptione cogitare. ita cum haec inmundus spiritus in media ecclesia fateretur, metu et turbatione praesenti ciuitas liberata est.

Apud Parisios uero, dum portam ciuitatis illius magnis secum 3 turbis euntibus introiret, leprosum miserabili facie horrentibus cunctis osculatus est adque benedixit, statimque omni malo emundatus. postero die ad ecclesiam ueniens nitenti cute gratias 4 pro sanitate, quam receperat, agebat. nec praetereundum est, quod fimbriae uestimento eius cilicioque detractae crebras super infirmantibus egere uirtutes. nam digitis inligatae aut collo in- 5 ditae saepe ab aegrotantibus morbos fugauerunt.

1 arripuisset *V*: arripuit *AFv* 2 quosque *AMV*: quoscumque *Fv* || laniaret *V* 5 morsu *V* || minitaretur *A*, minabatur *FQ* 10 ei exire *A* || reliquens *V* 11 egressus est *M* 12 metu *AFQ, at u. Paulinus*: Barbaricos adfert fama improba motus *etc.* || ciues *V solus ex notis* 13 turbasset fama *A* || exiberi *V* 14 tunc *AVv* 15 decem *de Prato*: decim *V*, sedecim *AFv* || daemones *Av et corr. F* || secum *V*: *om. rell. et v; cf. de Prato ad h. l.* 16 dispersissent *BMV*: disseminassent *AFv* || saltim *mei:* saltem *v et sic alias* 17 minus] omnino *V* || de inruptione *V*: inruptionem *AFv* 18 media in *AFv* 20 aput parios *V* 23 emundatus *ABFV*: emundatus est *v* 24 nec *BMV*: sed nec (ne *F*) hoc *AFv* 25 uestimento *BM*: uestimenti *AFVv*, uestimentis *de Prato* || *malim* cilicioue (cilicio *F pr. m.*) 26 nam digitis — inditae *V*: nam

Digitized by Google

19 Arborius autem, uir praefectorius, sancti admodum et fidelis ingenii, cum filia eius grauissimis quartanae febribus ureretur, epistulam Martini, quae casu ad eum delata fuerat, pectori puellae in ipso accessu ardoris inseruit, statimque fugata febris
2 est. quae res apud Arborium in tantum ualuit, ut statim puellam Deo uouerit et perpetuae uirginitati dicarit: profectusque ad Martinum puellam ei, praesens uirtutum eius testimonium, quae per absentem licet curata esset, obtulit, neque ab alio eam quam a Martino habitu uirginitatis inposito passus est consecrari.
3 Paulinus magni uir postmodum futurus exempli, cum oculum grauiter dolere coepisset et iam pupillam eius crassior nubes superducta texisset, oculum ei Martinus penicillo contigit pristi-
4 namque ei sanitatem sublato omni dolore restituit. ipse autem cum casu quodam esset de cenaculo deuolutus et per confragosos scalae gradus decidens multis uulneribus esset adfectus, cum exa-
5 nimis iaceret in cellula et inmodicis doloribus cruciaretur, nocte ei angelus uisus est eluere uulnera et salubri unguedine contusi corporis superlinire liuores: adque ita postero die restitutus est sanitati, ut nihil umquam pertulisse incommodi putaretur. sed longum est ire per singula: sufficiant haec uel pauca de plurimis, satisque sit, nos et in excellentibus non subtrahere ueritatem et in multis uitare fastidium.

20 Adque ut minora tantis inseram — quamuis, ut est nostrorum aetas temporum, quibus iam deprauata omnia adque corrupta

cum aut digitis — inditae sunt *AF*, nam aut digitis — inditae *v* 27 persaepe *AFv* || fugauerunt *V*: effugauerunt *AFv*

2 quartanis *BM* 4 accessu *BM, ut uidetur:* accensu *AF, item V, sed in hoc* s *manu posteriore in rasura scripta est. Retinuimus lectionem uulgatam, cum saltem locutio* accessio febris *uulgaris sit, sed rasura in V probabile fit Sulpicium scripsisse* in ipso accentu (*i. e. incremento*) ardoris, *cuius locutionis haec similia* accentus hiemis, doloris *etc. in lexicis adferuntur* || febris fugata *F* 6 uoueret *A* || uirginitatis *V* || dicaret *AFV* || profectus *F pr. m.* 7 praesens ob uirtutem *AFQ* || quae] per quas *F m. 2 in ras.* 10 Paulinus magni uir *V:* Paulinus uero uir magni *AFv* 12 pinicillo *V*, peniculo *AFv* 14 caenaculo *F*, coenaculo *v* 15 grados *V et pr. m. F* 16 et] nec *V*; *an* nec modicis? 17 unguedine *V*: unguento *BM*, unguine *AFv* 18 superlinire liuores *BMV*: membra contingere *AFv* 19 sed *BMV*: sed quia *AFv* 21 excellentioribus *F* 23 inferam' *F (sed uirgula uidetur a 2 m.)*

Digitized by Google

sunt, paene praecipuum sit, adulationi regiae sacerdotalem non cessisse constantiam —, cum ad imperatorem Maximum, ferocis ingenii uirum et bellorum ciuilium uictoria elatum, plures ex diuersis orbis partibus episcopi conuenissent et foeda circa principem omnium adulatio notaretur seque degenere inconstantia regiae clientelae sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino apostolica auctoritas permanebat. nam et si pro aliquibus regi 2 supplicandum fuit, imperauit potius quam rogauit, et a conuiuio eius frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensae eius participem esse non posse, qui imperatores unum regno, alterum uita expulisset. postremo, cum Maximus se non sponte sumpsisse im- 3 perium adfirmaret, sed inpositam sibi a militibus diuino nutu regni necessitatem armis defendisse, et non alienam ab eo Dei uoluntatem uideri, penes quem tam incredibili euentu uictoria fuisset, nullumque ex aduersariis nisi in acie occubuisse, tandem uictus uel ratione uel precibus ad conuiuium uenit, mirum in modum gaudente rege, quod id impetrasset. conuiuae autem ad- 4 erant, uelut ad diem festum euocati, summi adque inlustres uiri, praefectus idemque consul Euodius, uir quo nihil umquam iustius fuit, comites duo summa potestate praediti, frater regis et patruus: medius inter hos Martini presbyter accubuerat, ipse autem in sellula iuxta regem posita consederat. ad medium fere conui- 5 uium, ut moris est, pateram regi minister obtulit. ille sancto admodum episcopo potius dari iubet, expectans adque ambiens, ut ab illius dextera poculum sumeret. sed Martinus ubi ebibit, 6 pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se prior biberet, nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum aut eos, qui a rege erant proximi, presbytero praetulisset. quod factum imperator omnesque qui tunc aderant ita 7 admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, pla-

1 ut paene *FQ*, *sed* ut *in F erasum* 3 uictoriae laetum *V* 4 orbis *BMV*: *om. AFv* 5 degenere *V*: degeneri *AFv* || inconstantiae regiae clientillae *V* 7 supplicandum regi *AFv* 10 imperatores *AFV*: duos imperatores *F corr. et v* || uitae *V* 11 se] *hic margo in V laesa est, nec tamen* se *in eo uidetur fuisse* 14 paenes *V* 17 conuiuiae *V* || autem *om. F in rasura* 18 ueluti *AFv* || summi itaque *V* 22 in *V*: *om. AFv* 25 ebebit *V* 27 post se prior biberet *AB*: possit prior bibere *FQV*, post se (*om.* prior) biberet *2 codd. Gisel. et v*

Digitized by Google

ceret. celeberrimumque per omne palatium fuit, fecisse Martinum in regis prandio, quod in infimorum iudicum conuiuiis nemo
8 episcoporum fecisset. eidemque Maximo longe ante praedixit futurum ut, si ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano imperatori inferens, sciret se primo quidem impetu futurum esse uictorem, sed paruo post tempore esse periturum.
9 quod quidem ita uidimus. nam primo aduentu eius Valentinianus in fugam uersus est: deinde post annum fere resumptis uiribus captum intra Aquileiae muros Maximum interfecit.

21 Constat autem etiam angelos ab eo plerumque uisos, ita ut conserto apud eum inuicem sermone loquerentur: diabolum uero ita conspicabilem et subiectum oculis habebat, ut siue se in propria substantia contineret, siue in diuersas figuras spiritalis nequi-
2 tiae transtulisset, qualibet ab eo sub imagine uideretur. quod cum diabolus sciret se effugere non posse, conuiciis eum frequenter urguebat, quia fallere non posset insidiis. quodam autem tempore cornu bouis cruentum in manu tenens cum ingenti fremitu cellulam eius inrupit, cruentamque ostendens dexteram et admisso recens scelere gaudens 'ubi est' inquit, 'Martine, uirtus tua?
3 unum de tuis modo interfeci'. tunc ille conuocatis fratribus refert quid diabolus indicasset: sollicitos ire praecipit per cellulas singulorum, quisnam hoc casu adfectus fuisset. neminem quidem deesse de monachis, sed unum rusticum mercede conductum, ut uehiculo ligna deferret, isse ad siluam nuntiant. iubet igitur
4 aliquos ire ei obuiam: ita haut longe a monasterio iam paene exanimis inuenitur. extremum tamen spiritum trahens indicat fratribus causam mortis et uulneris: iunctis scilicet bubus dum dis-

2 prandium *V* || nemo episc. *V*: episc. nemo *AFv* 4 pergerit *V* 5 quidem primo *V* || inpetu *A* 8 dein *AF* 9 interficit *V* 11 inuicem apud eum *AFv* 12 ita *V*: tam *AFv* 13 spiritalis nequitiae *BMV*: spiritalesque (spiritualesque *v*) nequitias *AFv* 15 conuitiis *AF* || frequ. urguebat *AV*: urguebat (urgebat *v*) frequ. *Fv* 17 cornu- *V* (cornum *corr.*) 18 ostendens *V*: ostentans *AFv* 19 recenter *F corr.* || gaudens *V*: congaudens *AFv* || inquid *V, item saepe alias* 20 interfici *V* 21 sollicitosque *M* || ire *de Prato*: esse *libri* || praecepit *AFv* 22 fuisset adfectus *AFv* 25 ita *ABFMQV*: itaque *v* || haut] aut *V et sic saepe alias* 27 causam *V et cod. Jureti*: casum *rell. et v; cf. Paulinus*: Vulneris exponens causam *etc.*

Digitized by Google

soluta artius lora constringit, bouem sibi excusso capite inter inguina cornu adegisse. nec multo post uitam reddidit. uideris, quo iudicio Domini diabolo data fuerit haec potestas. in Martino illud mirabile erat, quod non solum hoc, quod supra rettulimus, sed multa istius modi, si quotiens accidissent, longe antea praeuidebat aut sibi nuntiata fratribus indicabat.

Frequenter autem diabolus, dum mille nocendi artibus sanctum **22** uirum conabatur inludere, uisibilem se ei formis diuersissimis ingerebat. nam interdum in Iouis personam, plerumque Mercuri, saepe etiam se Veneris ac Mineruae transfiguratum uultibus offerebat: aduersus quem semper interritus signo se crucis et orationis auxilio protegebat. audiebantur plerumque conuicia, quibus 2 illum turba daemonum proteruis uocibus increpabat: sed omnia falsa et uana cognoscens non mouebatur obiectis. testabantur 3 etiam aliqui ex fratribus, audisse se daemonem proteruis Martinum uocibus increpantem, cur intra monasterium aliquos ex fratribus, qui olim baptismum diuersis erroribus perdidissent, conuersos postea recepisset, exponentem crimina singulorum: Mar- 4 tinum diabolo repugnantem respondisse constanter, antiqua delicta melioris uitae conuersatione purgari, et per misericordiam Domini absoluendos esse peccatis, qui peccare desierint. contra dicente diabolo, non pertinere ad ueniam criminosos, et semel lapsis nullam a Domino praestari posse clementiam, tunc in hanc uocem fertur exclamasse Martinus: si tu ipse, miserabilis, ab 5 hominum insectatione desisteres et te factorum tuorum uel hoc tempore, cum dies iudicii in proximo est, paeniteret, ego tibi uere confisus in Domino Jesu Christo misericordiam pollicerer.

2 cornu adegisse *BV (sed V* cornua degesse): cornu iniecisse *AFv* || multum *AF* || reddit *F* || uideris *AMV*: uideres *F*, uidens *B*, uidetis *v*, uiderit is *de Prato; at iam Giselinus ueram esse lectionem* uideris *perspexit, cf. si tanti est, Maduigii gramm. lat. §. 340 not. 4* 3 diabulo *V et sic saepius in hoc uoc.* 5 si quotiens *ABFQV:* quotiens *2 libri Gis. et v; cf. Dial. III, 6, 1* || ante *AFv* 6 aut *BMV:* et *AFv* 8 conaretur *A* 9 persona *M* 10 persaepe *AFv* || enim *AF* 12 audiebantur *AFMQV:* audiebantur etiam *v* 15 se *om. FQ* 17 prodidissent *malebat de Prato* 18 recipisset *V* 20 conuersione *V et cod. Berol.* 21 desierint *BMV:* desinerent *AFv* 23 praestari posse clem. *BV:* praestari clem. *AF*, clem. praestari *v* 24 o miserabilis *AFv* 27 Jesu Christo *V:* Christi *AFv*

Digitized by Google

o quam sancta de Domini pietate praesumptio, in qua etsi auctoritatem praestare non potuit, ostendit affectum. et quia de diabolo eiusdemque artibus sermo exortus est, non ab re uidetur, licet extrinsecus, referre quod gestum est, quia et quaedam in eo Martini uirtutum portio est et res digna miraculo recte memoriae mandabitur, in exemplum cauendi, si quid deinceps uspiam tale contigerit.

23 Clarus quidam, adulescens nobilissimus, mox presbyter, nunc felici beatus excessu, cum relictis omnibus se ad Martinum contulisset, breui tempore ad summum fidei uirtutumque omnium culmen enituit. itaque cum haut longe sibi ab episcopi monasterio tabernaculum constituisset multique apud eum fratres commorarentur, iuuenis quidam ad eum Anatolius nomine, sub professione monachi omnem humilitatem adque innocentiam mentitus, accessit habitauitque aliquamdiu in commune cum ceteris. dein procedente tempore angelos apud se loqui solere dicebat. cum fidem nullus adhiberet, signis quibusdam plerosque ad credendum coartabat. postremo eo usque processit, ut inter se ac Deum nuntios discurrere praedicaret, iamque se unum ex profetis haberi uolebat. Clarus tamen nequaquam ad credendum cogi poterat. ille ei iram Domini et praesentes plagas, cur sancto non crederet, comminari. postremum in hanc uocem erupisse fertur: ecce hac nocte uestem mihi candidam Dominus de caelo dabit, qua indutus in medio uestrum diuersabor: idque uobis signum erit, in me Dei esse uirtutem, qui Dei ueste donatus sim. tum uero grandis omnium ad hanc professionem expectatio. itaque ad mediam fere noctem fremitu terram insultantium commoueri omne monasterium loco uisum est: cellulam autem, qua idem adulescens continebatur, crebris cerneres micare luminibus, fremitusque in ea discurrentium et murmur quoddam multarum uocum audiebatur.

3 eiusdem *F pr. m.* 6 quit *V* 8 quidam *BMV:* quidam nomine *AFv* 11 aut *V* 12 aput eum *V* 13 anatholius *AF* 14 omni humilitate atque innocentia *F* 15 que *in V s. l.* || in *om. V* 17 fidem dictis nullus *A* 18 coartabat *BMV:* cohortabatur *AFv* 19 nuntios *BMV:* angelos *AFv*; *lectionem* nuntios *firmat Paulinus* 21 ei] enim *FV* 22 postrema *AFv* || inrupisse *V* 24 deuersabor *AF* || in me dei *M et cod. Berol.:* me in dei *FQ*, me dei *AVv* 27 terram *V: om. AFv* 28 cellula *V* || qua *AFV:* in qua *v*

Digitized by Google

dein facto silentio egressus unum de fratribus [Sabatium nomine] 7
ad se uocat tunicamque ei, qua erat indutus, ostendit. obstupe- 8
factus ille conuocat ceteros, ipse etiam Clarus adcurrit, adhibi-
toque lumine uestem omnes diligenter inspiciunt. erat autem
summa mollitie, candore eximio, micanti purpura, nec tamen,
cuius esset generis aut uelleris, poterat agnosci: curiosis tamen
oculis aut digitis adtrectata non aliud quam uestis uidebatur.
interea Clarus fratres admonet orationi insistere, ut manifestius
eis Dominus quidnam id esset ostenderet. itaque reliquum noctis 9
hymnis psalmisque consumitur. ubi inluxit dies, adprehensum
dextera ad Martinum trahere uolebat, bene conscius inludi illum
diaboli arte non posse. tum uero reniti ac reclamare miser coepit, 10
interdictumque sibi esse dicebat, ne se Martino ostenderet. cum-
que inuitum ire conpellerent, inter trahentium manus uestis eua-
nuit. unde quis dubitet hanc etiam Martini fuisse uirtutem, ut 11
fantasiam suam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda,
dissimulare diutius aut tegere non posset.

Animaduersum est tamen, eodem fere tempore fuisse in Hi- 24
spania iuuenem, qui cum sibi multis signis auctoritatem para-
uisset, eo usque elatus est, ut se Heliam profiteretur. quod cum 2
plerique temere credidissent, addidit ut se Christum esse dice-
ret: in quo etiam adeo inlusit, ut eum quidam episcopus Rufus
nomine ut Deum adoraret: propter quod eum postea ab episco-
patu deiectum uidimus. plerique etiam ex fratribus nobis rettule- 3
runt, eodem tempore in Oriente quendam extitisse, qui se Iohan-
nen esse iactitauerit. ex quo conicere possumus, istius modi pseu-
doprofetis existentibus, Antichristi aduentum imminere, qui iam
in istis mysterium iniquitatis operatur.

1 deinde *v* || Sabacium nomine *F, om. ABMQV et 4 codd. Gisel.* 2 ei *om. A* 3 adcurrit *V corr. ex* occurrit 5 mollitiae candore eximio *V* 6 curiosis *BFMV*: curiosius *Av* 8 insistere *BMV*: instare *AFv* 9 ei *A* || id *BV: om. AFv* 10 At ubi *AFv* 11 trahere ad martinum *AFv* || uolebant bene conscii *ed. Ald. prob. de Prato* 12 tunc *AF* 13 cum *V solus ex notis* 16 fantasiam *AFV:* phantasiam *v* 17 aut tegere *om. M* 18 hispania *BMV*: hispaniis *AFv* (in hisp. iuuenem fuisse *A*) 21 addidit se Ch. esse (*sine* diceret) *B* 22 nomine rufus *v* 23 Deum *MV*: dominum *AFv* || postea episcopatus *V* 24 nobis e fratribus *AFv* 25 Johannen *V*: iohannē *AF*, Joannem *v* 26 iactitarit *A*, iactitaret *Fv* 27 antechristi *V*

Digitized by Google

4 Non praetereundum autem uidetur, quanta Martinum sub isdem diebus diabolus arte temptauerit. quodam enim die praemissa prece et circumiectus ipse luce purpurea, quo facilius claritate adsumpti fulgoris inluderet, ueste etiam regia indutus, diademate ex gemmis auroque redimitus, calceis auro inlitis, sereno ore, laeta facie, ut nihil minus quam diabolus putaretur, 5 oranti in cellula adstitit. cumque Martinus primo aspectu eius fuisset hebetatus, diu multum silentium ambo tenuerunt. tum prior diabolus: 'agnosce' inquit, 'Martine, quem cernis: Christus ego sum: descensurus ad terram prius me manifestare tibi uolui'. 6 ad haec cum Martinus taceret nec quidquam responsi referret, iterare ausus est diabolus professionis audaciam: 'Martine, quid 7 dubitas credere, cum uideas? Christus ego sum'. tum ille, reuelante sibi spiritu, ut intellegeret diabolum esse, non Dominum, 'non se' inquit 'Iesus Dominus purpuratum nec diademate redentem uenturum esse praedixit: ego Christum nisi in eo habitu formaque, qua passus est, nisi crucis stigmata praeferentem ue- 8 nisse non credam'. ad hanc ille uocem statim ut fumus euanuit et cellulam tanto foetore conpleuit, ut indubia indicia relinqueret diabolum se fuisse. hoc itaque gestum, ut supra rettuli, ex ipsius Martini ore cognoui, ne quis forte existimet fabulosum.

25 Nam cum olim audita fide eius, uita adque uirtute desiderio illius aestuaremus, gratam nobis ad eum uidendum suscepimus peregrinationem: simul quia iam ardebat animus uitam illius scribere, partim ab ipso, in quantum ille interrogari potuit, scitati sumus, partim ab his, qui interfuerant uel sciebant, cog- 2 nouimus. quo quidem tempore credi non potest, qua me humilitate, qua benignitate susceperit, congratulatus plurimum et

1 Non *BMV:* Nec (neque) enim *AFv* || 'sub istis *V* 2 quadam *F* 3 prece *V*: praese *AF*, prae se *v* || circumiecta (-tus *1 m.*) ipsa *F* || qua *V* 7 cella *A* || adstetit *V* 8 multum *BV:* multumque *AFv*, mutumque *aliquot libri Gisel.* || ambo silentium *AF* || tunc *v* 10 terras *AFM* 11 nec quidquam responsi *V s. l.* || referret *deest in V margine laesa* 13 dubitas? crede *MV*, dubitas? cerne *B* 14 dominum *MV:* deum *AFv* 15 nec *V*: et *AFv* || renidentem *scripsi:* renitentem *libri* 17 formamque *V* || proferentem *Fv* 19 et *om. V* || faetore *V* 20 itaq. *AFV*: ita *v* || rettuli *BMV:* retulimus *AFv* 21 cognouimus *A* 22 *ante* uita *in V* et *s. l. add.* || uirtute *V:* uirtutibus *AFv* 23 peregr. suscepimus *AFv* 25 illum interrogare potui *B*

Digitized by Google

gauisus in Domino, quod tanti esset habitus a nobis, quem peregrinatione suscepta expeteremus. miserum me — paene non audeo 3
confiteri — cum me sancto conuiuio suo dignatus esset adhibere, aquam manibus nostris ipse obtulit, ad uesperum autem pedes
5 ipse nobis abluit. nec reniti aut contra ire constantia fuit: ita auctoritate illius oppressus sum, ut nefas putarem, si non adquieuissem. sermo autem illius non alius apud nos fuit, quam mundi 4
inlecebras et saeculi onera relinquenda, ut Dominum Iesum liberi expeditique sequeremur: praestantissimumque nobis praesentium
10 temporum inlustris uiri Paulini, cuius supra fecimus mentionem, exemplum ingerebat, qui summis opibus abiectis Christum secutus solus paene his temporibus euangelica praeceptâ conplesset: illum nobis sequendum, illum clamabat imitandum: beatumque 5
esse praesens saeculum tantae fidei uirtutisque documento, cum
15 secundum sententiam Domini diues et possidens multa uendendo omnia et dando pauperibus, quod erat factu inpossibile, possibile fecisset exemplo. iam uero in uerbis et confabulatione eius quanta 6
grauitas, quanta dignitas erat! quam acer, quam efficax erat, quam in absoluendis scripturarum quaestionibus promptus et fa-
20 cilis! et quia multos ad hanc partem incredulos scio, quippe 7
quos uiderim me ipso etiam referente non credere, Iesum testor spemque communem me ex nullius umquam ore tantum scientiae, tantum [ingenii] boni et tam puri sermonis audisse. quamquam in Martini uirtutibus quantula est ista laudatio! 8
25 nisi quod mirum est homini inlitterato ne hanc quidem gratiam defuisse.

2 expeteremus *V*: expetissemus *AFv soloece* 3 esset *BMV:* est *AFv* || adhiberi *Av* 4 ipse *om. V solus* || ad uesperem *A (non item V)* 5 ipse nobis pedes *AFv* || reniti ad hoc *v* 7 mundi *V:* mundi huius *AFv* 10 mentionem fecimus *AFv*, commemorationem f. *M* 11 sequtus (sequutus *corr.*) *V* 12 conplisset *V* 13 illum (*ante* clam.) *V s. l.* 14 documenta *V (in V litterae* a *et* o *saepe confusae sunt)*, documentū *F pr. m. et Q* 16 omnia *V post* dando *s. l. habet* || factu *F pr. m.:* factū *A*, facto *F corr. et V* 18 acer *BMV:* alacer *AFv; illud firmat Paulinus* || efficax erat quam *V:* efficax quam *AFQ*, efficax et quam *v* 19 absoluendis *BMV:* exsoluendis *AFv* 23 tantum ingenii boni *V*, tantum ingenii, tam boni *AFv*, t. ingenii, tantum boni *cod. Berol.; nos* ingenii *ut glossema inclusimus* 24 quamquam *AF:* quam *V* 25 inletterato *V*

Digitized by Google

26 Sed iam finem liber postulat, sermo claudendus est, non quod omnia, quae de Martino fuerint dicenda, defecerint, sed quia nos, ut inertes poetae, extremo in opere neclegentes, uicti 2 materiae mole succumbimus. nam etsi facta illius explicari uerbis utcumque potuerunt, interiorem uitam illius et conuersationem cotidianam et animum caelo semper intentum nulla umquam — uere profiteor — nulla explicabit oratio. illam scilicet perseuerantiam et temperamentum in abstinentia et in ieiuniis, potentiam in uigiliis et orationibus, noctesque ab eo perinde ac dies actas nullumque uacuum ab opere Dei tempus, quo uel otio indulserit uel negotio, sed ne cibo quidem aut somno, nisi quan- 3 tum naturae necessitas cogebat, uere fatebor, non si ipse, ut aiunt, ab inferis Homerus emergeret, posset exponere: adeo omnia maiora in Martino sunt, quam ut uerbis concipi queant. numquam hora ulla momentumque praeteriit, quo non aut orationi incumberet aut insisteret lectioni, quamquam etiam inter legendum aut si quid aliud forte agebat, numquam animum ab ora- 4 tione laxabat. nimirum ut fabris ferrariis moris est, qui inter operandum pro quodam laboris leuamine incudem suam feriunt, ita Martinus etiam, dum aliud agere uideretur, semper orabat. 5 o uere uir beatus, in quo dolus non fuit: neminem iudicans, neminem damnans, nulli malum pro malo reddens. tantam quippe aduersum omnes iniurias patientiam adsumpserat, ut, cum esset summus sacerdos, inpune etiam ab infimis clericis laederetur, nec propter id eos aut loco umquam amouerit aut a sua, quantum in ipso fuit, caritate reppulerit.

27 Nemo umquam illum uidit iratum, nemo commotum, nemo maerentem, nemo ridentem: unus idemque fuit semper, caele-

2 fuerint *V*: fuerant *AFv* || deficerint *V* 5 potuerint *F (non item V)* || cotidianam conuers. *AF* 7 profitetur *F* || nulla *ABFMV: om. v* 8 et in iei. *V:* et iei. *AFv* 9 et in uigiliis *V* || noctes *V add.* que *s. l. eadem m.* || perinde ab eo *A pr. m.* 11 ne cibo *AFV:* nec cibo *v* || quidem *post* somno *habent AFv* || quantum *V:* in quantum *AFv* 12 coegit *MV* || non nisi *F* 13 omerus *AF*, omyrus *V* || possit *V* || explicare *F in ras. m. 2* 17 quit aliut *V* || ab operatione *V, sed* pe *m. antiqua punct.* 21 uir *BMV: om. AFv* || nem. damnans *V s. l. habet,* neminem condemnans *v* 23 aduersus *F* 27 nemo commotum *om. AF* 28 fuit *V*: *om. AFv*

Digitized by Google

stem quodammodo laetitiam uultu praeferens extra naturam hominis uidebatur. numquam in illius ore nisi Christus, numquam 2
in illius corde nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. plerumque etiam pro eorum, qui illius obtrectatores uidebantur,
solebat flere peccatis, qui remotum et quietum uenenatis linguis
et uipereo ore carpebant. et uere nonnullos experti sumus inuidos 3
uirtutis uitaeque eius, qui in illo oderant, quod in se non uidebant et quod imitari non ualebant. adque, o nefas dolendum et ingemescendum, non alii fere insectatores eius, licet pauci admodum, non alii tamen quam episcopi ferebantur. nec uero quem- 4
quam nominari necesse est, licet nosmet ipsos plerique circumlatrent: sufficiet ut, si qui ex his haec legerit et agnouerit, erubescat. nam si irascitur, de se dictum fatebitur, cum fortasse
nos de aliis senserimus. non refugimus autem, ut, si qui eius 5
modi sunt, nos quoque cum tali uiro oderint. illud facile confido, 6
omnibus sanctis opusculum istud gratum fore. de cetero si qui
haec infideliter legerit, ipse peccabit. ego mihi conscius sum me, 7
rerum fide et amore Christi inpulsum ut scriberem, manifesta exposuisse, uera dixisse: paratumque, ut spero, habebit a Deo
praemium, non quicumque legerit, sed quicumque crediderit.

3 erat *V* 4 obtrect. illius *AFv* 7 uirtutis *MV:* uirtutibus *AFv; cf. Dial. 3, 17, 5* non inuidus gloriarum 9 ingemescendum *F:* ingemiscendum *AVv* || fere *ABMV:* fuere *Fv* 11 nominari *ABV:* nominare *Fv* 12 sufficiet (*non* sufficiat) ut si qui *V:* sufficit ut si quis *AFv* 13 de se *BMV:* de se ipso *ed. Ald.* de se ipse *AFv* 13 dictum esse *A* 14 de alio *v* 16 si quis *AFv* 18 ut haec scriberem *v; in V* haec *s. l. alia manu add. est* 19 uira *V* || ut spero *om. A pr. m.* 20 Expl. de uita sci martini epi. per (*add. s. l.* sulpicium) seuerum monachum massiliensem. cuius depositio est tertiu idus nouembr Inc. epistula eiusdem (*add. s. l.* sulpicii) Seueri *V*, Expl. liber primus de uita sci Martini epi et confessoris. Inc. epistola Seueri ad eusebium presbiterum postea episcopum *A*, *item F sed hic om. uerbis* de uita — confessoris.

Digitized by Google

EPISTVLA PRIMA.

AD EVSEBIVM.

1 Hesterna die, cum ad me plerique monachi uenissent, inter fabulas iuges longumque sermonem mentio incidit libelli mei, quem de uita beati uiri Martini episcopi edidi, studioseque eum
2 a multis legi libentissime audiebam. interea indicatur mihi dixisse quendam malo spiritu suscitatum, cur Martinus, qui mortuos suscitasset, flammas domibus depulisset, ipse nuper adustus in-
3 cendio periculosae fuisset obnoxius passioni. o istum, quisquis est, miserum! Iudaeorum in uerbis eius perfidiam et dicta cog-
noscimus, qui in cruce positum Dominum his uerbis increpabant: alios saluos fecit, se ipsum saluum facere non po-
4 test. uere iste, quicumque est, illis temporibus natus esset, ut
5 in Dominum hac uoce potuisset dicere, qui simili modo sanctum Domini blasfemat exemplo. quid ergo, quisquis es, Martinus ideo non potens, ideo non sanctus, quia est periclitatus incendio? o beatum et per omnia similem Apostolis etiam in his conuiciis uirum! nempe hoc et de Paulo gentiles, cum eum uipera momor-

12 Matth. 27, 42.

2 *Epistulam ad Eusebium scriptam esse apparet ex Dial. II, 9, 5*
3 Hesterna] *Epist. I et II et priorum partem tertiae non habent BM*
5 episcopi *V: om. AFv* 7 concitatum *2 codd. Gis.*, sciscitatum *coni. Gisel. deleto* dixisse, *at u. de Prato* 10 perfidia *V* 11 increpat *V*
13 uere iste q. est illis (si illis *corr.*) temp. natus esset ut in D. hac uoce potuisset dicere qui *V:* Vere plane iste q. est si illis temp. natus esset et in D. hac uoce dicere (uti *A*) potuisset qui *AFv sententia plane peruersa. Secundum scripturam cod. optimi hoc dicit Seuerus*: iste, qui sanctum Domini blasphemat exemplo, recte *(hoc enim ualet* uere *h. l.)* illis temporibus natus esset *(i. e. illis temp. nasci debuerat)*, ut occasionem nanctus esset hac uoce in Dominum dicendi 14 modo *V: om. AFv* 18 gentiles *AFQV*: gentiles illi *v* || eum *om. AFQ*

Digitized by Google

disset, sensisse referuntur: hic homo debet homicida esse, quem saluum factum de mari fata uiuere non siuerunt. at ille excussa uipera in ignem nihil mali patiebatur. illi autem subito casurum et repente moriturum eum putabant, sed cum uiderent nihil mali contingere ei, conuertentes se dicebant eum Deum esse. adquin uel horum exemplo, omnium mortalium infelicissime, perfidiam tuam coarguere ipse debueras, ut si tibi scandalum mouerat, quod Martinus flamma ignis uidebatur adtactus, hunc rursum adtactum ad merita illius et uirtutem referres, quod circumsaeptus ignibus non perisset. agnosce enim, miser, agnosce 6
quod nescis, omnes fere sanctos magis insignes periculorum suorum fuisse uirtutibus. uideo quidem Petrum fide potentem rerum obstante natura mare pedibus supergressum et instabiles aquas corporeo pressisse uestigio. sed non ideo mihi minor uidetur gentium praedicator, quem fluctus absorbuit et post triduum totidemque noctes emergentem e profundo unda restituit. adque nescio an paene plus fuerit uixisse in profundo an supra maris profunda transisse. sed haec tu, ut arbitror, stulte, non legeras aut lecta non au- 7
dieras. neque enim absque diuino consilio istius modi exemplum beatus Euangelista sacris litteris protulisset, nisi ut ex his humana mens erudiretur naufragiorum adque serpentium casus, et, sicut Apostolus refert, qui nuditate et fame latronumque periculis gloriatur, omnia haec sanctis hominibus ad perpetiendum quidem esse communia, sed his tolerandis adque uincendis praecipuam semper iustorum fuisse uirtutem, dum per omnia temptamenta patientes et semper inuicti tanto fortius uincerent, quanto grauius pertulissent. unde hoc, quod ad Martini infirmitatem uo- 8
catur, plenum est dignitatis et gloriae, siquidem periculosissimo

1. Acta Apost. 28, 4.

1 dixsisse *V, sed* dix *in ras.* || hic homo homida *(sic)* est *A* 2 fa•ta *A* || siuerunt *3 codd. Gisel. et A*: sinuerunt *FQV, sed prior* n *in F punctata,* sinunt *v* 6 adquin *V pr. m.:* adque *V corr.* alioquin *AFv* 8 mouebatur *F corr.* 13 instabile *V* 14 minor mihi *AFv* 15 obsorbuit *AFQ* 16 itaque *V corr. ex* adque || nescio *V*: haud scio *AFv* 17 quam supra *Vorstius* 18 aut] an *V* 20 ex is (*add.* h *s. l.*) *V* 22 et *V*: *om. AFv* 23 hominibus *V:* hominibus atque omnibus *AFv* 24 adque *deest in V margine laesa* 26 et *V: om. AFv* || uicti *V* 27 infirmitate *V*

Digitized by Google

casu temptatus euicerit. ceterum omissum hoc a me in libello illo, quem de uita illius scripsimus, nemo miretur, cum ibidem sim professus me non omnia illius facta conplexum: quia si persequi uniuersa uoluissem, inmensum uolumen legentibus edidissem. neque enim sunt tam parua, quae gessit, ut omnia potuerint
9 conprehendi. sed tamen hoc, de quo quaestio incidit, latere non patiar et rem omnem, ut gesta est, referam, ne forte consilio hoc, quod ad uituperationem beati uiri poterat opponi, praetermisisse uideamur.

10 Cum ad dioecesim quandam pro sollemni consuetudine, sicut episcopis uisitare ecclesias suas moris est, media fere hieme Martinus uenisset, mansionem ei in secretario ecclesiae clerici parauerunt, multumque ignem scabro iam et pertenui pauimento subdiderunt: lectum ei plurimo stramine extruxerunt. dein, cum se Martinus cubitum conlocasset, insuetam mollitiem strati male blandientis horrescit, quippe qui nuda humo, uno tantum cilicio
11 superiecto cubare consueuerat. itaque quasi accepta permotus iniuria stramentum omne proiecit. casu super fornaculam partem paleae illius, quam remouerat, aggessit. ipse, ut erat moris nuda humo ex lassitudine itineris urguente requieuit. ad mediam fere noctem per interruptum, ut supra diximus, pauimentum
12 ignis aestuans arentes paleas adprehendit. Martinus somno excitus re inopinata, ancipiti periculo et maxime, ut referebat, diabolo insidiante adque urguente praeuentus, tardius quam debuit ad orationis confugit auxilium. nam erumpere foras cupiens, cum pessulo, quem ostio obdiderat, diu multumque luctatus, grauissimum circa se sensit incendium, ita ut uestem, quam indutus
13 erat, ignis absumpserit. tandem in se reuersus, non in fuga, sed

1 omissum hoc *V:* omissum *AQ*, omissa *F*, id omissum *v* || in *om. V* 5 enim *V*: *om. AFv* || tam pauca *malebat de Prato* 6 incedit *V* 7 gesta sunt *V* || consilio *V:* consulto *A, ut coni. Vorstius,* inconsultum *Fv* 10 diocisim *V* 11 martinus hieme *F* 12 ei *om. V margine laesa* 13 et *om. AF* 14 lectum *AFQV*: lectumque *v* 17 cubare *3 libri Giselini:* occubare *QV*, accubare *AF* || consueberat *V* 18 supra *V* 20 ex *V: om. AFv* || iteneris urguente requiebit *V* 22 arentes *V*: arescentes *AFv* || excitatus *FQ corr.* 23 diabulo insitiante *V* 25 fores *A* 26 quem *V:* quod *AF* 27 ita *V:* adeo *AFv* || quam *V:* qua *AFv* 28 absumpserit *V:* adsumpserit *F*, assumpserit *Av*

Digitized by Google

in Domino sciens esse praesidium, scutum fidei et orationis arripiens mediis flammis totus ad Dominum conuersus incubuit. tum uero diuinitus igne submoto, innoxio sibi orbe flammarum, orabat. monachi autem, qui pro foribus erant, crepitante et conluctante incendii sono, obseratas effringunt fores, demotoque igne de mediis flammis Martinum auferunt, cum iam penitus esse consumptus tam diuturno incendio putaretur. ceterum — uerbis meis 14 Dominus est testis — mihi ipse referebat et non sine gemitu fatebatur, in hoc se diaboli arte deceptum, ut excussus e somno consilium non haberet, quo per fidem et orationem periculo repugnaret: denique tam diu circa se saeuisse ignem, quamdiu erumpere ostium turbatus mente temptauerit. ubi uero uexillum crucis 15 et orationis arma repetisset, medias cessisse flammas, seque tum sensisse rorantes, quas male esset expertus urentes. unde intellegat quisquis haec legerit, temptatum quidem illo Martinum periculo, sed uere probatum.

1 sciens *V: om. AFv* 4 erant *mei:* cubabant *Berol. et 1 cod. Gisel.* 5 sono excitati *Lazius* || demotoque *AFV:* dimotoque *v* || igni *A* 6 de *V*: e *ed. Lazii, om. AFv* uerbis *V*: ut uerbis *AFv* 9 e *V:* ẽ e (*i. e.* est e) *F*, a *A* 12 uexillum *V*: auxilium *AFv* 13 tunc *v* 15 martino *V* 16 sed uere *V*: sed *Av*, et *F*, sed et *cum Aldina de Prato, qui falso refert* sed uere *in V inductum esse* || Expl. epistula sulpici (— cii *corr.*) seueri. Item inc. eiusdem ad aurilium diac̃ *V*, Expl. epła Seueri. Inc. alia eiusdem ad Aurelianum *(sed idem in subscriptione* aurelium) diaconum *F*, Expl. epła Seueri ad Eusebium presb. Item alia eiusdem ad Aurelianum diaconum *A*

Digitized by Google

EPISTVLA SECVNDA.

AD AVRELIVM DIACONVM.

1 Posteaquam a me mane digressus es, eram residens solus in cellula, subieratque me illa quae saepius occupat cogitatio, spes futurorum praesentiumque fastidium, iudicii metus, formido poenarum, et, quod consequens erat adque unde cogitatio tota descenderat, peccatorum meorum recordatio tristem me con-
2 fectumque reddiderat. deinde cum fatigata animi angore in lectulo membra posuissem, ut plerumque ex maestitudine solet, somnus obrepsit — qui ut semper matutinis horis leuior incertusque, ita suspensus ac dubius per membra diffunditur, ut quod in
3 alio sopore non euenit, paene uigilans dormire te sentias —: cum repente sanctum Martinum episcopum uidere mihi uideor, praetextum toga candida, uultu igneo, stellantibus oculis, crine purpureo: adque ita mihi in ea habitudine corporis formaque, qua eum noueram, uidebatur, ut, quod eloqui nobis paene difficile est, non posset aspici, cum posset agnosci. adridensque mihi paululum libellum, quem de uita illius scripseram, dextera praeferebat. ego sancta genua eius conplexus benedictionem [pro consuetudine] flagitabam, superpositamque capiti meo manum tactu
4 blandissimo sentiebam, cum inter benedictionis uerba sollemnia familiare illud ori suo crucis nomen iteraret. mox in eum luminibus intentis, cum exsatiari uultu illius conspectuque non possem,

3 *Praemittitur in edd.* Sulpicius Seuerus Aurelio diacono salutem, *quae absunt ab AFV* 4 cogitatio *AFQV: om. v* 8 angore animi *AFv* 11 ac *AFV:* et *v* 13 praetextatum *2 codd. Gisel.* 15 in ea habitu *V* || forma *FQ* || qua eum *V*: qua *AFQ*, quam *v* 17 possit aspici cum possit *AFv* 18 dextra *v* 19 conplexus *AFV:* amplexus *v* || pro consuetudine *om. V* 20 tactum blandissimum *V* 22 ore *F corr. ex* ori 23 possim *FQV*

Digitized by Google

subito mihi in sublime sublatus eripitur: donec emensa aeris istius uastitate, cum tamen rapida nube subuectum acie sequeremur oculorum, patenti caelo receptus uideri ultra non potuit. nec multum post sanctum Clarum presbyterum, discipulum illius, qui nuper excesserat, uideo eadem qua magistrum uia scandere. ego inpudens sequi cupiens, dum altos gressus molior et conitor, euigilo: somnoque excitus congratulari coeperam uisioni, quam uideram, cum ad me puer familiaris ingreditur, solito tristior uultu loquentis pariter et dolentis. quid tu, inquam, tam tristis loqui gestis? at ille 'duo' inquit 'monachi modo a Turonis adfuerunt: domnum Martinum obisse nuntiant'. concidi, fateor, obortisque lacrimis fleui uberrime. quin etiam dum haec ad te, frater, scribimus, fluunt lacrimae, nec ullum inpatientissimi doloris admitto solacium. te uero, ubi hoc mihi nuntiatum est, participem esse uolui luctus mei, qui eras socius amoris. ueni ergo ad me statim, ut pariter lugeamus, quem pariter amamus: quamquam sciam uirum illum non esse lugendum, cui post euictum mundum triumphatumque saeculum nunc demum reddita est corona iustitiae. sed tamen ego non possum mihi imperare, quin doleam. praemisi quidem patronum, sed solacium uitae praesentis amisi: etsi, si rationem ullam dolor admitteret, gaudere deberem. est enim ille consertus apostolis ac profetis, et, quod pace sanctorum omnium dixerim, in illo iustorum grege nulli secundus: ut spero, credo et confido, in illis potissimum, qui stolas suas in sanguine lauerunt, adgregatus agnum ducem ab omni integer labe comitatur. nam licet ei ratio temporis non potuerit praestare martyrium, gloria tamen martyris non carebit,

1 emensa *Giselinus ex suis libris:* inmensa *AFV* 4 multum *AFQV:* multo *v*, *cf. Ind. III s. u.* multus || presbyterum sanctum *(om. F)* clarum *AFv* 5 uideo eum *V* || eadem qua m. uia *V:* eandem quam m. uiam *AFv* || ascandere *V* 6 gressos *V* 7 connitor *v* || euigelo *V* || uisione *V* 8 quam (qua *V*) uideram *V et 2 alii codd. apud de Prato: om. AFv* || cum *A:* Tum *F,* statim *V* 9 quid] *praemissum in V* aio ad eum, *unde coni. de Prato:* ego ad eum || inquam *om. F pr. m. et v* || tam *om. V* 10 at ille *V: om. AFv* || modo *om. AFQ* 11 domnum *V:* dominum *AFv, cf. de Prato* || concedi *V* 14 mihi *V: om. AFv* 16 amauimus *dett.* 18 mundum *V: om. AFv* 21 etsi si *de Prato:* et si *libri* 22 ille *FV:* ille ut est *Av* 24 et *QV: om. AF* || in illis *V:* in *om. AFv* 25 in sanguine *AFV:* in sanguine agni *v* || lauerint *AF¹V*

Digitized by Google

quia uoto adque uirtute et potuit esse martyr et uoluit. quodsi ei Neronianis Decianisque temporibus in illa, quae tunc extitit, dimicare congressione licuisset, testor Deum caeli atque terrae, sponte eculeum ascendisset, ultro se ignibus intulisset, Hebraeisque pueris aequandus inter flammarum globos media licet hym-
10 num Domini in fornace cantasset. quodsi Esaianum illud supplicium persecutori forte placuisset, numquam profecto inpar profetae serris et lamminis desecari membra timuisset. ac si praecisis rupibus abruptisque montibus agere felicem furor impius maluisset, perhibeo confisus testimonium ueritati, sponte cecidisset.
si uero gentium doctoris exemplo gladio deputatus inter alias, ut saepe prouenit, uictimas duceretur, primus omnium, carnifice
11 conpulso, palmam sanguinis occupasset. iam uero aduersus omnes poenas adque supplicia, quibus plerumque humana cessit infirmitas, ita a confessione Domini non recedens, inmobilis ob-
stitisset, ut laetus ulceribus congaudensque cruciatibus quaelibet
12 inter tormenta risisset. Sed quamquam ista non pertulerit, inpleuit tamen sine cruore martyrium. nam quas ille pro spe aeternitatis humanorum dolorum non pertulit passiones, fame, uigiliis, nuditate, ieiuniis, opprobriis inuidorum, insectationibus inproborum, cura pro infirmantibus, sollicitudine pro periclitan-
13 tibus? quo enim ille dolente non doluit? quo scandalizante non ustus est? quo pereunte non gemuit? praeter illa cotidiana illius aduersum uim humanae spiritalisque nequitiae diuersa certamina, dum in eo uariis temptationibus adpetito semper exsuperat fortitudo uincendi, patientia expectandi, aequanimitas
14 sustinendi. o uere ineffabilem uirum, pietate, misericordia, caritate, quae cum cotidie etiam in sanctis uiris saeculo frigente frigescat, in illo tamen usque ad finem aucta in dies perseuerauit! quo ego illius bono uel specialiter fruitus sum, cum me indignum

1 uirtute *AFQV*: uirtutibus *v* 4 eculeum *mei*: equuleum *v* 6 isaianum *A*, eseianum *V* 8 lamminis *FV*: lammis *A*, laminis *v* || desecari *AFV*: dissecari *edd. inepte* || at si *ed. Ald.* 10 ueritati *V*: ueritatis *AFv* 15 obstitisset *AFQV*: stetisset *v* 17 pertulerit *V*: tulerit *AFv* 18 tamen *V*: tamen etiam *AFv* 24 aduersum uim *scripsi*: uim *om. libri*; aduersum humanas spiritalesque nequitias *coni. de Prato* 25 in eum *V* || temptionibus *A* || exsuperet *F* 27 o *om. V* 28 quae cum — frigiscat *V*, quae — frigescit *AFv* 29 auta *V* 30 fruetus *V*

Digitized by Google

et non merentem unice diligebat. en rursus lacrimae fluunt imo- 15
que de pectore gemitus erumpit. in quo mihi post haec homine
similis requies, in cuius erit caritate solacium? me miserum,
me infelicem! poterone umquam, si diutius uixero, non dolere,
quod Martino superstes sum? erit post haec uita iucunda, erit
dies aut hora sine lacrimis? aut tecum, frater dilectissime, po-
tero illius mentionem habere sine fletu? aut umquam loquens
apud te aliud quam de illo loqui potero? sed quid te in lacrimas 16
fletusque commoueo? ecce nunc consolatum esse te cupio, qui me
solari ipse non possum. non deerit nobis ille, mihi crede, non
deerit: intererit de se sermocinantibus, adstabit orantibus:
quodque iam hodie praestare dignatus est, uidendum se in gloria
sua saepe praebebit, et adsidua, sicut ante paululum fecit, bene-
dictione nos proteget. inde secundum ordinem uisionis caelum 17
se sequentibus patere monstrauit et quo sequendus esset edocuit:
quo spes nostra tendenda, quo animus dirigendus, instruxit. quid
tamen fiet, frater? quod mihi ipse sum conscius, conscendere
arduum illud iter ac penetrare non potero: ita sarcina molesta me
praegrauat et peccati mole depressum, negato in astra conscensu,
saeua miserabilem ducit in tartara. spes tamen superest, illa sola, 18
illa postrema, ut quod per nos obtinere non possumus, saltim
pro nobis orante Martino mereamur. sed quid te, frater, diutius
occupo epistula tam loquaci demororque uenturum? simul iam
pagina inpleta non recipit. mihi tamen haec fuit ratio, sermo- 19
nem istum longius proferendi, ut quia doloris nuntium epistula
deferebat, eadem tibi ex quadam nostri confabulatione praestaret
charta solacium.

1 en *AF*: enim *V*, *sed* im *punct.*, et *v* 2 haec *om. A* 3 solacium *om. F pr. m.* 4 me et infelicem *V corr.* 5 erit *AFV*: erit mihi *v* || iocunda *V* 6 ora *V* 8 aput de aliut *V* 9 consulatum *V* || te esse *A* 10 solari *QV*: consolari *AFv et corr. m. 2 V* || crede, non, non deerit *v* 14 nos *om. A* || uisionis *V*: uisionis qua (quia *F pr. m.*) *AFv* 15 sequentibus se *AFv* 16 tenenda *Q* 17 ipsi *F* 18 illud *F*: illum *AQV* || iter *V*: *om. AFv* || penitrare *A* 19 necato *V* 23 epistulam iam *V*, tam *om. F pr. m.* 25 praeferendi *V* 27 carta *AF* || Expl. epistula. seueri. ad aurilium diaĉ de adsumptione. beati. martini eṗi. et conf. *V*, Expl. epistola Seueri ad aurelium diaconum *F*

Digitized by Google

EPISTVLA TERTIA.

1 Sulpicius Seuerus Bassulae parenti uenerabili salutem.

Si parentes liceret in ius uocari, te plane expilationis furtique ream ad praetoris tribunal iusto dolore traheremus. quid enim non conquerar, quam a te patior iniuriam? nullam mihi domi chartulam, nullum libellum, nullam epistulam reliquisti: ita fura-
2 ris omnia, ita uniuersa diuulgas. si quid ad amicum familiariter scripsi, si quid forte, dum ludimus, quod uelim tamen occultum esse, dictaui, omnia ad te prius paene quam fuerint scripta aut dictata perueniunt. nimirum obarratos habes notarios meos, per quos tibi nostrae ineptiae publicantur. nec tamen aduersus eos possum moueri, si tibi parent, qui in ius nostrum ex tua potissimum liberalitate uenerunt seque adhuc tuos quam meos esse
3 meminerunt. tu sola es rea, tu sola culpabilis, quae et mihi insidiaris et illos fraude circumuenis, ut sine dilectu ullo familiariter scripta aut neclegenter emissa inlucubrata tibi penitus adque inpolita tradantur. nam ut de reliquis taceam, rogo quemadmodum tam cito ad te epistula illa potuit peruenire, quam nuper ad Aurelium diaconum scripseramus. ego enim Tolosae positus,

1 Incipit epistula seueri. sulpicii. ad bassula de adsumptione beati. martini epi et conf. *V*, Inc. epistola Seueri Sulpici (Sulpicii *A*) ad socrum suam bassulam (basulam *F*) qualiter sanctus martinus de hoc mundo recesserit (recessit *F*) *AFQ* 2 basulae *F* 3 uocari (uocare *F*) in ius liceret *AFv* 4 praeturii *V* || iusto dolore *V*: iustolore *F*, iusto loro *Av* 5 conquiras *V* || patiar *A* || cartulam *AF* 8 uelit *V*, uellem *F* || tamen] tam in *V* 10 obarratos *V*: oberratos *Q*, obaeratos *AFv* 11 aduersum *AFv* 15 dilectu *A*: dilecto *V*, delicto *Fv*, delectu *Dauisius ad Minuc. Fel. p. 37 ed. 2* 16 inlocubrata *V* || paenitus *V et sic semper* 19 aurilium *V* || tholose *AV*

Digitized by Google

tu Treueris constituta et tam longe a patria filio inquietante diuulsa, qua tandem familiarem illam epistulam occasione furata es? namque accepi litteras tuas, quibus scribis in eadem epistula, 4
qua de obitu sancti Martini fecerim mentionem, ipsum beati uiri transitum exponere debuisse. quasi uero ego illam epistulam aut legendam alii praeterquam ipsi, ad quem missa uidetur, ediderim, aut ego tanto sim operi destinatus, ut omnia, quae de Martino cognosci oportet, me potissimum scribente notescant. itaque 5
si quae de obitu sancti episcopi audire desideras, ab illis potius, qui interfuere, cognosce: ego tibi statui nihil scribere, ne ubique me publices. tamen, si das fidem nulli te esse lecturam, paucis tuae satisfaciam uoluntati, itaque praestabo his, quae mihi sunt conperta, participem.

Martinus igitur obitum suum longe ante praesciit dixitque fra- 6
tribus dissolutionem sui corporis inminere. interea causa extitit, qua Condacensem dioecesim uisitaret. nam clericis inter se ecclesiae illius discordantibus pacem cupiens reformare, licet finem dierum suorum non ignorasset, proficisci tamen ob istius modi causam non recusauit, bonam hanc uirtutum suarum consummationem existimans, si pacem ecclesiae redditam reliquisset. ita 7
profectus cum suo illo, ut semper, frequentissimo discipulorum sanctissimoque comitatu mergos in flumine conspicatur piscium praedam sequi et rapacem ingluuiem adsiduis urguere capturis. forma, inquit, haec daemonum est: insidiantur incautis, capiunt nescientes, captos deuorant exsaturarique non queunt deuoratis. imperat deinde potenti uerbo, ut eum, cui innatabant, gurgitem 8
relinquentes aridas peterent desertasque regiones, eo nimirum circa aues illas usus imperio, quo daemones fugare consueuerat.

1 deuulsa quae *V* 3 accipi *V* || scribis ut in *F corr.* || epistula *om. V* 4 ouitum *V* || sancti *V*: domini *AFv* 5 me exponere ***malim*** || debuissem *AFQ*, dibuissem *V* || ego *om. F pr. m.* 6 edederim *V* 8 oportit *V* 9 si qua *AFQ*, si quae *om. V* || ouitu *V* 12 his *AFV*: te his *v* 14 Martinus] *hic redeunt BM, cf. ad p. 138, 3* || praesciuit *AFv* 15 inmenere *V* 16 condacensem *V*: cerdendensem *B*, condatensem *AFv* || diocisem *V*, diocesim *AF* || eccl. illius inter se *B* 18 ignorasset *V*: ignoraret *AFv* || istiusmodi ob *v* 19 uirtutium *V* || consummasse *V*, *ex* consummationem esse *?* 22 conspicatus — capturis, forma, inquit *coni. de Prato* 23 et] tu *V* 26 uerbo *V*: uirtute uerborum *AFv* || gurguitem relinquentes aredas *V* 27 mirum *AF*[1]

Digitized by Google

ita grege facto omnes in unum illae uolucres congregatae, relicto flumine, montes siluasque petierunt, non sine admiratione multorum, qui tantam in Martino uirtutem uiderent, ut etiam auibus imperaret. aliquandiu ergo in uico illo uel in ecclesia, ad quam ierat, commoratus, pace inter clericos restituta cum iam regredi ad monasterium cogitaret, uiribus corporis coepit repente destitui, conuocatisque fratribus indicat se iam resolui. tunc uero maeror et luctus omnium et uox una plangentium: cur nos, pater, deseris? aut cui nos desolatos relinquis? inuadent gregem tuum lupi rapaces: quis nos a morsibus eorum percusso pastore prohibebit? scimus quidem desiderare te Christum, sed salua tibi sunt tua praemia nec dilata minuentur: nostri potius miserere, quos deseris. tunc ille motus his fletibus, ut totus semper in Domino misericordiae uisceribus afluebat, lacrimasse perhibetur: conuersusque ad Dominum hac tantum flentibus uoce respondit: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat uoluntas tua. nimirum inter spem maeroremque positus dubitauit paene quid mallet, quia nec hos deserere nec a Christo uolebat diutius separari. nihil tamen in uoto suo ponens aut uoluntati relinquens, totum se Domini arbitrio potestatique committens, sic orauit dicens: grauis quidem est, Domine, corporea pugna militiae et iam satis est, quod hucusque certaui: sed si adhuc in eodem labore pro castris tuis stare me praecipis, non recuso nec fatiscentem causabor aetatem. munia tua deuotus inplebo, sub signis tuis, quoadusque ipse tu iusseris, militabo. et quamuis optata sit seni remissio post laborem, est tamen animus uictor annorum et cedere nescius senectuti. quodsi iam

3 uiderint *V* 7 distitui *FV* || fratribus *V*: discipulis *AFv* || tum *AFv* || uero luctus (luc *in ras.*) o. *V* 8 et uox *V*: uox *AFv* 9 relinques *V* 10 quis nos a morsibus eorum *V*: et quis eos a morsibus (mortibus *AFQ*) nostris *AFQv* 12 ibi *F, sed uidetur litt. ante* i *erasa* || minuentur *AF*: inuentor *V* 17 maeroremque *V*: amoremque *AFv* 18 poenae quid mallit *V* 21 commisit *Lazius et M* || sic orauit dicens *V*: nonne tibi his paucissimis uerbis dicere uidetur *rell. codd. noti et edd.* || corporea *V*: corporeae *AFv* 22 et *om. V* 23 tuis *V*: tuorum *AFv* 24 recuso laborem *A* || causam laboro aetate *V* 25 quoadusque *V*: quodusque *B*, quoad *AFQ*, quod *v* 26 remissio *BV*: missio *AFv* 27 quodsi *V*: at si *ed. Ald.*, ac si *AFv*

Digitized by Google

parcis aetati, bonum mihi est, Domine, uoluntas tua: hos uero, quibus timeo, ipse custodies. o uirum ineffabilem, nec labore 14 uictum nec morte uincendum, qui in nullam se partem pronior inclinauerit, nec mori timuerit nec uiuere recusauerit. itaque cum iam per aliquot dies ui febrium teneretur, non tamen ab opere Dei cessabat: pernoctans in orationibus et uigiliis fatiscentes artus spiritui seruire cogebat, nobili illo strato suo in cinere et cilicio recubans. et cum a discipulis rogaretur ut saltim uilia sibi sineret stramenta subponi, non decet, inquit, Christianum nisi in cinere mori: ego si aliud uobis exemplum relinquo, peccaui. oculis tamen ac manibus in caelum semper intentis inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. et cum a presbyteris, 15 qui tunc ad eum conuenerant, rogaretur ut corpusculum lateris mutatione releuaret, sinite, inquit, sinite me, fratres, caelum potius respicere quam terram, ut suo iam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. haec locutus diabolum uidit prope adsi- 16 stere. quid hic, inquit, adstas, cruenta bestia? nihil in me, funeste, reperies: Abrahae me sinus recipit.

Cum hac ergo uoce spiritum reddidit: testatique nobis sunt qui 17 ibidem fuerunt, uidisse se uultum eius tamquam uultum angeli:

1 est mihi *v* || Domine, fiat uoluntas *de Prato cum cod. Biuil. et ed. Ald.* 2 custodias *M* 3 parte prunior *V* 4 inclinauerit *BMV*: inclinauerat *AFv* || morte *V* || timuit *Av* || recusauerit *M*: recusauit *AFV (?) v* 5 aliquod *V* || a dei opere *AFv* (dei *non deest in V, ut ait de Prato)* 6 pernoctans *V*: pernox *AFv* 7 artos *V* || seruire spiritui *v* || isto *F pr. m.* || strato *BV (item F corr. e* stratu): stratu *Av* 8 saltem *Fv* 9 ait illis non decit inquid *V* || christianum *V*: filii, christianum *AFv* 10 in cinere et cilicio *B et 2 codd. alii apud de Prato* || alium *V* 11 peccaui *BV*: ipse peccaui *AFv* || oculis tamen *V*: oculis *AFQ*, oculis igitur *v* || intentis *AV*: intentus *Fv* 13 tum *AFv* || conuenerant *V*: confluxerant *AFv* 14 releuarit *V* 15 ut] et AF^1 || itinere *om. V* 16 uidet AF^1 || propter *A pr. m. et duo optimi Gisel.* 17 cui sic ait quid hic inquid *V* 18 repperies abraae (abrahae *corr.*) me senus recipit *V* 19 Cum hac ergo — in futurae resurrectionis *V*: *codd. reliqui et edd. interpolate sic habent*: Cum hac ergo uoce flagitatum (*sic AFQ*, fatigatum *ed. Ald.*, flagitantem *v*) diuinis operibus spiritum caelo reddidit: testatique (testati igitur *Q*) nobis sunt qui adfuerant iam exanimo (exanimi *A et 3 codd. Gis.*) corpore glorificati hominis uidisse se (*om. F*) gloriam. uultus (*add.* eius *in A*) luce clarior renitebat (*immo* renidebat), cum membra cetera ne tenuis quidem macula fuscaret. in aliis etiam et in illo *(sic*

Digitized by Google

membra autem eius candida tamquam nix uidebantur, ita ut dicerent: quis istum umquam cilicio tectum, quis in cineribus crederet inuolutum? iam enim sic uidebatur, quasi in futurae resur-
18 rectionis gloria et natura demutatae carnis ostensus esset. in obsequium uero funeris credi non potest quanta hominum multitudo conuenerit: tota obuiam corpori ciuitas ruit, cuncti ex agris adque uicis multique de uicinis etiam urbibus adfuerunt. o quantus luctus omnium, quanta praecipue maerentium lamenta monachorum! qui eo die fere ad duo milia conuenisse dicuntur, specialis Martini gloria: eius exemplo in Domini seruitutem stirpes
19 tantae fruticauerant. agebat nimirum ante se pastor greges suos, sanctae illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, aut emeritorum laborum senes aut iuratos Christi in sacramenta tirones. tum uirginum chorus, fletu abstinens prae pudore, quam sancto dissimulabat gaudio quod dolebat! siquidem fides flere prohiberet: gemitum tamen extorquebat adfectus. etenim tam erat sancta de illius gloria exultatio quam pia de morte tristitia.
20 ignosceres flentibus, congratularere gaudentibus, dum unusquisque et sibi praestat ut doleat, et illi ut gaudeat. haec igitur beati uiri corpus usque ad locum sepulchri hymnis canora caele-

nostri quoque inepte) tantum artubus (artibus *F pr. m.*) non pudendis septennis (septuennis *F*) quodammodo pueri gratia uidebatur. Quis istum umquam cilicio tectum, quis cineribus crederet inuolutum? ita uitro purior, lacte candidior iam in quadam futurae resurrectionis *etc.* 19 anim^{am} *V in rasura; ex spatio rasurae licet conici primitus* sp̃m *scriptum fuisse, ut alias uox in V scribitur* 20 uidisse *V in rasura*

2 cilicio uidit tectum *V* || ceneribus crederit *V* 4 naturae demutate *V* || esset *de Prato:* est *AFVv* 5 iam uero in obsequium *AFv* 6 ciuitas obuiam corpori *v* 7 de *V*: ex *AFv* 8 maerentum *V pr. m.* 9 conuinesse *V* 10 stirps tanta fructificauerat *AFv* (froticauerant *V corr. in* fructicauerant) 11 pastor *V*: pastor extinctus *AFv* 12 palliata et aut *AFv* 13 laborum *om. V* 14 tyrones tam *V* || pudore] *additum in AFv*: cum laetandum potius illi esse sentiret, quem iam suo Dominus gremio confoueret 15 si quidem] *add. in F s. l. m. 2* cum 16 prohieberet *V* || gemitum extorqueret *AFv* 17 gloria et exultatio *V* || tristitia *V*: confusio *AFv* 18 ignosce... *F*, ignosce *A* || congratulare *V*, gratulare *AF*, gratularere *v* || gaudentibus] *add. in AFv*: quia et pium est gaudere Martino (martinum *F*) et pium est flere Martinum 19 illi *V*: illi debet *AFv* || Hoc *AFv* 20 ymnis *AFV, item infra* || caelestis *FMQ*

Digitized by Google

stibus turba prosequitur. conparetur, si placet, saecularis illa pompa non dicam funeris, sed triumphi: quid simile Martini exequiis aestimabitur? ducant illi prae curribus suis uinctos post terga captiuos: Martini corpus ii, qui mundum ductu illius uicerant, prosequuntur. illos confusis plausibus populorum honoret insania: Martino diuinis plauditur psalmis, Martinus hymnis caelestibus honoratur. illi post triumphos suos in tartara saeua trudentur: Martinus Abrahae sinu laetus excipitur, Martinus pauper et modicus caelum diues ingreditur. [illinc nos, ut spero, custodiens me haec scribentem respicit, te legentem.] 21

1 torba *V* || placit *V* 3 stimabitur *V*, conferatur *F partim in rasura,* conferetur *Av (rectius foret* existimabitur, *sed* aestim*a. stilo Seueri conuenientius uidetur)* || posterga *AF* 4 hii *AV*, hi *Fv* || mondum doctrina *V*, mundum ducatu *M* 7 trudentur *AFMQV*: truduntur *v* 8 pauper *V*: hic pauper *AFv* 9 diuis *V* || illinc — legentem *om. BMQ et 5 codd. Giselini, nos inclusimus* (ille nos *V*) 10 respicet te *V pr. m.* respicit et te *F* || legentem seruabit. Cuius adsumptio est III. idos nouembris *V*, legentem Christo protegente. qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per omnia saecula saeculorum. Amen. EXPL. EPISTOLA DE TRANSITU SCI MARTINI *A*, *F caret subscriptione.*

Digitized by Google

SVLPICII SEVERI

DIALOGVS PRIMVS.

1 Cum in unum locum ego et Gallus conuenissemus, uir mihi et propter Martini memoriam — ex illius enim discipulis erat — et propter sua merita carissimus, interuenit nobis Postumianus meus, nostri causa ab Oriente, quo se ante triennium patriam 2 relinquens contulerat, regressus. conplexi hominem amantissimum exosculatique genua et pedes eius, cum uno adque altero spatio quasi obstupefacti, inuicem flentes prae gaudio, deambu- 3 lassemus, expansis in terram ciliciis consedimus. tum prior Postumianus me intuens ait: cum essem in remotis Aegypti locis, libuit ad mare usque procedere. nauem ibi onerariam inueni, quae cum mercibus Narbonam petens soluere parabat. eadem nocte mihi in somnis adstare uisus es et iniecta me manu trahere, ut nauem illam conscenderem. mox tenebras rumpente diluculo, cum eo loco, in quo quieueram, surrexissem, somnium meum ipse mecum reputans tanto tui desiderio subito correptus sum, ut nihil cunctatus nauem conscenderem. tricensimo die Massiliam adpulsus, inde huc decimo perueni: adeo prospera nauigatio piae

2 Incipit dialogus .I. seueri de uita $\overline{sci}$ martini episcopi et confessoris *V* Inc. dialogus seueri *F*, Inc. liber secundus *A* 3 gallus *V*: gallus noster *AFv* 4 memoriam *om. F pr. m.* || discipulis enim *F* 5 karissimus *A* 9 quasi *om. F* || prae *V*: *om. AFv* 10 expansis *nos*: •spansis *V*, iectis *F*, iactis *Av* 11 ait *V et corr. F*: *om. AF*^{1}*v* || essem *AFQV*: essem inquit *v* || locis *V*: partibus *M*, *om. AFv* 12 libuit — procedere *V*: libuit — procederem *F*, libuit — ut procederem *AF corr. et v soloece* || nauim *edd.*, *item paulo post* || ibi *MV*: illic *AF*, illinc *v* || inueni *V*: offendi *AFv* 14 astare in somnis mihi *v* || es et] est *V* 16 e loco *BM*, de eo loco *ed. Ald.* || mecum ipse *A*, ipse *om. F* 18 conscenderim *BM* || et tricesima *ed. Lazii*, trigesimoque *cod. Berol.* || massilia (— iae *corr.*) *F* 19 peruenerim *libri; scripsimus* perueni, *quia nec asyndeton* ut — con-

Digitized by Google

adfuit uoluntati. tu modo, propter quem tot maria transnauigauimus, tantum terrae transcucurrimus, conplectendum fruendumque te remotis omnibus trade. Ego uero, inquam, etiam 4
cum tu in Aegypto morareris, totus tecum semper animo et cogitatione uersabar, meque de te dies ac noctes cogitantem totum tua caritas possidebat, nedum modo me tibi aestimes puncto temporis defuturum, quominus ab ore tuo pendens te intuear, te audiam, tecum loquar, nullo penitus in secretum nostrum, quod nobis haec remotior cellula praestat, admisso. nam huius nostri, ut arbitror, Galli praesentiam non moleste feres, qui hoc aduentu tuo, ut uides, perinde adque ego triumphat gaudio. Recte plane, inquit Postumianus, in societate nostra Gallus iste retinebitur: 5
qui etsi mihi parum cognitus est, pro eo tamen, quod tibi est carissimus, non potest mihi non esse carus, maxime cum ex Martini sit disciplina. neque grauabor quamlibet conserte uobiscum, ut poscitis, fabulari, quippe cum propter hoc uenerim, ut me huius Sulpicii mei — me autem utraque manu conplectebatur — desiderio etiam uerbosus inpenderem.

Enimuero, inquam, satis probasti, quantum pius amor possit, 2
qui nostri causa tot maria tantumque terrarum emensus a summo, ut ita dicam, solis egressu usque in eius occidua uenisti. age 2
ergo, quia et secreti inter nos nec occupati sumus et sermoni tuo uacare debemus, edisseras nobis uelim omnem tuae peregrinationis historiam, qualiter in Oriente fides Christi floreat, quae sit sanctorum quies, quae instituta monachorum, quantisque signis ac

scenderem — peruenerim *ferendum est, nec aptum uidetur talem sententiam* 'inde huc decimo perueni' *a uerbis illis* 'tanto desiderio correptus sum' *suspensam esse.*

1 transnauigamus *F pr. m.* 2 transcucurrimus *V*: tracurrimus *A*, transcurrimus *Fv* || fruendumque *V*: perfruendumque *AFv* 5 totum] tunc *V* 6 depuncto *A* 7 ab ore *de Prato*: amore *libri* 8 te loquar *F pr. m.* 10 feras *F et corr. A* || qui *AV*: quia *A corr. Fv* || huc aduenit et tuo *V* 11 ego *FV*: ego ipse *Av* 12 retenibitur *V* 10 qui *V*: quia *AFv* 14 quomodo et mihi non potest esse carus *V, fort.* quo modo mihi non p. esse carus? 16 poscites *V* || cum *ABFMV*: cum huc *v* 18 uerbosum *2 codd. Giselini*, uerbosius *ed. Lazii* 19 probas *V solus ex notis* 23 edisseras — qualiter *om. F pr. m.*, ut edisseras *V* || peregr. tuae *v* 24 sit ibi *ed. Ald.*; quae sint ibi sanctorum uires *coni. Vonck* 25 ac *FV*: et *A*

Digitized by Google

uirtutibus in seruis suis Christus operetur. nam certe, quia in his regionibus inter ista quae uiuimus ipsa nobis uita fastidio est, libenter ex te audiemus, si uel in eremo uiuere Christianis licet.
3 Ad haec Postumianus, faciam, inquit, ut desiderare te uideo. sed quaeso prius ex te audiam, an isti omnes, quos hic reliqueram sacerdotes, tales sint, quales eos antequam proficiscerer noueramus.
4 Tum ego, absiste, inquam, ista quaerere, quae aut una mecum [ut puto] nosti, aut si ignoras, non audire sit melius. illud reticere non possum, non solum illos, de quibus interrogas, nihilo meliores quam noueras factos, sed unum illum nostri quondam amantem, in quo respirare ab istorum insectationibus solebamus, asperiorem nobis fuisse quam debuit. nec uero quidquam in illum inclementius dicam, quia et amicum colui et tunc etiam amaui,
5 cum putabatur inimicus. me autem haec tacitis cogitationibus reuoluentem admodum dolor iste conpugit, paene nos sapientis et religiosi uiri amicitia destitutos. uerum haec, quae maeroris plena sunt, relinquamus: te potius, ut dudum spoponderas, audiamus.
6 Ita, inquit, fiat, Postumianus. quod cum dixisset, paululum omnes conticuimus: dein cilicium, cui insederat, ad me propius admouit adque ita exorsus est.

3 Ante hoc triennium, quo tempore tibi, Sulpici, hinc abiens ualedixi, ubi Narbone nauem soluimus, quinto die portum Africae
2 intrauimus: adeo prospera Dei nutu nauigatio fuit. libuit animo adire Carthaginem, loca uisitare sanctorum et praecipue ad sepulchrum Cypriani martyris adorare. quinto decimo die ad portum regressi prouectique in altum, Alexandriam petentes, reluctante austro paene in Syrten inlati sumus: quod prouidi nautae cauen-
3 tes iactis nauem anchoris sistunt. sub oculis autem terra continens

1 quia *om. V* 2 uidimus *B* 3 erimo *V*, heremo *AF* 7 ego] seuerus *V* || absiste *BMV*: absit te *AFv* 8 ut puto *om. V* 9 nihilo *V*: nihil *AFv* 10 illū *F corr. ex* illos 12 illum clementius *V* 14 haec *om. Q* 15 conpugit *V pr. m.*: conpungit *V corr. m. 2 AFv* || paene — destitutos *om. B et 2 codd. Gisel.* 16 destitutos] *sequitur in AF et in edd.* illum quondam tam amicum nobis tam amarum in nos esse potuisse, *quae uerba cum V deleuimus* 17 sponderas *Q* 18 Postum.] *add. in V minio*: Item seuerus 21 Ante] *praemissum in V minio scriptum (ut saepe posthac) interlocutoris nomen* Postumianus || tibi *om. V* 22 narbone *AFMV*: Narbona *v* || nauim *v* 25 quinto ..decimo *V*, *fort.* quinto et dec· 27 syrten *V*: syrtim *BM*, syrtes *AFv* 28 iectis *F*

Digitized by Google

erat, in quam scaphis egressi cum uacua humano cultu omnia cerneremus, ego studiosius explorandorum locorum gratia longius processi. tribus fere a litore milibus paruum tugurium inter harenas conspicio, cuius tectum, sicut Salustius ait, quasi carina nauis erat, contiguum terrae, satis firmis tabulatis constratum, non quod ibi uis imbrium ulla timeatur — fuisse autem illic pluuiam, ne quando quidem auditum est —, sed quod uentorum ea uis est, ut si quando uel clementiore caelo aliquantulus spirare flatus coeperit, maius in illis terris quam in ullo mari naufragium sit. nulla ibi germina, sata nulla proueniunt, quippe instabili loco arentibus harenis ad omnem motum uentorum cedentibus. uerum ubi auersa quaedam a mari promuntoria uentis resistunt, terra aliquantulum solidior herbam raram adque hispidam gignit: ea ouibus pabulum est satis utile. incolae lacte uiuunt: qui autem sollertiores sunt uel, ut ita dixerim, ditiores, hordeacio pane utuntur. ea ibi sola messis est, quae celeritate prouentus per naturam soli saeuientium uentorum casus euadere solet: quippe fertur a die iacti seminis tricensimo die maturescere. consistere autem ibi homines non alia ratio facit, quam quod omnes a tributo liberi sunt. extrema siquidem Cyrenorum ora est, deserto illi contigua, quod inter Aegyptum et Africam interiacet, per quod olim Cato Caesarem fugiens duxit exercitum.

4 4 Sall. Jug. 18, 8

1 in quas *V*, in qua *A corr. BM* || scafis *V* || uacua *V*: uacua ab *AFv* 2 studiosus *F* 3 millibus a littore *v* || harenas *mei*: arenas *v* 4 salustius] *sic AFV* 5 naues *V* || tabulatis *AFV et corr. B*: tabulis *B pr. m. Mv* || constructum *M* 7 ne fando quidem *uir doctus in Actis erud. Lips. a. 1724 p. 278* 8 esset *V* || clementiore caelo *AV*: clementior aecelo *F*, clementiori coelo *v* || aliquantulum *A* 10 ibi germina sata nulla *ABFMQ*: ibi satae nulla *V*, ibi semina germina nulla *2 codd. Gisel.* || proueniut *V* || in instabili *Rosweydus (in Vit. patrum lib. IV) qui bono libro usus est* 12 uirum *V* || quadam *V* || promunctoria AF^2, promuntaria F^1, promontoria *edd.* 13 raram herbam *F* 14 est pabulum *AFv* || autem *V (s. l. sed eadem manu)*: *om. AFv* 15 ordeacio *F*, hordeaceo *A corr. et v* 16 prouentus *V manu posteriore in* proueniens *correctum* 17 soli *ed. Ald. et cod. Venet. (apud de Prato)*: solis *codd. rell. et v* || sacuientium *scripsi*: siue a uim *V*, siue aeris *AFv inepte* 18 iactati *A* || tricesimo *AFv* || maturascere *A* 19 a *om.* AF^1v 20 cyrinorum *V*, cyrenarum *AB*, Cyrenacorum *M*, *quae uera lectio uidetur* || hora *V*

Digitized by Google

4 Ergo ad tugurium illud, quod eminus conspexeram, pertendi: ibi inuenio senem in ueste pellicia, molam manu uerten-
2 tem. consalutatos accepit nos benigne. eiectos nos in illud litus exponimus, et ne statim repetere cursum possimus, maris mollitie detineri: egressos in terram, ut sit mos humani ingenii,
naturam locorum cultumque habitantium uoluisse cognoscere: Christianos nos esse: id praecipue quaerere, an essent aliqui inter
3 illas solitudines Christiani. tum uero ille flens prae gaudio ad genua nostra prouoluitur: iterum nos ac saepius exosculatus inuitat ad orationem: deinde expositis in terra ueruecum pellibus facit
4 nos discumbere. adponit prandium sane locupletissimum, dimidium panem hordeacium. eramus autem nos quattuor, ipse erat quintus. fasciculum etiam herbae intulit, cuius nomen excidit, quae menthae similis, exuberans foliis, saporem mellis praestabat: huius praedulci admodum suauitate delectati adque exsatiati
5 sumus: ad haec subridens ego ad Gallum meum: quid, inquam, Galle, placetne prandium fasciculus herbarum et panis dimidius uiris quinque? tum ille, sicut est uerecundissimus, aliquantulum
6 erubescens, dum fatigationem meam accipit: facis, inquit, Sulpici, tuo more, qui nullam occasionem, si qua tibi porrecta fuerit, omittis quin nos edacitatis fatiges. sed facis inhumane, qui nos Gallos homines cogis exemplo angelorum uiuere: quamquam ego studio manducandi etiam angelos manducare credam: nam
7 istud dimidium hordeacium timeo uel solus adtingere. sed contentus sit hoc Cyrenensis ille, cui uel necessitas uel natura est esurire, uel postremum isti, quibus, credo, marina iactatio inediam cibi fecerat: nos procul a mari absumus, et quod tibi saepe

1 ad *AFV*: ut ad *Mv* || pertendi ibi *V*: pertendens *A*, pertendi *Fv* 2 pellicea *v* 3 consalutatos *V*: consalutatus *ABFMQ*, consolatus *v* 4 cursum *om. V* || possemus *AB* || mollitiae *V*, mollitia *BFM*, malitia *A*, malacia *coni. Gisel.* 5 detineri *V*: adtineri *AFv* || sit *V*: est *AFv* 6 coltumque *V* 8 prae *V*: *om. AFv* 9 exosculatos *Av* 10 expositis in terra *BV*: positis in terra *AF*, impositis in terram *v* || uerbecum *V* 11 adponet *V* 12 hordiacium *V*, ordeacium *AF*, hordeaceum *v, et sic plerumque alias* 14 mentae *AFv* 15 exatiati *AV*, satiati *F* 17 placetne *V*: placetne tibi *AFv* 19 accipit ait *V*, accepit *AFv* || inquid sulpicii *V* 20 fuerint *V* 22 coges *V* 24 istud *AV*: istum *F in ras. m. 2 et v* 25 ille cyrenensis *A* 26 postremum *V*: postremo *AFv*

Digitized by Google

testatus sum, Galli sumus. sed pergat hic potius explicare sui Cyrenensis historiam.

Enimuero, Postumianus [ait], cauebo posthac cuiusquam abstinentiam praedicare, ne Gallos nostros arduum penitus offendat exemplum. statueram autem etiam cenam Cyrenensis illius uel consequentia — septem enim diebus apud ipsum fuimus — referre conuiuia: sed supersedendum est, ne se Gallus aestimet fatigari. ceterum postero die, cum aliqui ex incolis ad nos [uisendos] confluere coepissent, cognoscimus illum hospitem nostrum esse presbyterum, quod summa nos dissimulatione celauerat. deinde cum ipso ad ecclesiam processimus, quae fere duobus milibus aberat, a conspectu nostro interiectu montis exclusa. erat autem uilibus texta uirgultis, non multo ambitiosior quam nostri hospitis tabernaculum, in quo nisi incuruus non poterat consistere. cum hominum mores quaereremus, illud praeclarum aduertimus, nihil eos neque emere neque uendere. quid sit fraus aut furtum nesciunt. aurum uero adque argentum, quae prima mortales putant esse, neque habent neque habere cupiunt. nam cum ego presbytero illi decem nummos aureos obtulissem, refugit, altiore consilio protestatus, ecclesiam auro non instrui, sed potius destrui. aliquantulum ei uestimentorum indulsimus.

Quod cum ille benigne accepisset, reuocantibus ad mare nautis discessimus, prosperoque cursu septimo die Alexandriam peruenimus, ubi foeda inter episcopos adque monachos certamina gerebantur ex ea occasione uel causa, quia congregati in unum saepius sacerdotes frequentibus decreuisse synodis uidebantur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet, qui tractator scripturarum sacrarum peritissimus habebatur. sed episcopi quaedam in libris illius insanius scripta memorabant, quae adsertores eius defen-

3 ait *om. FQV*, inquit *A* (cauebo inquit *F m. 2*) 4 gallus *V* 5 autem *om. V* || illus *V* 7 gallus se *AFv* 8 uisendos *om. BV* 14 incuruus *V*: incuruus quis *AFv* 15 animaduertimus *AFv* 16 emere uel uendere *V* 17 uero *et statim post* esse *V*: *om. AFv* 18 habent aut habere *V* 19 refutauit *ed. Rosweydi* || altiori *A* 20 instrui *BMV* (*sed V* istrui): strui *AFv* || distrui *V* 21 aliquantolum *V*, aliquantum *A pr. m.* 22 reuocantibus nos *AFv* 25 uel causa *ABFMQV*: *om. v* || qua *V* 27 script. sacrarum *FV*: script. sanctarum *A*, sacrarum script. *v* 29 illius *V*: ipsius *AFv* || adsertores illius *V*

Digitized by Google

dere non ausi ab haereticis potius fraudulenter inserta dicebant: et ideo non propter illa, quae in reprehensionem merito uocarentur, etiam reliqua esse damnanda, cum legentium fides facile possit habere discrimen, ne falsata sequerentur et tamen catholice disputata retinerent. non esse autem mirum, si in libris neotericis et recens scriptis fraus haeretica fuisset operata, quae in quibusdam locis non timuisset inpetere euangelicam ueritatem. 3 aduersum haec episcopi obstinatius renitentes pro potestate cogebant recta etiam uniuersa cum prauis et cum ipso auctore damnari, quia satis superque sufficerent libri, quos ecclesia recepisset: respuendam esse penitus lectionem, quae plus esset noci- 4 tura insipientibus quam profutura sapientibus. mihi autem ex illis libris quaedam curiosius indaganti admodum multa placuerunt, sed nonnulla deprehendi, in quibus illum praua sensisse 5 non dubium est, quae defensores eius falsata contendunt. ego miror unum eundemque hominem tam diuersum a se esse potuisse, ut in ea parte, qua probatur, neminem post Apostolos habeat aequalem, in ea uero, qua iure reprehenditur, nemo de- 7 formius doceatur errasse. nam cum ab episcopis excepta in libris illius multa legerentur, quae contra catholicam fidem scripta constaret, locus ille uel maxime parabat inuidiam, in quo editum legebatur, quia Dominus Iesus, sicut pro redemptione hominis in carne uenisset *et* crucem pro hominis salute perpessus mortem pro hominis aeternitate gustasset, ita esset eodem ordine passionis etiam diabolum redempturus: quia hoc bonitati illius pietatique congrueret, ut, qui perditum hominem reformasset, pro- 2 lapsum quoque angelum liberaret. cum haec adque alia istius modi ab episcopis proderentur, ex studiis partium orta seditio:

2 reprehensione *F* 4 sequerentur *FQV*: sequeretur *Av* 5 retinerent *V*: retineret *AFv* || lebris neutericis *V* 6 recentibus *V*, recenter *ed. Ald.* 7 inpetere *V*: incidere *AFv* 9 con prauis *V* || damnari *ABMV*: damnare *Fv* 10 sufficirent — recipissent *V* 13 illis *FV*: illius *Av* 14 deprehendi *A*: reprehendi *FMV* || praue *A* 16 potasse *V* 18 qua iure *AF*: quae iure *V(?) v* 19 excepta *BV*: excerpta *AFMv* 21 constarent *F* || maxime *V*: maximam *AFv* 23 et *addidit de Prato* || pro hominis salute (salutem *V*) *glossema uidetur Hier. de Prato* 27 haec cum *V* 28 horta *V* || seditio *QV*: seditio est *AF*, est seditio *v*

Digitized by Google

quae cum reprimi sacerdotum auctoritate non posset, scaeuo exemplo ad regendam ecclesiae disciplinam praefectus adsumitur, cuius terrore dispersi fratres ac per diuersas oras monachi sunt fugati, ita ut propositis edictis in nulla consistere sede sinerentur. illud 3 me admodum permouebat, quod Hieronymus, uir maxime catholicus et sacrae legis peritissimus, Origenem secutus primo tempore putabatur, qui nunc idem praecipue uel omnia illius scripta damnaret. nec uero ausim de quoquam [temere] iudicare, praestantissimi tamen [uiri] et doctissimi ferebantur in hoc certamine dissidere. sed tamen siue ille error est, ut ego sentio, siue haeresis, ut putatur, non solum reprimi non potuit multis animaduersionibus sacerdotum, sed nequaquam tam late se potuisset effundere, nisi contentione creuisset. istius modi ergo turbatione, 5 cum ueni Alexandriam, fluctuabat. me quidem episcopus illius ciuitatis benigne admodum et melius, quam opinabar, excepit et secum tenere temptauit, sed non fuit animus ibi consistere, 6 ubi recens fraternae cladis feruebat inuidia. nam etsi fortasse uideantur parere episcopis debuisse, non ob hanc tamen causam multitudinem tantam sub Christi confessione uiuentem, praesertim ab episcopis, oportuisset adfligi.

Igitur inde digressus Bethleem oppidum petii, quod ab Hiero- 8 solymis sex milibus separatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest. ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter 2 regit: nam paroechia est episcopi, qui Hierosolymam tenet. mihi iam pridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione conpertus facile obtinuerat, ut nullum mihi expetendum rectius arbitrarer. uir enim praeter fidei meritum dotemque uirtutum non 3 solum Latinis adque Graecis, sed et Hebraeis litteris ita insti-

1 scaeuo *2 codd. Gisel. et A*: saeuo *FV, sed in V* a *est a m. 2 in ras.* 4 praepositis *F* || in *om. F* 6 sequtus *V* 7 qui *V et cod. Lasii*: quem *AFv* 8 ausim *V*: ausus *AF*, ausus sum *F corr. et v* || temere *om. V* 9 uiri *om. V* 10 Sed tamen *F in ras.* si tamen *A* || ille *V*: illud *AFv* || ego *om. Fpr. m.* 11 putabatur *B* 12 sed et *F* || tam *om. AFQ* 14 alexandria *BM* 16 temptabat *ABFM* 18 episcopis parere *A* 22 separatur *BV*: disparatur *AFv* || sedecem *V* 24 paroechia *V*: parrochia *F*, parochia *Av*; *an Seuerus* paroecia (*παροικία*) *scripsit?* 28 aut grecis *F* || sed et h. litteris ita *V*: sed et h. etiam ita litteris *AFv (in V non deest* et *post* sed)

Digitized by Google

dere non ausi ab haereticis potius fraudulenter inserta dicebant: et ideo non propter illa, quae in reprehensionem merito uocarentur, etiam reliqua esse damnanda, cum legentium fides facile possit habere discrimen, ne falsata sequerentur et tamen catholice disputata retinerent. non esse autem mirum, si in libris neotericis et recens scriptis fraus haeretica fuisset operata, quae in quibusdam locis non timuisset inpetere euangelicam ueritatem. 3 aduersum haec episcopi obstinatius renitentes pro potestate cogebant recta etiam uniuersa cum prauis et cum ipso auctore damnari, quia satis superque sufficerent libri, quos ecclesia recepisset: respuendam esse penitus lectionem, quae plus esset noci- 4 tura insipientibus quam profutura sapientibus. mihi autem ex illis libris quaedam curiosius indaganti admodum multa placuerunt, sed nonnulla deprehendi, in quibus illum praua sensisse 5 non dubium est, quae defensores eius falsata contendunt. ego miror unum eundemque hominem tam diuersum a se esse potuisse, ut in ea parte, qua probatur, neminem post Apostolos habeat aequalem, in ea uero, qua iure reprehenditur, nemo de- 7 formius doceatur errasse. nam cum ab episcopis excepta in libris illius multa legerentur, quae contra catholicam fidem scripta constaret, locus ille uel maxime parabat inuidiam, in quo editum legebatur, quia Dominus Iesus, sicut pro redemptione hominis in carne uenisset *et* crucem pro hominis salute perpessus mortem pro hominis aeternitate gustasset, ita esset eodem ordine passionis etiam diabolum redempturus: quia hoc bonitati illius pietatique congrueret, ut, qui perditum hominem reformasset, pro- 2 lapsum quoque angelum liberaret. cum haec adque alia istius modi ab episcopis proderentur, ex studiis partium orta seditio:

2 reprehensione *F* 4 sequerentur *FQV*: sequeretur *Av* 5 retinerent *V*: retineret *AFv* || lebris neutericis *V* 6 recentibus *V*, recenter *ed. Ald.* 7 inpetere *V*: incidere *AFv* 9 con prauis *V* || damnari *ABMV*: damnare *Fv* 10 sufficirent — recipissent *V* 13 illis *FV*: illius *Av* 14 deprehendi *A*: reprehendi *FMV* || praue *A* 16 potasse *V* 18 qua iure *AF*: quae iure *V(?) v* 19 excepta *BV*: excerpta *AFMv* 21 constarent *F* || maxime *V*: maximam *AFv* 23 et *addidit de Prato* || pro hominis salute (salutem *V*) *glossema uidetur Hier. de Prato* 27 haec cum *V* 28 horta *V* || seditio *QV*: seditio est *AF*, est seditio *v*

Digitized by Google

quae cum reprimi sacerdotum auctoritate non posset, scaeuo exemplo ad regendam ecclesiae disciplinam praefectus adsumitur, cuius terrore dispersi fratres ac per diuersas oras monachi sunt fugati, ita ut propositis edictis in nulla consistere sede sinerentur. illud 3 me admodum permouebat, quod Hieronymus, uir maxime catholicus et sacrae legis peritissimus, Origenem secutus primo tempore putabatur, qui nunc idem praecipue uel omnia illius scripta damnaret. nec uero ausim de quoquam [temere] iudicare, praestantissimi tamen [uiri] et doctissimi ferebantur in hoc certamine dissidere. sed tamen siue ille error est, ut ego sentio, siue hae- 4 resis, ut putatur, non solum reprimi non potuit multis animaduersionibus sacerdotum, sed nequaquam tam late se potuisset effundere, nisi contentione creuisset. istius modi ergo turbatione, 5 cum ueni Alexandriam, fluctuabat. me quidem episcopus illius ciuitatis benigne admodum et melius, quam opinabar, excepit et secum tenere temptauit, sed non fuit animus ibi consistere, 6 ubi recens fraternae cladis feruebat inuidia. nam etsi fortasse uideantur parere episcopis debuisse, non ob hanc tamen causam multitudinem tantam sub Christi confessione uiuentem, praesertim ab episcopis, oportuisset adfligi.

Igitur inde digressus Bethleem oppidum petii, quod ab Hiero- 8 solymis sex milibus separatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest. ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter 2 regit: nam paroechia est episcopi, qui Hierosolymam tenet. mihi iam pridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione conpertus facile obtinuerat, ut nullum mihi expetendum rectius arbitrarer. uir enim praeter fidei meritum dotemque uirtutum non 3 solum Latinis adque Graecis, sed et Hebraeis litteris ita insti-

1 scaeuo *2 codd. Gisel. et A*: saeuo *FV, sed in V* a *est a m. 2 in ras.* 4 praepositis *F* || in *om. F* 6 sequtus *V* 7 qui *V et cod. Lazii*: quem *AFv* 8 ausim *V*: ausus *AF*, ausus sum *F corr. et v* || temere *om. V* 9 uiri *om. V* 10 Sed tamen *F in ras.* si tamen *A* || ille *V*: illud *AFv* || ego *om. F pr. m.* 11 putabatur *B* 12 sed et *F* || tam *om. AFQ* 14 alexandria *BM* 16 temptabat *ABFM* 18 episcopis parere *A* 22 separatur *BV*: disparatur *AFv* || sedecim *V* 24 paroechia *V*: parrochia *F*, parochia *Av*; *an Seuerus* paroecia (*παροικία*) *scripsit?* 28 aut grecis *F* || sed et h. litteris ita *V*: sed et h. etiam ita litteris *AFv (in V non deest* et *post* sed)

Digitized by Google

tutus est, ut se illi in omni scientia nemo audeat conparare. miror autem, si non et uobis per multa quae scripsit opera conpertus
4 est, cum per totum orbem legatur. Nobis uero, Gallus inquit, nimium nimiumque conpertus est. nam ante hoc quinquennium quendam illius libellum legi, in quo tota nostrorum natio mona-
5 chorum ab eo uehementissime uexatur et carpitur. unde interdum Belgicus noster ualde irasci solet, quod dixerit, nos usque ad uomitum solere satiari. ego autem illi uiro ignosco, adque ita sentio, de orientalibus illum potius monachis quam de occidentalibus disputasse. nam edacitas in Graecis gula est, in Gallis
6 natura. Tum ego, scolastice, inquam, Galle, defendis gentem tuam: sed quaeso te, liber iste numquid hoc solum uitium damnat in monachis? Immo uero, inquit, nihil penitus omisit, quod non carperet, laceraret, exponeret: praecipue auaritiam nec minus uanitatem insectatus est. multa de superbia, non pauca de
superstitione disseruit: uere fatebor, pinxisse mihi uidetur uitia multorum.

9 Ceterum de familiaritatibus uirginum et monachorum adque etiam clericorum quam uera, quam fortia disputauit! unde a qui-
2 busdam, quos nominare nolo, dicitur non amari. nam sicut Belgicus noster irascitur, edacitatis nimiae nos notatos, ita illi fremere dicuntur, cum in illo opusculo scriptum legunt: caelibem spernit uirgo germanum, fratrem quaerit extra-
3 neum. Ad haec ego, nimium, inquam, Galle, progrederis: caue ne et te aliquis, qui haec agnoscat, exaudiat teque una cum Hieronymo incipiat non amare. nam quia scolasticus es, non inmerito

22 Hieron. ep. 22 ad Eustochium c. 14.

1 est *om. V in litura, in qua* sit *ante rasuram uidetur scriptum fuisse* 3 cum per totum — conpertus est *om. V* 4 nimiumque *om. B* 6 uementissime *F* || belgicus noster interdum *A* 8 solere *om. AFQ* || ego] *praemissum est in V minio*: et gallus || autem *AV*: autem inquam gallus *FQ*, ego autem Gallus *coni. Gisel.* || illi uero *F* 10 guela *V* 11 tum ego] postumianus *V, sic minio* 12 ñquid *A* (*pro* nūquid) 14 exponeret *add. in F s. l. m. 2; ipse malim* exploderet || minus] *add. in V s. l. eadem manu* quam 16 fateor *Lazius* 18 ceterorum *V* 19 etiam *om. B* 21 premere *V* (mere *in rasura*) 24 ad haec ego] postumianus *V* 25 qui haec agnoscat, exaudiat *scripsi*: qui haec audit agnoscat et audiat *V*, qui haec fortassis agnoscat exaudiat *AFv*

Digitized by Google

te uersu comici illius admonebo: obsequium amicos, ueritas odium parit. tua nobis potius, ut coeperas, Postumiane, repetatur orientalis oratio. Ego, inquit, ut dicere institueram, apud Hieronymum sex mensibus fui: cui iugis aduersum malos pugna perpetuumque certamen conciuit odia perditorum. oderunt eum haeretici, quia eos inpugnare non desinit, oderunt eum clerici, quia uitam eorum insectatur et crimina: sed plane eum boni omnes admirantur et diligunt: nam qui eum haereticum esse arbitrantur, insani sunt. uere dixerim, catholica hominis scientia, sana doctrina: totus semper in lectione, totus in libris est: non die neque nocte requiescit: aut legit aliquid semper aut scribit. quod nisi mihi fuisset fixum animo et promissum Deo, ante propositam eremum adire, uel exiguum temporis punctum a tanto uiro discedere noluissem. huic ergo traditis adque commissis omnibus meis omnique familia, quae me contra uoluntatem animi mei secuta tenebat inplicitum, exoneratus quodammodo graui fasce penitus ac liber, regressus ad Alexandriam, uisitatis ibi fratribus ad superiorem inde Thebaidem, id est ad Aegypti extrema contendi. ibi enim uaste patentes eremi solitudines plurimum ferebantur habere monachorum. longum est, si omnia cupiam referre quae uidi: pauca perstringam.

Haut longe ab eremo contigua Nilo multa sunt monasteria. habitant uno loco plerumque centeni: quibus summum ius est,

1 Terent. Andr. I, 1, 41.

2 parit odium *F*, odium parat *V, deinde minio additum*: et gallus 3 et postumianus *(minio)* ego *V* 4 aduersus *AF* 5 consciuit *AFV, em. Giselinus* 6 eum (*ante* clerici) *om. AVv* 7 uitia illorum *B* 8 et mirantur *F* || et diligunt — arbitrantur *om. F pr. m.* 9 insani sunt *V*: insaniunt *AFv* 10 doctrina *V*: doctr. est *AFv* 11 neque *V:* non *AFv* 12 et *om. F pr. m.* 13 ante *BV et tres libri Gisel.*: teste *AFv* || propositum *ABFM*, propositam *abesse malis* || exiguum *MV*: exigui *AFv* 14 descendere *F* 15 uoluntate *V* 16 inplecitum *V* 17 ad *V*: *om. AFv* 18 thebaidem *BV:* thebaidam *AF*, Thebaida *v* 19 uastae patentes *AFV*, uastae patentis *edd.; ex his scripturis intellegitur* uaste patentes *restituendum esse, ut Vonckius in altero Traiectino scriptum inuenit* 21 pauca perstringam *BV:* tamen pauca perstringam e pluribus *AFv*. 22 aut longe *V* || sunt *om. F pr. m.* 23 uno in loco *AFM* || plerique *FV*

Digitized by Google

abbatis imperio uiuere, nihil suo arbitrio agere, per omnia ad nutum illius potestatemque pendere. ex his si qui maiorem uirtutem mente conceperint, ut acturi solitariam uitam se ad eremum conferant, nonnisi permittente abbate discedunt. haec illo-
2 rum prima uirtus est, parere alieno imperio. transgressis ad eremum abbatis illius ordinatione panis uel quilibet cibus alius ministratur. casu per illos dies quibus illo aduenera cuidam, qui nuper ad eremum secesserat neque amplius ab hoc monasterio quam sex milibus tabernaculum sibi constituerat, panem abbas per duos pueros miserat, quorum maior habebat aetatis annos
3 quindecim, minor duodecim erat. his ergo inde redeuntibus aspis mirae magnitudinis fit obuiam, cuius occursu nihil perterriti, ubi ante pedes eorum uenit, quasi incantata carminibus caerula colla deposuit. minor e pueris manu adprehensam ac pallio inuolutam ferre coepit. dein monasterium quasi uictor ingressus in occursum fratrum, inspectantibus cunctis, captiuam bestiam
4 resoluto pallio non sine iactantiae tumore deposuit. sed cum infantium fidem adque uirtutem ceteri praedicarent, abbas ille altiore consilio, ne infirma aetas insolesceret, uirgis utrumque conpescuit, multum obiurgatos, cur ipsi, quod per eos Dominus operatus fuerat, prodidissent. opus illud non suae fidei, sed diuinae fuisse uirtutis: discerent potius Deo in humilitate seruire, non in signis et uirtutibus gloriari, quia melior esset infirmitatis conscientia uirtutum uanitate.

11 Hoc ubi ille monachus audiuit, et periclitatos infantulos ser-
pentis occursu et ipsos insuper multa uerbera uicto serpente meruisse, abbatem obsecrat ne sibi post haec panis ullus aut cibus
2 aliqui mitteretur. iamque octauus dies fuerat emensus, quo se homo Christi intra periculum famis ipse concluserat — arebant

1 abbatis *V:* sub abbatis *AFv* || per *om. AF* 2 uirtute *A* 3 concupierint *F* || aut acturi — ad erimum conferre *V* 4 illo discedunt *A* 7 quibus ad illos *B* 10 puerulos *A* 11 xv *V* || xii *V*: duodecim annis *B*, duodecennis *AFM*, duodennis *v* 12 perterritis *F*, *sed* s *2 m. adiecta* 13 caerula *FV*: caerulea *M*, cerulea *A* 14 minoris pueri manu adprehensa ac p. inuoluta ferri coepit *AFQ* 15 deinde *AFv* 16 expectantibus *FQ*, spectantibus *M* || bestiolam *A* 19 altiori *v* 23 et non *AFQ* 24 uirtutium *V* 25 infantes *F* 27 posthac *B* 28 aliquis *AFv* || quod se *V*

Digitized by Google

membra ieiunio, sed deficere mens caelo intenta non poterat: corpus inedia fatiscebat, fides firma durabat — cum interim admonitus abbas ille per spiritum ut discipulum uisitaret, pia sollicitudine cognoscere cupiens, qua uitae substantia fidelis aleretur, qui ministrari sibi panem ab homine noluisset, ad requirendum eum ipse proficiscitur. ille ubi eminus senem uenire conspexit, occurrit, agit gratias, ducit ad cellulam. cum ingressi pariter ambo, conspiciunt palmiciam sportam, calido pane congestam, foribus adfixam ante postem pendere. ac primum calidi panis odor sentitur, tactu uero ac si ante paululum focis esset ereptus, ostenditur: Aegyptii tamen panis forma non cernitur. obstupefacti ambo munus caeleste cognoscunt. cum ille hoc abbatis aduentui praestitum fateretur, abbas uero illius fidei ac uirtuti id potius adscriberet: ita ambo caelestem panem cum multa exultatione fregerunt. quod cum senex ad monasterium post regressus fratribus rettulisset, tantus omnes incesserat ardor animorum, ut certatim ad eremum et sacras solitudines ire properarent, miseros se fatentes, si qui diutius in congregatione multorum, ubi humana esset patienda conuersatio, resedissent.

In hoc monasterio duos ego senes uidi, qui iam per quadraginta annos ibi degere, ita ut numquam inde discesserint, ferebantur. quorum praetereunda mihi commemoratio non uidetur, siquidem id de eorum uirtutibus et abbatis ipsius testimonio et omnium fratrum audierim sermone celebrari, quod unum eorum sol numquam uidisset epulantem, alterum numquam uidisset iratum. Ad haec Gallus me intuens: o si uester ille — nolo nomen dicere — nunc adesset, uellem admodum istud audiret exemplum, quem in multorum saepe personis nimium experti sumus uehementer irasci: sed tamen, quia inimicis suis, quantum

2 abbas ille admonitus *F* 4 fidelis *V*: uir fidelis *AFv* 6 at ille *B* 8 palmitiam *A* || calido pane congestam *om. AFQ et 1 cod. Gisel.* 9 ante poste *(sic) V*, de poste *AFv* || primam *A* || caledi panis odore (odorem *corr.*) *V*, panis calidus sentitur odore *Rosweydus* 11 aegypti *V* 15 regressum *ed. Vorstii* 16 omnes incesserat a. animorum *BMV*: omnium incenderat ardor animos *AFv* 17 et ad sacras *F corr.* 18 si qui *B*: si quid *V*, qui *AFv*, siquidem *coni. de Prato* 20 quinquaginta *V, at u. de Prato* 25 uidisset iratum numquam *v* 27 dicere *BV*: edicere *AFv* || uelim *AF* || audire *F* 28 quem] quod *F*

Digitized by Google

audio, nuper ignouit, si istud audiret, magis magisque proposito confirmaretur exemplo, praeclaram esse uirtutem iracun-
3 dia non moueri. nec uero infitiabor iustas illi causas irarum fuisse: sed ubi durior pugna, ibi gloriosior est corona. unde quendam, si agnoscis, censeo iure laudandum, quod cum eum libertus deseruerit ingratus, miseratus est potius quam insectatus abeuntem. sed neque illi irascitur, a quo uidetur ab-
4 ductus. Ego autem: nisi istud uincendae iracundiae Postumianus prodidisset exemplum, grauiter irascerer discessione fugitiui: sed quia irasci non licet, tota istorum commemoratio, quae nos
5 conpungit, abolenda est. te, inquam, Postumiane, te potius audiamus. Faciam, inquit, Sulpici, quod praecipis, quatenus tam studiosos esse audiendi uos uideo. sed mementote, quia non sine faenore istum apud uos depono sermonem: libens praesto quod poscitis, dummodo paulo post quod poposcero non negetis.
6 Nos uero, inquam, nihil habemus, in quo tibi mutuum uel sine faenore restituere possimus. sed tamen quidquid putaueris, imperato, dummodo, ut coeperas, desideriis nostris satisfacias:
7 ualde enim nos delectat tua oratio. Nihil, inquit Postumianus, uestra studia fraudabo: et quia eremitae unius agnouistis uirtutem, referam adhuc uobis pauca de plurimis.

13 Ergo ubi prima eremi ingressus sum, duodecim fere a Nilo milibus — habebam autem unum ex fratribus ducem locorum peritum — peruenimus ad quendam senem monachum sub radice montis habitantem. ibi, quod in illis locis rarissimum est, pu-
2 teus erat. bouem unum habebat, cuius hic erat totus labor, impulsa rotali machina aquam producere: nam fere mille aut amplius pedum profundum putei ferebatur. hortus illic erat multis

1 si] iste *V* 3 nec uiro *V* 5 agnoscit (— at *corr. F*) *AF* 6 deseruerit ignarus miseratus *F in ras. habet m. 2* (*sine* libertus) 11 conpugnit *F* (conpugit *corr.*) 12 et postumianus *(sic minio)* faciam *V* || Sulpici *de Prato*: galle *libri* 13 esse audiendi uos *F*: esse ad audiendo ....uos *V*, esse uos aud. *A*, audiendi esse uos *v* 14 faenore *mei:* fenore (*uel* foen.) *edd.* 16 et gallus *(sic minio)* nos uero inquid *V* 19 tua delectat oratio *M* || et postumianus *(sic minio)* nihil inquid *V* 20 erimitae *V* || unius *V et Rosweydus:* incipientis unius *F*, unius incipientis *Av* 21 pluribus *A* 23 ex *AFV*: e *v* 26 bouem — decerperet *(p. 165, 25) haec desunt in V una scheda amissa*

Digitized by Google

holeribus copiosus, id quidem contra naturam eremi, ubi omnia arentia, exusta solis ardoribus, nullius umquam seminis uel exiguam radicem ferunt. uerum hoc sancto illi labor cum pecore 3
communis et propria praestabat industria: frequens enim inrigatio aquarum tantam pinguedinem harenis dabat, ut mirum in modum uirere adque fructificare horti illius holera uiderimus. ex 4
iis igitur una cum domino bos ille uiuebat: nobis quoque ex ea copia cenam sanctus dedit. ibi uidi, quod uos Galli forte non creditis, ollam cum holeribus, quae nobis in cenam praeparabantur, sine igne feruere: tanta uis solis est, ut quibuslibet co- 5
quis etiam ad Gallorum pulmenta sufficiat. post cenam autem
iam inclinante uespera inuitat nos ad arborem palmam, cuius interdum pomis uti solebat, quae fere duobus milibus aberat. nam 6
hae tantum in eremo arbores, licet raro, habentur tamen. quod utrum sollers antiquitas procurauerit, an soli natura gignat, ignoro, nisi Deus praescius habitandam quandoque a sanctis eremum haec seruis suis parauerit. ex maiore enim parte, qui intra 7
illa secreta consistunt, cum alia ibi germina nulla succedant, istarum arborum pomis aluntur. ergo ubi ad illam, ad quam nos humanitas nostri hospitis ducebat, arborem peruenimus, leonem ibi offendimus: quo uiso ego et ille dux meus intremuimus, sanctus uero ille incunctanter accessit: nos licet trepidi secuti sumus. fera paululum — cerneres imperatam a Deo — 8
modesta secessit et constitit, dum ille attigua ramis humilioribus poma decerperet. cumque plenam palmulis manum obtulisset, adcurrit bestia accepitque tam libere quam nullum animal dome-

1 holeribus *AF (et sic deinceps)*: oleribus *v* 3 ferunt *tres Gisel. libri*: fecerunt *A*, deperisse (deprehendisse *F corr.*) ferunt *FQ*, *item alii interpolate* || pecude *Rosw. et cod. Berol.* 6 uiuere *BM* || uiderimus *AFM*: uideremus *v* || ex his *AF* 7 cum domino suo *Rosweydus* 8 sanctus ille *Rosw.* 9 credetis *de Prato* || praeparabantur *A et ed. Aldina*: praeparabatur *Fv* 12 inclinante iam *F* || palmae *cod. Berol.* 14 habentur quod tamen utrum *cod. Venetus apud de Prato* 15 soli *B*: solis *AFMv* 16 nisi *AFM*: nisi si *edd.* 17 praeparauerit *Rosw.* 18 succedant *BM*: succedunt *AFv*, succrescant *coni. de Prato* 20 humanitatis nostri duc. *A pr. m. fort. ex* humanitas hospitis n. duc. (hosp. n. duc. hum. *B*) 22 ille *om. F* 23 ut cerneres *ed. Ald., ut est infra c. 14, 5* || imperata *F* 24 secessit *ed. Ald. et M*: discessit *AFv* 25 palmolis *F corr.* 26 occurrit *AFQ*

Digitized by Google

sticum, et cum comedisset, abscessit. nos haec intuentes et adhuc trementes facile potuimus expendere, quanta in illo fidei uirtus et quanta in nobis esset infirmitas.

14 Alium aeque singularem uirum uidimus, paruo tugurio, in quo non nisi unus recipi posset, habitantem. de hoc illud fere- batur, quod ei lupa solita esset adstare cenanti, nec facile umquam bestia falleretur, quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret et tam diu pro foribus expectaret, donec ille panem, qui cenulae superfuisset, offerret: illam manum eius lambere solitam, adque ita quasi inpleto officio et praestita consalutatione
2 discedere. sed forte accidit, ut sanctus ille, dum fratrem, qui ad eum uenerat, deducit abeuntem, diutius abesset et nonnisi sub nocte remearet. interim bestia ad consuetudinarium illud cenae tempus occurrit. uacuam cellulam, cum familiarem patronum abesse sentiret, ingressa, curiosius explorans ubinam esset habitator. casu contigua cum panibus quinque palmicia fis-
3 cella pendebat. ex his unum praesumens deuorat, dein perpetrato scelere discedit. regressus eremita uidet sportulam dissolutam, non constantem panum numerum: damnum rei familiaris in-
4 tellegit ac prope limen panis absumpti fragmenta cognoscit. sed non erat incerta suspicio, quae furtum persona fecisset. ergo cum sequentibus diebus secundum consuetudinem bestia non ueniret — nimirum audacis facti conscia ad eum uenire dissimulans, cui fecisset iniuriam —, aegre patiebatur eremita se alumnae solacio
5 destitutum. postremo illius oratione reuocata septimum post diem adfuit, ut solebat ante, cenanti. sed, ut facile cerneres uerecundiam paenitentis, non ausa propius accedere, deiectis in terram profundo pudore luminibus, quod palam licebat intellegi, quandam ueniam precabatur: quam illius confusionem eremita

5 unŭ *F* || posse *F ut uidetur*, possit *V* 6 lupa ei *v* || esset *BV*: erat *AFv* 8 prae *V* 10 consalutatione *de Prato:* consulatione *V*, consolatione *AFv* 12 deduceret *Q* || non *om. V* 14 tempus ueniens uacuam *Q* 16 casu *AV*: causa *F* || palmitia *AF* || fiscella *BV*: sportella *AFv* 17 praesumit et deuorat *AFv* || deinde *v* 18 erimita *V* || uidet *BMV:* uidit *AFv* 19 constantem p. numerum *V*: constante (stante *F*) p. numero *AFv* 20 assumpti *F* 21 suspitio *A* 22 ueniret *BV*: uenisset *AFv* 23 dissimulat *V*, *fort.* dissimulabat (*uel* dissimulauit) 26 caenantĕ *(sed* ĕ *in ras.) F*

Digitized by Google

miseratus iubet eam propius accedere ac manu blanda caput triste permulcet: dein pane duplicato ream suam reficit. ita indulgen- 6
tiam consecuta officii consuetudinem deposito maerore reparauit. intuemini, quaeso, Christi etiam in hac parte uirtutem, cui sapit omne quod brutum est, cui mite est omne quod saeuit. lupa 7
praestat officium, lupa furti crimen agnoscit, lupa conscio pudore confunditur: uocata adest, caput praebet et habet sensum indultae sibi ueniae, sicut pudorem gessit errati: tua haec 8
uirtus, Christe, tua sunt haec, Christe, miracula. etenim quae in tuo nomine operantur serui tui, tua sunt, et in hoc ingemescimus, quod maiestatem tuam ferae sentiunt, homines non uerentur.

Ne cui autem hoc incredibile forte uideatur, maiora memo- 15
rabo. fides Christi adest me nihil fingere, neque incertis auctoribus uulgata narrabo, sed quae mihi per fideles uiros conperta sunt, explicabo. habitant plerique in eremo sine ullis taberna- 2
culis, quos anachoretas uocant. uiuunt herbarum radicibus: nullo umquam certo loco consistunt, ne ab hominibus uisitentur frequenter: quas nox coegerit, sedes habent. ad quendam igitur 3
hoc ritu adque hac lege uiuentem duo ex Nitria monachi, licet longe diuersa regione, tamen quia olim ipsis in monasterii conuersatione carus et familiaris fuisset, auditis eius uirtutibus, tetenderunt: quem diu multumque quaesitum tandem mense septimo reppererunt in extremo illo deserto, quod est Memphis contiguum, demorantem: quas ille solitudines iam per annos duodecim dicebatur habitare. qui licet omnium hominum uitaret occursum, tamen agnitos non refugit seque carissimis per triduum non negauit. quarto die aliquantulum progressus cum proseque- 4
retur abeuntes, leaenam mirae magnitudinis ad se uenire conspiciunt. bestia licet tribus repertis, non incerta quem peteret,

2 refecit *v* 5 mitae *V* 6 lupa f. c. agnoscit *om. V* 8 tua haec Christe miracula *V reliquis omissis* 10 ingemescimus *F pr. m. et V*: ingemiscimus *AF²v* 13 neq. *F corr. e* nec 14 narrabo *ABV*: narrare *Fv* 16 anachoritas *F et sic deinceps, sed p. 168, 13* anachoreta 17 uisitentur frequenter *V et cod. Vorstii*: frequententur *AFv* 18 quos nox coegeret *V*, qua nox c. *alter Traiectinus* 20 diuersa *BMV*: et diuersa *AFv* || qui *V* || monasterio *V* 23 repererunt extremo *v* || Blembis *B, fort.* Blemmyis, *cf. de Prato* || contiguo *V, ex* contiguom *ut uidetur* 25 occursum *BV*: occursus *AFv* 29 reppertis *V*

Digitized by Google

anachoretae pedibus aduoluitur et cum fletu quodam ac lamentatione procumbens indicabat gementis pariter et rogantis affectum. mouet omnes et praecipue illum, qui se intellexerat expetitum: praecedentem sequuntur. nam subinde restitans, subinde respectans facile poterat intellegi id eam uelle, ut quo illa ducebat,
5 anachoreta sequeretur. quid multis? ad speluncam bestiae peruenitur, ubi illa adultos iam quinque catulos male feta nutriebat, qui ut clausis luminibus ex aluo matris exierant, caecitate perpetua tenebantur. quos singulos de rupe prolatos ante anacho-
6 retae pedes mater exposuit. tum demum sanctus aduertit quid bestia postularet, inuocatoque Dei nomine contrectauit manu lumina clausa catulorum: ac statim caecitate depulsa apertis oculis bestiarum diu negata lux patuit. ita fratres illi, anachoreta quem desiderabant uisitato, cum admodum fructuosa laboris sui mercede redierunt, qui in testimonium tantae uirtutis admissi fidem sancti, gloriam Christi, quae per ipsos esset testificanda, uidis-
7 sent. mira dicturus sum, leaenam post dies quinque ad auctorem tanti beneficii reuertisse eidemque inusitatae ferae pellem pro munere detulisse: qua plerumque sanctus ille quasi amiculo circumtectus non dedignatus est munus per bestiam sumere, cuius alium potius interpretabatur auctorem.

16 Erat etiam alterius anachoretae in illis regionibus nomen inlustre, qui in ea parte deserti, quae est Syenis, habitabat. hic cum primum se ad eremum contulisset, herbarum radicibus, quas praedulcis interdum et saporis eximii fert harena, uicturus, ignarus germinis eligendi nociua plerumque carpebat. nec erat facile uim radicum sapore discernere, quia omnia aeque dulcia
2 erant, sed pleraque occultiore natura uirus letale cohibebant. cum

1 ac lam. *AFV*: et lam. *v* 3 mouit *AFv* 4 secuntur *F* || nam subinde restitans *V*: nam praeiens et subinde restans *AFv* || subindeque resp. *M* 5 duceret *Q* 10 animaduertit *AFv* 14 desiderauerant *Ald.* 16 et gloriam *M* 18 inuisitatae *Meursius* 19 amminiculo *F* || circumiectus *V* 23 quae est syenis (synis *V*) *BV*: quae est Syenes *Rosw.*, quae syenis (sienis *A*) iungitur *AFv* 24 contulisset et *Fv* || herbarum *V*: herbis herbarumque *AFv, cf. I, 15, 2* 25 praedulcis *BV*: praedulces *AFv; caue tamen* praedulcis, *ut de Prato putat, pro genetiuo singul. numeri habeas* || uixisset *F in rasura m. 2* 26 nociua *V*: noxia *AFv* 27 saporē *F corr.* 28 erant *V: om. AFv* || loetale *AF* || cohibebant *AV*: habebant *F m. 2* (..h*bebant *pr. m.*), continebant *dett.*

Digitized by Google

ergo edentem uis interna torqueret et inmensis doloribus uitalia uniuersa quaterentur ac frequens uomitus cruciatibus non ferendis ipsam animae sedem stomacho iam fatiscente dissolueret, omnia penitus quae sunt edenda formidans septimum ieiunus diem spiritu deficiente ducebat, cum ad eum fera, cui ibicis est 3 nomen, accessit. huic propius adstanti fasciculum herbarum, quem collectum pridie adtingere non audebat, obiecit: sed bestia quae uirulenta erant ore discutiens, quae innoxia nouerat eligebat. ita uir sanctus eius exemplo quid edere, quid respuere deberet edoctus, et periculum famis euasit et herbarum uenena uitauit. sed longum est, de omnibus, qui eremum incolunt, conperta 4 nobis uel audita memorare. annum integrum et septem fere menses intra solitudinem constitutus exegi, magis uirtutis admirator alienae, quam quod ipse tam arduum adque difficile potuerim temptare propositum: saepius tamen cum sene illo, qui puteum et bouem habebat, habitaui.

Duo beati Antoni monasteria adii, quae hodieque ab eius di- 17 scipulis incoluntur. ad eum etiam locum, in quo beatissimus Paulus primus eremita est diuersatus, accessi. rubrum mare uidi, 2 iugum Sina montis, cuius cacumen caelo paene contiguum est et nequaquam adiri potest. inter eius recessus anachoreta esse aliqui 3 ferebatur, quem diu multumque quaesitum uidere non potui, qui fere iam ante quinquaginta annos a conuersatione humana remotus nullo uestis usu, saetis corporis sui tectus, nuditatem suam diuino munere nesciebat. hic quotiens eum religiosi uiri adire uo- 4 luerunt, cursu auia petens occursum uitabat humanum. uni tantummodo ferebatur se ante quinquennium praebuisse, qui credo

1 edentem ergo *F* 2 non referendis *F* 3 fatescente *F* 4 sunt *V*: essent *AFv* || ieiunus *V*: ieiunii *M*, in ieiuniis *AFv* 5 cum *ABFMV*: tum *v* || hibicis *V* (cui nomen est dorcas *B et 1 cod. Gisel.)* 6 stanti *A corr. in* astanti 7 bestia *V*: fera *AFv* 13 solitudinem *Rosw. et V*: solitudines *AFv* || constitutos *F* 17 Antonii *AFv* || hodie*** *F* 19 deuersatus *V* 20 iugum etiam *A; sane* etiam *uel coniunctio desideratur, fort.* rubrum m. uidi, uidi iugum *etc.* || montis *AFV:* montis adscendi *v foeda interpolatione* || cacumen *Rosw. et V*: summum cacumen *AFv* || est et *V: om. AFv* 21 eius (*non* eius montis) *V:* huius *AFv* || aliquis *AFv* 22 dium *V* 23 ante iam *F*, iam *om. A* 24 usu sed *A* || saetis *FV:* setis *Av* 25 nesciebat *BV:* uestiebat *AFv, cf. de Prato ad h. l.* 26 occursum u. humanum *V:* congressus u. humanos *AFv*

Digitized by Google

potenti fide id obtinere promeruit: cui inter multa conloquia percontanti, cur homines tantopere uitaret, respondisse perhibetur, eum, qui ab hominibus frequentaretur, non posse ab angelis frequentari. unde non inmerito recepta opinione multorum fama uulgauerat, sanctum illum ab angelis uisitari. ego autem a Sina monte digressus ad Nilum flumen regressus, cuius ripas frequentibus monasteriis consertas utraque ex parte lustraui. plerumque uidi, ut dudum dixeram, uno in loco habitare centenos, sed et bina et terna milia in isdem uiculis agere constabat. nec sane ibi minorem putetis diuersantium in multitudine monachorum esse uirtutem, quam eorum esse cognouistis, qui se ab humanis coetibus remouerunt. praecipua, ut iam dixeram, ibi uirtus et prima est oboedientia: neque aliter adueniens a monasterii abbate suscipitur, quam qui temptatus prius fuerit et probatus, nullum umquam recusaturus quamlibet arduum ac difficile indignumque toleratu abbatis imperium.

18 Duo uobis referam incredibilis oboedientiae admodum magna miracula, licet suppetant plura recolenti: sed ad incitandam uirtutum aemulationem, cui pauca non sufficiunt, multa non proderunt. ergo cum quidam saeculi actibus abdicatis monasterium magnae dispositionis ingressus suscipi se rogaret, abbas ei coepit multa proponere: graues esse istius disciplinae labores, sua uero dura imperia, quae nullius facile ualeret inplere patientia: aliud potius monasterium, ubi facilioribus legibus uiueretur, expeteret: non temptaret adgredi, quod inplere non posset. ille uero nihil his terroribus permoueri, sed magis ita omnem oboedientiam polliceri, ut, si eum abbas in ignem ire praeciperet, non recusaret intrare. quam illius professionem ubi magister accepit, non cunctatus probare profitentem. casu clibanus

2 percunctanti *F* 6 regressus *ABFMV:* regressus sum *Qv* 9 in *om. V* || isdem *F:* hisdem *AV,* iisdem *v* || agere *ABFQV:* degere *v* 10 deuersantium *V* || in *in A erasum est* 11 cognouistis *Rosw. et V:* cognoscitis *AFv* 13 a monasterii abbate *BMV:* ad monasterium abbatis *AFv* 15 quaelibet *V* 18 incitandam *V:* excitandam *AFv* 21 ingressus suscipi se rogaret *BMV:* ingressus coepisset rogare *FQ* (*et sic v, sed* ingressurus), ingressurus coepisset rogare ut susciperetur *A* 26 permoui *V* 27 praeceperit *F pr. m. et V* 29 cunctatus *AF*[1]*V:* cunctatus est *M,* cunctatur *F corr. et v*

Digitized by Google

propter ardebat, qui multo igne succensus coquendis panibus parabatur: exundabat abruptis flamma fornacibus, et intra camini illius concaua totis habenis regnabat incendium. hic aduenam illum iubet magister intrare, nec distulit parere praecepto: medias flammas nihil cunctatus ingreditur, quae mox tam audaci fide uictae uelut illis quondam Hebraeis pueris cessere uenienti. superata natura est, fugit incendium: et qui putabatur arsurus, 5 uelut frigido rore perfusus se ipse miratus est. sed quid mirum, 6 si tuum, Christe, tironem ignis ille non adtigit? ut nec abbatem pigeret dura mandasse nec discipulum paeniteret imperio paruisse: qui eo quo aduenerat die, dum temptaretur infirmus, perfectus inuentus est: merito felix, merito gloriosus, probatus oboedientia, glorificatus est passione.

In eodem autem monasterio factum id, quod dicturus sum, 19 recenti memoria ferebatur. quidam itidem ad eundem abbatem recipiendus aduenerat. cum prima ei lex oboedientiae poneretur ac perpetem polliceretur ad omnia uel extrema patientiam, casu abbas storacinam uirgam iam pridem aridam manu gerebat. hanc 2 solo figit adque illi aduenae id operis inponit, ut tamdiu uirgulae aquam inriguam ministraret, donec, quod contra omnem naturam erat, lignum aridum in solo arente uiresceret. subiectus ad- 3 uena durae legis imperio aquam propriis umeris cotidie conuehebat, quae a Nilo flumine per duo fere milia petebatur. iamque emenso anni spatio labor non cessabat operantis, et de fructu operis spes esse non poterat: tamen oboedientiae uirtus in labore durabat. sequens quoque annus uanum laborem iam affecti fratris eludit. tertio demum succedentium temporum labente curriculo, 4 eum neque noctu neque interdiu aquarius ille cessaret operator,

1 propter *AV:* prope *F et 2 codd. Gisel.* 3 hic *V:* hunc igitur *M,* hoc igitur *AFv,* huc igitur *Mercerus* 4 iubet *om. F pr. m.* || nec distulit *V, sed litt.* cdis *in rasura* 8 perfusum se *B,* perfusum se esse *M* 9 tyronem *AFV* 11 eo die quo aduenerat *v* 12 meritoque glor. *A* 14 autem *om. F*[1] 19 figit *ABV:* fixit *F* (*corr. e* uixit) *et v* 21 in solo — crediderunt *(p. 172, 20) deest in V, cum scheda interciderit* || uiresceret *BM:* uiuesceret *F,* uiuisceret *Av* 23 ferme miliaria *dett.* 24 *fort.* etsi de (et de fr. operis *om. B*) 26 effecti *F pr. m. fort.* effeti 27 succendentium *AF*[1] (temp. succ. *A*), tertio demum anno, succed. temp. l. curr. *Rosw.* 28 noctu *1 cod. Gis. et BM:* nocte *AFv*

Digitized by Google

5 uirga floruit. ego ipsam ex illa uirgula arbusculam uidi, quae hodieque in atrio monasterii ramis uirentibus quasi in testimonium manens, quantum oboedientia meruerit et quantum fides 6 possit, ostendit. sed me dies ante deficiet, quam diuersa miracula, quae mihi de sanctorum uirtutibus sunt conperta, consummem.

20 Duo uobis adhuc praeclara memorabo: quorum unum egregium erit aduersus inflationem miserae uanitatis exemplum, alterum 2 aduersus falsam iustitiam non mediocre documentum. quidam ergo sanctus, fugandorum de corporibus obsessis daemonum incredibili praeditus potestate, inaudita per singulos dies signa faciebat. non solum enim praesens, neque uerbo tantum, sed absens quoque interdum cilicii sui fimbriis aut epistulis missis corpora obsessa curabat. hic ergo mirum in modum frequentabatur a po- 3 pulis ex toto ad eum orbe uenientibus. taceo de minoribus: praefecti comitesque ac diuersarum iudices potestatum pro foribus illius saepe iacuerunt. episcopi quoque sanctissimi, sacerdotali auctoritate deposita, contingi se ab eo adque benedici humiliter postulantes, sanctificatos se ac diuino munere inlustratos, quotiens manum illius uestemque contigerant, non inmerito credi- 4 derunt. hic ferebatur omni potu in perpetuum penitus abstinere ac pro cibo — tibi, Sulpici, in aurem loquar, ne Gallus hoc 5 audiat — sex tantum caricis sustentari. interea sancto uiro ut ex uirtute honor, ita ex honore uanitas coepit obrepere. quod malum ille ubi primum potuit in se sentire grassari, diu multumque discutere conatus est, sed repelli penitus uel tacita conscientia 6 uanitatis perseuerante uirtute non potuit. ubique nomen eius daemones fatebantur: excludere a se confluentium populos non ua-

1 ipse *B corr.* || uidi *ABM: post* uirentibus *habent F, corr. A et v* 2 in atrio monasterii *BM:* intra atrium m. est *AFv* || uirescentibus *F* || quasi *ABM:* uidi quasi *F,* uidi, quae quasi *v* 3 meruerit *M:* meruit *AFv* 5 sanctorum uirtutibus *AF:* uirt. sanctorum *v* 7 narrabo *B* 17 saepe *om. F pr. m.* 18 contingi se *F corr. e* contigisse, contingisse *A* 20 contingerent *M* 22 sulpicii *V* 23 sex *V:* septem *AFv* || caricis *F in ras. habet* || sustineri *V* || uiro *om. A pr. m.* || ex uirtute et honore *(om. mediis)* uanitas *V* 24 quo *V* 25 dium *V* 26 paenitus *V* 27 uanitatis *BMV, ut coni. Dauisius ad Minuc. Fel. p. 144 ed. 2:* uanitas *AFv* 28 confluentum *V* (confluentem populum *Rosw.*)

Digitized by Google

lebat. uirus interim latens serpebat in pectore, et cuius nutu ex aliorum corporibus daemones fugabantur, se ipsum occultis cogitationibus uanitatis purgare non poterat. totis igitur precibus 7 conuersus ad Deum fertur orasse, ut permissa in se mensibus quinque diabolo potestate similis his fieret, quos ipse curauerat. quid multis morer? ille praepotens, ille signis adque uirtutibus 8 toto Oriente uulgatus, ille ad cuius limina populi ante confluxerant, ad cuius fores summae istius saeculi se prostrauerant potestates, correptus a daemone est retentus in uinculis: omnia illa, quae energumeni solent ferre, perpessus quinto demum 9 mense purgatus est non tantum daemone, sed, quod illi erat utilius adque optatius, uanitate.

Sed mihi ista replicanti nostra infelicitas, nostra occurrit in- 21 firmitas. quis enim nostrum est, quem si unus homunculus humilis salutauerit aut fatuis adque adulantibus uerbis femina una laudauerit, non continuo elatus sit superbia, non statim inflatus sit uanitate? ut, etiamsi non habeat conscientiam sanctitatis, tamen, quia uel stultorum adulatione aut fortasse errore sanctus esse dicatur, sanctissimum se putabit! iam uero si ei munera 2 crebra mittantur, Dei se magnificentia adseret honorari, cui dormienti adque resoluto necessaria conferantur. quodsi uel de modico ei aliqua uirtutis alicuius signa succederent, angelum se putaret. ceterum cum neque opere neque uirtute conspicuus sit, 3 si quis clericus fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias suas, gaudet salutationibus, inflatur occursibus, ipse etiam ubique discurrit: et qui antea pedibus aut asello ire consueuerat, spuman- 4 tibus equis superbus inuehitur: parua prius ac uili cellula con-

1 uirtus *A* 4 conuersis *A* || deum *BV:* dominum *AFv* 5 diabolo *MV* (*sed V* diabulo): diaboli *AFv* 6 moror *coni. de Prato* || ille signis *ABM:* ille qui signis *Fv* 8 postrauerunt *F pr. m.* 9 retentus *V et Rosw.:* tentus *AFv* 10 energumini *FV,* inergumini *A* || perpessus. Quinto *v, interpunctionem uerborum corr. de Prato* 12 optatiubilis *V, unde* optabilius *scribendum uidetur* 13 infedilitas *V* 14 humilius *B* 15 femina uana *duo Traiectini* 18 fortasse *V:* fortassis *AFv* 20 magnificentia *ABFV:* munificentia *F corr. 2 libri Gis. et v* || adseret *BMV:* asserit *AFv* 22 ei *om. V* || alicuius *BV: om. AFv* 23 neque opere *om. V* 25 occursibus *V:* occursionibus *AFv* 26 ante *AFv* || spumantibus equis *MV:* spumante equo *3 libri Gis. et v,* spumeo equo *AFQ*

Digitized by Google

tentus habitare erigit celsa laquearia, construit multa conclauia, sculpit ostia, pingit armaria, uestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat, adque haec caris uiduis ac familiaribus mandat tributa uirginibus, illa ut byrrum rigentem, haec ut
5 fluentem texat lacernam. uerum haec describenda mordacius 5
beato uiro Hieronymo relinquamus: ad propositum reuertamur. Tu uero, inquit Gallus meus, nescio quid Hieronymo reliqueris [disputandum]: ita breuiter uniuersa nostrorum instituta conplexus es, ut pauca haec tua uerba, si aequanimiter acceperint et patienter expenderint, multum eis arbitrer profutura, ut non 10
6 indigeant libris posthac Hieronymi coërceri. sed tu illa potius euolue quae coeperas, et illud, quod aduersus falsam iustitiam dicturum te esse promiseras, prode documentum: nam, ut uere tibi fatear, nullo perniciosius malo intra Gallias laboramus. ita faciam, Postumianus inquit, nec te diutius tenebo suspensum. 15

22 Adulescens quidam ex Asia praediues opibus, genere clarus, habens uxorem et filium paruulum, cum in Aegypto tribunus esset et frequentibus aduersum Blembos expeditionibus quaedam eremi contigisset, sanctorum etiam tabernacula conplura uidisset,
2 a beato uiro Iohanne uerbum salutis accepit. nec moratus inuti- 20
lem militiam cum uano honore contemnere, eremum constanter ingressus breui tempore in omni genere uirtutum perfectus emicuit. potens ieiuniis, humilitate conspicuus, fide firmus facile se antiquis monachis studio uirtutis aequauerat, cum interim subiit eum cogitatio iniecta per diabolum, quod rectius esset ut rediret 25
ad patriam filiumque unicum ac domum totam cum uxore saluaret: quod utique esset acceptius Deo, quam si solum se saeculo eripere contentus salutem suorum non sine inpietate neclegeret.
3 istiusmodi falsae iustitiae colore superatus post quadriennium

1 construxit *F pr. m.* 4 byrrum *AV:* birrum *Fv* 5 texat *om. V* 6 nos reuertamur *F corr.* 7 tu] Item postumianus *(minio)* tu *V* 8 disputandum *om. V* || breuiter *V* 9 acciperent et p. expenderent *V* 11 posthac *BMV:* post haec *AFv* || coherceri *AF et sic alias; in V additum minio*: et gallus 14 tibi *om. F* || laboramus. et postumianus nec te *etc. V* 15 suspensum tenebo *A* 16 quidem *F pr. m.* 17 paruum *V* 18 Blembos] *sic libri;* Blemmyes (*siue* Blemmyas) *de Prato* || quaedam loca *A* 19 eremi] hieme *V* || cumplura *F* 21 uano *V*: uano illo *AFv* 29 istiusmodi *V*: istiusmodi ergo *AFv*

Digitized by Google

fere cellulam suam adque propositum eremita deseruit. sed ubi ad proximum monasterium, quod a multis fratribus habitabatur, accessit, causam discessionis adque consilium quaerentibus confitetur. renitentibus cunctis et praecipue loci illius abbate retinente male animo fixa sententia non potuit auelli. igitur infelici 4 se obstinatione proripiens cum dolore omnium digressus a fratribus. uix e conspectu abscesserat, inpletur a daemone cruentasque spumas ore prouoluens suis dentibus se ipse lacerabat. deinde ad idem monasterium fratrum umeris reportatus, cum coerceri in eo inmundus spiritus non ualeret, necessitate cogente ferreis nexibus alligatur, pedes cum manibus uinciuntur: non inmerita poena fugitiuo, ut quem non cohibuerat fides, catena cohiberet. post 5 biennium demum oratione sanctorum ab inmundo spiritu liberatus ad eremum, unde discesserat, mox regressus, et ipse correctus et aliis futurus exemplo, ne quem aut falsae iustitiae umbra decipiat aut incerta mobilitas inutili leuitate conpellat semel coepta deserere. haec uos de uirtutibus Domini, quae in seruis suis uel imitanda operatus est uel timenda, scire sufficiat. sed 6 quia satisfeci uestris auribus, immo etiam uerbosior fui fortasse quam debui, tu modo — ad me autem loquebatur — debitum faenus exsolue, ut te de Martino tuo, ut es solitus, plura referentem, iam pridem in hoc desideriis meis aestuantibus, audiamus.

Quid? inquam, tibi de Martino meo liber ille non sufficit, 23 quem ipse tu nosti me de illius uita adque uirtutibus edidisse? Agnosco id quidem, Postumianus inquit, neque umquam a dex- 2 tera mea liber iste discedit. nam si agnoscis, ecce — et aperit librum, qui ueste latebat — en ipsum. hic mihi, inquit, terra ac mari comes, hic in peregrinatione tota socius et consolator

4 retinente *MV*: *om. AF*, renitente *v* 5 male *AFQV:* malo || *v*sentia *V* || euelli *Rosw.* 6 digressus est *A* 7 inpletur *BMV:* inpletus *AFv* || a *om. A* 8 dein *F* 9 humeris *Av* 12 catena cohiberet *BV:* catenae cohiberent *AFv* 14 regressus est *A* || correctus *AFQ codd. Gisel. Rosw.:* correptus *V(?)v* 15 futurus *Rosw. et V:* post futurus *AFv* || neque aut *V* 17 quae *Lazius:* quas *AFVv* 23 et sulpicius *(minio)* quid *V* 25 et postumianus *(minio)* agnosco id quidem inquid *V* 26 iste *V:* ille *AFv* || discedit et ait *V* || ecce et *V: om. AFv* 27 ueste *BV:* sub ueste *AFv, cf. Verg. Aen. VI, 406* || en *AV:* enim *F* || terra *BMV, ut coni. Vorstius*: terrae *AFv* 28 maris *F corr.*

Digitized by Google

3 fuit. sed referam tibi sane, quo liber iste penetrarit, et quam
nullus fere in orbe terrarum locus sit, ubi non materia tam felicis
4 historiae peruulgata teneatur. primus eum Romanae urbi uir
studiosissimus tui Paulinus inuexit: deinde cum tota certatim
urbe raperetur, exultantes librarios uidi, quod nihil ab his quae-
stuosius haberetur, siquidem nihil illo promptius, nihil carius
5 uenderetur. hic nauigationis meae cursum longe ante praegressus,
cum ad Africam ueni, iam per totam Carthaginem legebatur.
solus eum Cyrenensis ille presbyter non habebat, sed me largiente
6 descripsit. nam quid ego de Alexandria loquar? ubi paene omni-
bus magis quam tibi notus est. hic Aegyptum, Nitriam, The-
7 baidam ac tota Memphitica regna transiuit. hunc ego in eremo a
quodam sene legi uidi: cui cum me familiarem tuum esse dixis-
sem, et ab illo et a multis fratribus haec mihi iniuncta legatio
est, ut, si umquam terras istas te incolumi contigissem, ea te
supplere conpellerem, quae in illo tuo libro de uirtutibus beati
8 uiri professus es praeterisse. age ergo, quia non illa a te audire
desidero, quae scripta sufficiunt, illa quae tum uel propter le-
gentium, ut credo, fastidium praeteristi, multis id una mecum
a te poscentibus explicentur.

24 Equidem, Postumiane, inquam, cum te iam dudum de sanc-
torum uirtutibus intentus audirem, tacitis ad Martinum meum
cogitationibus recurrebam, merito perspiciens omnia illa, quae
2 singuli diuersa fecissent, per unum istum facile conpleta. nam
cum excelsa retuleris, quod mihi dixisse liceat pace sanctorum,
nihil a te penitus audiui, in quo Martinus esset inferior. sed sicut
nullius umquam cum illius uiri meritis profiteor conferendam
esse uirtutem, ita illud animaduerti decet, iniqua illum cum ere-
mitis uel etiam anachoretis condicione conferri. illi enim ab omni

1 sane *V:* plane *AFv* || penetrarit *V:* penetrauerit *AFv* 2 tam *AFQV: om. v* 3 romae *V* 7 cursum *BMV:* cursus *AFv* || praegressus *V ut coni. Giselinus:* progressus *AFv* 8 ueni *BMV:* uenissem *AFv* || Kartaginem *A*, cartag. *F* 11 *fort.* Thebaidem *cf. p. 171, 18* 12 memfitica *V* 13 legi *F corr. e* longe || dississem *A* 15 incolume *FV* 18 tum *om. V* || uel *om. M* 20 explicetur. sulpicius *(minio)* equidem *V* 22 intentus *om. V* 23 me conuertebam *V solus* || prospiciens *F, sed* pro *ex corr.* 25 excelsa *om. V* 28 ita *V:* ita et *AFv* || iniqua *A et corr. F:* in qua *F pr. m. et V*, non aequa *M* 29 conditione *Fv*

Digitized by Google

inpedimento liberi, caelo tantum adque angelis testibus, plane admirabilia docentur operari: iste in medio coetu et conuersa- 3
tione populorum, inter clericos dissidentes, inter episcopos saeuientes, cum fere cotidianis scandalis hinc adque inde premere- 5
tur, inexpugnabili tamen aduersus omnia uirtute fundatus stetit et tanta operatus est, quanta ne illi quidem, quos ante audiuimus esse in eremo uel fuisse, fecerunt. ac si illi paria fecissent, 4
quis iudex tam esset iniustus, ut non istum esse potiorem merito iudicaret? puta enim istum fuisse militem, qui pugnauerit 10
in iniquo loco et tamen uictor euaserit, illos autem aeque conpone militibus, sed qui ex aequo loco aut etiam de superiore certauerint. quid ergo? etsi omnium una uictoria est, non potest 5
omnium esse par gloria. tamen cum praeclara retuleris, a nemine retulisti mortuum suscitatum: quo uno utique necesse est con- 15
fiteri Martino neminem conferendum. nam si admirandum est, 25
quod illum Aegyptium flamma non adtigit, hic quoque saepius imperauit incendiis. si reuoluas quod anachoretis feritas bestiarum uicta succubuit, hic familiariter et rabiem bestiarum et serpentium uenena conpescuit. quodsi illum conferas, qui inmundis 2
spiritibus obsessos uerbi imperio aut etiam fimbriarum uirtute 20
curabat, ne in hac quidem parte inferiorem fuisse Martinum multa documenta sunt. si etiam ad illum recurras, qui saetis 3
suis pro ueste contectus putabatur ab angelis uisitari, cum isto angeli cotidie loquebantur. iam uero aduersus uanitatem adque 4
iactantiam ita inuictum spiritum gessit, ut illa uitia fortius nemo 25
contempserit, cum quidem inmundis spiritibus adflatos absens plerumque curauerit, nec solum comitibus aut praefectis, sed ipsis etiam regibus imperaret. minimum id quidem in illius uirtutibus, sed credas uelim, non solum uanitati, sed causis etiam
adque occasionibus uanitatis neminem fortius repugnasse. parua 5 30
quidem, sed non praetereunda dicturus sum, quia et ille laudandus est, qui summa praeditus potestate tam religiosam ad reue-

6 ante] a te *B et Ald.* 9 puto *F* 10 in *om. BV* || aequae *V* 11 de] ad *V* 13 omnium esse *BMV:* omnium *om. AFv* || tamen *AFQV:* et tamen *v* 14 utique *V:* utique te *AFv* 18 rauiem *V* 20 aut *AFQV:* ac *v* 22 docimenta *V* || saetis *AV:* setis *Fv* 23 putatur *AF* 27 curauit *V* 28 imperarit *B*, imperauerit *M* || illius *BV:* illis *AFv* 29 uanitatis *V*

Digitized by Google

6 rentiam beati uiri ostenderit uoluntatem. memini Vincentium praefectum, uirum egregium et quo nullus sit intra Gallias omni uirtutum genere praestantior, dum Turonos praeteriret, a Martino saepius poposcisse, ut ei conuiuium in suo monasterio daret— in quo quidem exemplum beati Ambrosi episcopi praeferebat, qui eo tempore consules et praefectos subinde pascere ferebatur —: sed uirum altioris ingenii, ne qua ex hoc uanitas adque inflatio 7 obreperet, noluisse. ergo fatearis necesse est in Martino omnium illorum, quos enumerasti, fuisse uirtutes, Martini autem in illis omnibus non fuisse.

26 Quid tu, inquit Postumianus, ita mecum? quasi non eadem tecum sentiam semperque senserim. ego uero quoadusque uiuam semper et sapiam, Aegypti monachos praedicabo, laudabo anachoretas, mirabor eremitas: Martinum semper excipiam: non illi ego audeo monachorum, certe non episcoporum quempiam con- 2 parare. hoc Aegyptus fatetur, hoc Syria, hoc Aethiops conperit, hoc Indus audiuit, hoc Parthus et Persa nouerunt, nec ignorat Armenia, Bosporus exclusa cognouit, et postremo si quis aut For- 3 tunatas insulas aut glacialem frequentat oceanum. quo miserior est regio ista nostrorum, quae tantum uirum, cum in proximo habuerit, nosse non meruit. nec tamen huic crimini miscebo populares: soli illum clerici, soli nesciunt sacerdotes, nec inmerito nosse illum inuidi noluerunt, quia si uirtutes illius nossent, 4 sua uitia cognouissent. horreo dicere quae nuper audiui, infelicem dixisse nescio quem, te in illo libro tuo plura mentitum. non est hominis uox ista, sed diaboli, nec Martino in hac parte detra- 5 hitur, sed fides Euangeliis derogatur. nam cum Dominus ipse testatus sit istiusmodi opera, quae Martinus inpleuit, ab omnibus fidelibus esse facienda, qui Martinum non credit ista fecisse,

3 praetestantior *V* || Turonas *M* 5 ambrosi *V*: ambrosii *AFv* || qui *F corr. e* quĕ *ut uidetur* 10 fuisse. et postumianus inquit ita *etc. V* 11 quasi *AV*: quia *F* || deodem *V, ex* de eo idem? 12 quoadusque *V*: quoad *AFv* 13 semper *om. B* 15 audeo *V*: quemquam audebo *AFv* 16 siria *A* || ethiops *V* 18 bosforus *AFV* 19 glatialem *AF* 20 nostrorum (*i. e.* Aquitanorum) *AFV*: uestrorum *M*, nostrarum *Q*, nostra *v* 24 uitia nouissent *BV* || quae *V*: quod *AFv* 27 fides *BV*: fidei *AFv* || euangeliis *V*: euangelii *ABFv* 29 ista fecisse non credit *om. F pr. m.*

Digitized by Google

non credit Christum ista dixisse. sed infelices, degeneres, som- 6
nulenti, quae ipsi facere non possunt, facta ab illo erubescunt,
et malunt illius negare uirtutes quam suam inertiam confiteri.
uerum nobis ad alia properantibus omnis istorum memoria relin- 7
quatur: tu potius, ut iam dudum desidero, residua Martini operà
contexe. At ego, inquam, arbitror rectius istud a Gallo esse
poscendum, quippe qui plura nouerit — neque enim ignorare po- 8
tuit magistri facta discipulus — et qui non inmerito istam uicem
non solum Martino, sed etiam nobis debeat, quia ego iam librum
edidi, tu hactenus Orientalium gesta memorasti: istam demum
necessarii sermonis historiam Gallus euoluat, quia, ut dixi, et
nobis debet loquendi uicem et Martino suo, credo, praestabit,
ut non grauate illius facta commemoret.

Ego plane, inquit Gallus, licet inpar sim tanto oneri, tamen 27
relatis superius a Postumiano oboedientiae cogor exemplis, ut
munus istud, quod inponitis, non recusem. sed dum cogito me 2
hominem Gallum inter Aquitanos uerba facturum, uereor ne
offendat uestras nimium urbanas aures sermo rusticior. audietis
me tamen ut Gurdonicum hominem, nihil cum fuco aut cothurno
loquentem. nam si mihi tribuistis Martini me esse discipulum, 3
illud etiam concedite, ut mihi liceat exemplo illius inanes ser-
monum faleras et uerborum ornamenta contemnere. Tu uero, in- 4
quit Postumianus, uel Celtice aut, si mauis, Gallice loquerei
dummodo Martinum loquaris. ego autem credo, quia, etiams
mutus esses, non defutura tibi uerba, quibus Martinum facundo
ore loquereris, sicut Zachariae in Iohannis nomine lingua reso-

26 cf. Luc. 1, 63. 64.

1 somnolenti *AFv* 6 et sulpicius ad ego *V* 7 qui et plura *A* 9 quia *V*: ut quia (qui *F pr. m.*) *AFv* || et ego *V haud inepte, si deinde scribas* et tu 10 edidi *BMV*: editum *AFv* (habeo editum *F corr.*) || tu *MV*: ac tu *AFv* || ista *F pr. m.* 11 uoluat *V* 13 grauare *V* 14 et gallus ego plane inquit *V* || honori tamen praelatis *V* 16 istud *om. F pr. m.* 19 gurdonicum *AF*: gorthonicum *V*, gortonicum *uel* gurtonicum *aliquot Gisel. libri*, gorgonicum *BM* || coturno *AFV* 20 tribuistis *BV*: tribuitis *AFv* 22 faleras *AFV*: phaleras *v* || et postumianus tu uero inquid *V* 24 dummodo *BV*: dummodo iam *AFv* || de martinum (—no *corr. m. 2*) *V* || credo *BV*: profiteor *AFv* 25 motus *V* || quamuis profundo ore loquaris *BM* (*non item V, ut ait de Prato*) 26 zachariae *V*

Digitized by Google

luta est. ceterum cum sis scholasticus, hoc ipsum quasi scholasticus artificiose facis, ut excuses inperitiam, quia exuberas eloquentia. sed neque monachum tam astutum neque Gallum
6 decet esse tam callidum. uerum adgredere potius et quod te manet explica: nimium enim dudum alias res agentes consumimus tempus, et iam solis occidui umbra prolixior monet, non multum
7 diei uicina nocte superesse. Deinde cum paululum omnes conticuissemus, Gallus ita coepit: cauendum mihi inprimis esse arbitror, ne ea de Martini uirtutibus repetam, quae in libro suo Sulpicius iste memorauit. unde prima illius inter militandum gesta praetereo, neque ea adtingam, quae laicus egit ac monachus: nec
8 uero audita ab aliis quam quae uidi ipse dicturus sum.

(DIALOGVS SECVNDVS).

1 Quo primo igitur tempore relictis scholis beato me uiro iunxi, paucos post dies euntem ad ecclesiam sequebamur. interim ei seminudus hibernis mensibus pauper occurrit, orans sibi uesti-
2 mentum dari. tunc ille arcessito archidiacono iussit algentem sine dilatione uestiri: dein secretarium ingressus, cum solus, ut erat consuetudo, resideret — hanc enim sibi etiam in ecclesia solitudinem permissa clericis libertate praestabat, cum quidem in alio secretario presbyteri sederent, uel salutationibus uacantes uel audiendis negotiis occupati: Martinum uero usque in eam horam, qua sollemnia populo agi consuetudo deposceret, sua solitudo
3 cohibebat. illud non praeteribo, quod in secretario sedens numquam cathedra usus est: nam in ecclesia nemo umquam illum sedere conspexit, sicut quendam nuper, testor Deum, non sine

1 scolasticus *(bis)* *AF* || quasi] quare sis *V* (hoc ipsum — scholast. *deest in ed. de Prato*) 2 qui *V* || exuberas *ABF²MV*: exsuperas *F pr. m. et v* 7 diei] de *AFQV* 9 sulpitius *F* 10 inter militandum *AV*: interim militando (meditando *F corr.*) *FQ* 12 quam *V*: potius quam *AFv* || *Explicit liber secundus AF; in BV oratio pergit sine ulla interruptione* 14 primum *BM* || scolis *AF* 17 arcessito *AV*: arcersito *F¹*, accersito *F corr.* 18 deinde *AFv* || erat *V*: erat illi *AFv* 20 clerecis *V* 21 resideren*t* *A* 22 audientes *F pr. m.* || martino *V* 23 quã *F*, quae *V* || populi *edd. complures* 26 deum *ABFMV*: dominum *v* || sine *V*: sine meo *AFv*

Digitized by Google

pudore uidi sublimi solio et quasi regio tribunali celsa sede residentem, sedentem uero Martinum in sellula rusticana, ut sunt 4
istae in usibus seruulorum, quas nos rustici Galli tripeccias, uos scholastici aut certe tu, qui de Graecia uenis, tripodas nuncupatis —: hoc secretum beati uiri pauper ille captatus, cum ei archidiaconus dare tunicam distulisset, inrupit, dissimulatum se a clerico querens, algere deplorans. nec mora, sanctus paupere 5
non uidente intra amphibalum sibi tunicam latenter eduxit pauperemque contectum discedere iubet. dein paulo post archidiaconus ingressus admonet pro consuetudine, exspectare in ecclesia populum, illum ad agenda sollemnia debere procedere. cui ille 6
respondens ait, pauperem prius — de se autem dicebat — oportere uestiri: se ad ecclesiam non posse procedere, nisi uestem pauper acciperet. diaconus uero nihil intellegens, quia extrinsecus indu- 7
tum amphibalo, ueste nudum interius non uidebat, postremo pauperem non conparere causatur. mihi, inquit, uestis, quae parata est, deferatur: pauper non deerit uestiendus. tum demum 8
clericus necessitate conpulsus, iam felle commoto, e proximis tabernis bigerricam uestem, breuem adque hispidam, quinque conparatam argenteis rapit adque ante Martini pedes iratus exponit. en, inquit, uestem, sed pauper hic non est. ille nihil 9
motus iubet eum paululum stare pro foribus, secretum utique procurans, dum sibi uestem nudus inponeret, totis uiribus elaborans ut posset occultum esse quod fecerat. sed quando in sanctis uiris latent ista quaerentibus? uelint nolint cuncta produntur.
cum hac igitur oblaturus sacrificium Deo ueste procedit. quo 2
quidem die — mira dicturus sum — cum iam altarium, sicut est sollemne, benediceret, globum ignis de capite illius uidimus

1 et *BMV*: *om. AFv* 2 sedentem uero martinum *V*: sedebat autem martinus *AFv* || ut sunt istae (ista, *V*) *BMV*: ut sunt *A*, ut est *Fv* 3 tripeccias *V*: tripecias *F*, tripetias *Av* 4 scolastici *AF* 5 hoc *V*: ergo hoc *AF*, hoc ergo *v* || captatus *BMV* (*i. e.* deceptus): captatum *AFv* 7 quaerens *V*, conquerens *BM* 8 amfibalum *FV*, amphimalum *B* || educit *BM* 15 amfibalo *V* 17 parata *BV*: praeparata *AFv* || tum *V*: arta tum *B*, artatus *AF*, arctatus *v* 18 ac necessitate *F corr.* || iam *V*: iamque *AFv* || e *AFV*: a *edd.* 19 bigerricam *BMV*: bigerimam (bigerrimam *corr.*) *A*, nigerrimam *F*, *sed prior* n *et* m *in ras. m. 2*; bigerrigam *v* || breuem *BMV*: breuemque *AFv* 22 secreto *AF* 23 et totis *A* 24 possit *AFMV* 25 ista? quaerentibus *de Prato*

Digitized by Google

emicare, ita ut in sublime contendens longum admodum crinem
2 flamma produceret. et licet celeberrimo factum die in magna populi multitudine uiderimus, una tantum de uirginibus et unus de presbyteris, tres tantum uidere de monachis: ceteri cur non uiderint, non potest nostri esse iudicii.

3 Per idem fere tempus cum Euanthius auunculus meus, uir licet saeculi negotiis occupatus admodum Christianus, grauissima aegritudine extremo mortis periculo coepisset urgueri, Martinum euocauit. nec cunctatus ille properauit: prius tamen quam medium uiae spatium uir beatus euolueret, uirtutem aduenientis sentit aegrotus, receptaque continuo sanitate uenientibus nobis
4 obuiam ipse processit. altera die redire cupientem magna prece tenuit, cum interim unum e familia puerum letali ictu serpens perculit: quem iam exanimem ui ueneni ipse Euanthius suis umeris inlatum ante pedes sancti uiri, nihil illi inpossibile confisus, exposuit. iamque se malum serpens per omnia membra
5 diffuderat: cerneres omnibus uenis inflatam cutem et ad utris instar tensa uitalia. Martinus porrecta manu, uniuersa pueri membra pertractans, digitum prope ipsum uulnusculum, quo
6 bestia uirus infuderat, fixit. tum uero — mira dicturus sum — uidimus uenenum ex omni parte prouocatum ad Martini digitum cucurrisse: dein per illud ulceris foramen exiguum ita uirus stipasse cum sanguine, ut solet ex uberibus caprarum aut ouium pasto-
7 rum manu pressis longa linea copiosi lactis effluere. puer surrexit incolumis. nos obstupefacti tantae rei miraculo, id quod ipsa cogebat ueritas, fatebamur non esse sub caelo, qui Martinum possit imitari.

1 conscendens *de Prato cum cod. Vorstii* || longum a. crinem *V*: longius collum crinemque *AFv* 2 et *V*: hoc *AFv* 3 uideremus *V* || tantum *om. F* 4 non uiderent *V* 6 euanthius *FV (item infra)*: euantius *Av* || uir scilicet *F* 7 admodum *BV*: tamen admodum *AFv* 8 extremo *om. V* || coepit *F* 11 sentit *V*: sensit *AFv* 12 magna cum prece *V corr. m. 2* 13 tenuit *BMV*: detinuit *AFv* 14 quem iam *AV*: quo iam *F*, quoniam *Q* 16 exponit *B* || serpens *BV*: serpentis *AFv* 17 ad *om. F in rasura, item M* 19 pertrectans *A* || uulnusculum ipsum *A* 20 uidimus *om. F pr. m.* 21 prouocatum *V*: reuocatum *AFv* 22 deinde *AFv* || per *Giselino delendum uidebatur* || serpsisse *Lazius*, stillasse *lectio uaria in cod. Veneto*

Digitized by Google

Consequenti itidem tempore iter cum eo, dum dioeceses uisitat, 3
agebamus. nobis nescio qua necessitate remorantibus aliquantulum ille processerat. interim per aggerem publicum plena mi- 2
litantibus uiris fiscalis raeda ueniebat. sed ubi Martinum in ueste hispida nigro et pendulo pallio circumtectum contigua de latere iumenta uiderunt, paululum in partem alteram pauefacta cesserunt. dein funibus inplicatis protentos illos, quibus, ut saepe 3
uidistis, misera ipsa animalia conglobantur, ordines miscuerunt: dumque aegre expediuntur, moram fecere properantibus. qua permoti iniuria militantes praecipitatis in terram saltibus se dederunt. dehinc Martinum flagris ac fustibus urguere coeperunt, 4
cum quidem ille mutus et incredibili patientia praebens terga caedentibus maiorem insaniam infelicibus commoueret, magis ex hoc furentes, quod ille quasi non sentiens uerbera inlata contemneret. nos ilico consecuti foede cruentum adque uniuersa 5
corporis parte laniatum, cum exanimis in terram procubuisset, inuenimus: statimque eum asello suo inposuimus ac locum caedis illius exsecrantes raptim abire properauimus. interea illi regressi ad raedam suam furore satiato, agi quo ire coeperant, iumenta praecipiunt. quae cum omnia solo fixa ac si aenea signa riguis- 6
sent, adtollentibus altius uocem magistris, flagris hinc adque inde resonantibus, nihil penitus mouebantur. consurgunt deinde omnes pariter in uerbera: consumit Gallicas mularum poena mastigias. tota rapitur silua de proximo, trabibus iumenta tun- 7
duntur, sed nihil penitus saeuae manus agebant: uno adque eodem in loco stabant fixa simulacra. quid agerent infelices homines nesciebant, nec iam ultra dissimulare poterant, quin quamlibet brutis pectoribus agnoscerent, diuino numine se teneri. tandem ergo in se regressi coeperunt quaerere, quis ille esset, 8

1 eo dum] eodem *V*, eodem dum *AF* || diocisis uisitata *V* 3 puplicum *F* 4 raeda *V*: reda *AF*, rheda *v et sic infra* § 5 5 circumiecctum *V* 6 cesserunt *ABV*: haeserunt *Fv* 7 deinde *v* 8 ipsa *V*: illa *AFv* 9 facere *F pr. m.* 10 saltibus *om. F pr. m.* 11 dehinc *V*: dein *A*, deinde *Fv* 12 ille non motus *2 codd. Gisel.* 14 furentibus *M; at u. de Prato* 15 ilico *AFV*: illico *v* || cruentato *F corr.* 16 terra *AF* 19 furore suo satiati *M*, furore fatigati *V; at cf. Paulinus*: Interea expleto satiati corda furore 20 signa *om. AFQ* 21 adtollentibus *BMV*: tollentibus *AFv* 24 trauibus *V* 29 regressi in se *F*, in se reuersi *M*

Digitized by Google

quem in eodem loco ante paululum cecidissent, cum percontantes cognoscunt ex uiantibus, Martinum a se tam crudeliter uerberatum. tum uero apparere omnibus causa manifesta, nec ignorare
9 iam poterant, quin ob illius uiri iniuriam tenerentur. igitur omnes rapidis nos passibus consequuntur. conscii facti ac meriti, pudore confusi, flentes et puluere, quo se ipsi foedauerant, caput adque ora conspersi, ant Martini se genua prouoluunt, ueniam precantes et ut eos abire sineret postulantes: satis se uel sola conscientia dedisse poenarum satisque intellexisse, quam eodem ipsos uiuos absorbere terra potuisset, uel ipsi potius amissis sensibus in inmobilem saxorum naturam rigescere debuissent, sicut adfixa locis quibus steterant iumenta uidissent: orare se adque obsecrare, ut indulgeret sceleris ueniam et copiam praestaret
10 abeundi. senserat etiam, priusquam occurrerent, uir beatus illos teneri, nobisque id ante iam dixerat: ueniam tamen clementer indulsit eosdemque abire permisit, animalibus restitutis.

4 Illud autem animaduerti saepe, Sulpici, Martinum tibi dicere solitum, nequaquam sibi in episcopatu eam uirtutum gratiam suppetisse, quam prius se habuisse meminisset. quod si uerum est, immo quia uerum est, conicere possumus, quanta fuerint illa, quae monachus operatus est et quae teste nullo solus exercuit, cum tanta illum in episcopatu signa fecisse sub oculis om-
2 nium uiderimus. multa quidem illius prius gesta innotuere mundo neque potuere celari, sed innumerabilia esse dicuntur, quae dum iactantiam uitat, occuluit neque in hominum notitiam passus est peruenire, quippe qui humanam substantiam supergressus, uirtutis suae conscientia mundi gloriam calcans, caelo
3 teste frueretur. quod uerum esse uel ex his, quae conperta nobis sunt nec latere potuerunt, possumus aestimare, siquidem ante episcopatum duos mortuos uitae restituerit, quod liber tuus ple-

1 percontantes *AV et corr. F*: percunctantes *F pr. m. et v* 3 tum *BMV*: tunc *AFv* 5 conscii *BV et corr. F*: conscio *AF*^{1}*v* || merito *de Prato cum Aldina* 9 satisque se i. *A* || eodem *V*: eosdem *AFv* 10 absoruere *V* 14 occurrerent *V*: accurrerent *AFv* 16 eosdemque *V, sed* s *sup. lin.* 17 sulpicii *V* 18 episcopatum *V* 19 meminirat *V* 20 fuerint *MV*: fuerunt *AFv* 21 monacus *A* 23 gesta prius *v* 25 occuluit *BV* (*sed V* occoluit): occultauit *AFv* || et neque *V* 28 fruetur *V*

Digitized by Google

nius est locutus, in episcopatu uero, quod praetermisisse te miror, unum tantummodo suscitarit. cuius rei ego testis sum, si tamen nihil de idoneo teste dubitatis. id ipsum autem uobis, qualiter gestum sit, explicabo. fuerat causa nescio qua Carno- 4
tum oppidum petebamus. interea, dum uicum quendam habitantium multitudine frequentissimum praeterimus, obuiam nobis inmanis turba processit, quae erat tota gentilium: nam nemo in illo uico nouerat Christianum. uerum ad famam tanti uiri campos omnes late patentes confluentium multitudo contexerat. sensit 5
Martinus operandum et adnuntiante sibi spiritu totus infremuit, nec mortale sonans uerbum Dei gentilibus praedicabat, saepius ingemescens, cur tanta Dominum Saluatorem turba nesciret. in- 6
terea, sicut nos incredibilis circumdederat multitudo, mulier quaedam, cuius filius paullo ante defecerat, corpus exanime beato uiro protensis manibus coepit offerre dicens: scimus quia amicus Dei es: restitue mihi filium meum, quia unicus mihi est. iunxit se cetera multitudo et matris precibus adclamabat. tum 7
Martinus uidens pro expectantium salute, ut postea nobis ipse dicebat, consequi se posse uirtutem, defuncti corpus propriis manibus accepit: et cum spectantibus cunctis genua flexisset, ubi consummata oratione surrexit, uiuificatum paruolum matri reddidit. tum uero multitudo omnis in caelum clamore sublato 8
Christum Deum fateri, postremo cuncti cateruatim ad genua beati uiri ruere coeperunt, fideliter postulantes ut eos faceret Christianos. nec cunctatus, in medio ut erant campo, cunctos 9
inposita uniuersis manu catechumenos fecit, cum quidem ad nos conuersus diceret, non inrationabiliter in campo catechumenos fieri, ubi solerent martyres consecrari.

1 praetermisisset miror *V* 2 suscitarit *AF*: suscitaret *V*, suscitauerit *v* 3 de idoneo *V*: de minus idoneo *AFv*, de me minus id. *BM* 4 nescio qua *AFV*: nescio quae, qua *v* || carnutum *B* 5 habitantum *V* 8 Christum *F corr. et v* 9 sensit *V*: sensit hic *AFv* 11 uerba *V* 12 ingemiscens *AVv* 13 multitudo — defecerat *om. F pr. m.* 14 exanimum *v* 16 est mihi *v* 17 adclamabat (accl. *F*) *AFMV*: acclamat *v* 19 se *om. V* 20 spectantibus *BMV*: expectantibus *AFQ*, inspectantibus *v* 21 ubi — surrexit *om. V* || paruulum *AFv* 22 reddidit *2 codd. Gis. et V*: restituit *AFv* 23 deum *ABFV*: dominum *v* || fateri dixere *F* || postremũ *AF* 24 fediliter *V* 25 erant *AV*: erat *Fv* 26 cathecuminos *V*, *item paulo post* 28 solent *AFQ*

Digitized by Google

5 Vicisti, inquit Postumianus, Galle, uicisti, non utique me, qui Martini sum potius adsertor et qui haec omnia de illo uiro et sciui semper et credidi, sed eremitas omnes anachoretasque uicisti. 2 nemo enim illorum, sicut Martinus hic uester, immo noster, mortibus imperauit. meritoque hunc iste Sulpicius apostolis conparat et prophetis, quem per omnia illis esse consimilem fidei 3 uirtus ac uirtutum opera testantur. sed perge quaeso, quamquam nihil magnificentius audire possimus, perge tamen, Galle, quod etiam nunc de Martino superest sermonis euoluere. nam etiam minima illius et cotidiana animus festinat agnoscere, quia mi- 4 nima illius aliorum maximis maiora esse non dubium est. Ita faciam, Gallus inquit: uerum id, quod dicturus sum, ipse non uidi, prius enim gestum est, quam me illi uiro iungerem: sed factum celebre est, fidelium fratrum, qui interfuerant, sermone 5 uulgatum. eo fere tempore, quo primum episcopus datus est, fuit ei necessitas adire comitatum. Valentinianus tum maior rerum potiebatur. hic cum Martinum ea petere cognouisset, quae praestare nolebat, iussit eum palatii foribus arceri: etenim ad animum illius inmitem ac superbum uxor accesserat Arriana, quae totum illum a sancto uiro, ne ei debitam reuerentiam prae- 6 staret, auerterat. itaque Martinus, ubi semel adque iterum superbum principem adire temptauit, recurrit ad nota praesidia: cilicio obuoluitur, cinere conspergitur, cibo potuque abstinet, 7 orationem noctibus diebusque perpetuat. septimo die adsistit ei angelus: iubet eum ad palatium ire securum, regias fores quamlibet clausas sponte reserandas, imperatoris spiritum superbum 8 molliendum. igitur istiusmodi praesentis angeli confirmatus ad-

1 Postumianus *(minio)* uicisti inquit *V* 2 assertor *AF* 3 anachoritasque *V* 6 quem *F corr. ex* quae 7 testatur *V* ‖ quanquam *AF* 8 possumus *F pr. m.* 11 non *BV*: nulli *AFv* 12 et gallus *(minio)* ita faciam inquid *V* ‖ inquit. uerum inquit id *F* 13 gestum *V*: gesta res *AFv* ‖ illi uiro] illo *F corr. in* illi 14 interfuerunt *V haud scio an recte* 15 eo *BV*: eodem *AFv* 16 ualentianus *V* 17 rerum *Fv*: rerum summa *A*, regno *B*, rerum omnium potiebatur imperiuest *(sic) V* ‖ hic *V*: is *AFv* ‖ petere cogn. quae *om. V* 21 auerteret *F pr. m.* 22 adire *FQV*: frustra adire *Av* 23 abstinet** *F* 24 orationem *BMV*: orationibus *A et pr. m. F*, orationes *F corr. et v* ‖ noctibus diebusque *BMV*: diebus noctibusque *AFv* ‖ septimo uero *AFv* ‖ adsistit *V*: adstitit *AFv* 27 confirmatus est *F pr. m. et Q*

Digitized by Google

loquio et fretus auxilio palatium petit. patent limina, nullus obsistit: postremo usque ad regem nemine prohibente peruenit. qui cum uenientem eminus uideret, frendens cur fuisset admissus, nequaquam adsurgere est dignatus adstanti, donec regiam sellam ignis operiret ipsumque regem ea parte corporis, qua sedebat, adflaret incendium. ita e solio suo superbus excutitur et Martino inuitus adsurgit: multumque conplexus quem spernere ante decreuerat, uirtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur: nec expectatis Martini precibus prius omnia praestitit quam rogaretur. conloquio illum adque conuiuio frequenter adsciuit: postremo abeunti multa munera obtulit, quae uir beatus, ut semper, paupertatis suae custos cuncta reiecit. 9 10

Et quia palatium semel ingressi sumus, licet diuersis in palatio temporibus gesta conectam: nequaquam enim praetermittendum uidetur circa Martini admirationem reginae fidelis exemplum. Maximus imperator rempublicam gubernabat, uir omni uita merito praedicandus, si ei uel diadema non legitime tumultuante milite inpositum repudiare uel armis ciuilibus abstinere licuisset: sed magnum imperium nec sine periculo renui nec sine armis potuit retineri. hic Martinum saepius euocatum receptumque intra palatium uenerabiliter honorabat: totus illi cum eo sermo de praesentibus, de futuris, de fidelium gloria, de aeternitate sanctorum, cum interim diebus ac noctibus de ore Martini regina pendebat: euangelico illo non inferior exemplo pedes sancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quem nulla umquam femina contigisset, istius adsiduitatem, immo potius seruitutem non poterat euadere. non illa opes regni, non imperii dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: diuelli a Martini pedibus solo strata non poterat. postremo a uiro suo poscit, dicens Martinum uterque conpellant, ut ei remotis omnibus ministris praeberet scla conuiuium. nec potuit uir beatus 6 2 3 4

1 petiit *A* || patent *om. F* 3 frendens *V:* infrendens *AFv* 6 e *V:* *om. AFv* 8 sensisse se *A* 15 conectam *FV*: connectam *Av* 18 uita *AMV et pr. m. F:* uitae *F corr. et v* 21 retineri *V*: teneri *AFv* 22 ille *F pr. m.* 25 penderet *A* 26 crine tergebat *om. F* 29 deuelli *F pr. m.* 31 poscit *BV*: poposcit *AFv* || dicens *V*: dein *AF*, deinde *v* || conpellant *AV*: compellunt *Fv*

Digitized by Google

obstinatius reluctari. conponitur castus reginae manibus apparatus: sellulam ipsa consternit, mensam admouet, aquam manibus subministrat, cibum, quem ipsa coxerat, adponit. ipsa illo edente eminus secundum famulantium disciplinam solo fixa consistit inmobilis, per omnia ministrantis modestiam et humilitatem exhibens seruientis: miscuit ipsa bibituro et ipsa porrexit. 6 finita cenula fragmenta panis absumpti micasque collegit, satis fideliter illas reliquias imperialibus epulis anteponens. beata mulier, tantae pietatis adfectu illi merito conparanda, quae uenit a finibus terrae audire Salomonem, siquidem simplicem se- 7 quamur historiam. sed fides reginarum est conferenda, quod mihi liceat separata mysterii maiestate dixisse: illa expetiit audire sapientem, ista non tantum audisse contenta meruit seruire sapienti.

7 Ad haec Postumianus, iam dudum, inquit, Galle, audiens te loquentem uehementer admiror reginae fidem: sed ubi illud est, quod nulla umquam femina ferebatur propius adstitisse Martino? 2 ecce ista regina non solum adstitit, sed etiam ministrauit. et uereor ne isto aliquantulum se tueantur exemplo qui libenter feminis inseruntur. Tum Gallus, quid tu, inquit, non uides, quod solent docere grammatici, locum, tempus et personam? propone enim tibi ante oculos captum in palatio imperatoris precibus ambiri, reginae fide cogi, temporis necessitate constringi, ut clausos carcere liberaret, exiliis datos restitueret, bona adempta rehiberet: haec quanti putas constare episcopo debuisse, ut pro his omnibus non aliquantulum de rigore propositi rela- 4 xaret? uerumtamen quia occasione huius exempli male usuros esse aliquos arbitraris, illi uero felices erunt, si a disciplina exempli istius non recedant. uideant enim, quia Martino semel

1 reluctare *V* || castis *F corr.* 4 edente *V et 2 optimi libri Giselini:* sedente *AFv* || constitit *B* 7 caenula *AF*, coenula *v* || absumpti *AV*: assumpti *Fv* || colligit *V* 10 solomonem *V*, sapientiam salomonis *FM* 11 sed *AFQV*: sed si *v* 12 expetit *F* 13 meruit *V*: sed et meruit *AFv* 15 Et postumianus *V* || galle te loquente *F* 16 illud ubi *AFv* 17 adsistisse *V* 18 *fort.* ministrauit ei. uereor 20 inserentur *Q* || tum] et *V* || non uides — personam *om. F pr. m.* 21 dicere *V* 24 datos *FV*: dampnatos *A* || bona ad. rehiberet *om. AF et alii* 25 redhiberet *2 codd. Gisel.* || putes *v* || stare *F pr. m.* 28 aliquos *om. Vv* 29 exempli istius *BMV*: exempli istius uiri *FQv*, istius uiri exempli *A*

Digitized by Google

tantum in uita iam septuagenario non uidua libera, non uirgo lasciuiens, sed sub uiro uiuens, ipso uiro pariter supplicante, regina seruiuit et ministrauit edenti, non cum epulante discubuit: nec ausa participare conuiuium, sed deferebat obsequium. disce 5
igitur disciplinam: seruiat tibi matrona, non imperet, et seruiat, non recumbat: sicut Martha illa ministrauit Domino, nec tamen est adscita conuiuio: immo praelata est ministranti, quae uerbum potius audiebat. sed in Martino ista regina utrumque compleuit: et ministrauit ut Martha, et audiuit ut Maria. quodsi 6
quis hoc uti uoluerit exemplo, per omnia teneat: talis causa sit talisque persona, tale obsequium, tale conuiuium, et in omni uita semel tantum.

Praeclare, inquit Postumianus, nostros istos, ut Martini 8
non egrediantur exemplum, tua constringit oratio, sed profiteor tibi quia haec surdis auribus audientur. nam si Martini seque- 2
remur uias, numquam causas de osculo diceremus et uniuersis scaeuae opinionis opprobriis careremus. ceterum, sicut tu soles dicere, cum edacitatis argueris, Galli sumus: ita nos in hac parte numquam nec Martini exemplo uel tuis disputationibus corrigemur. uerumtamen haec nobis iam dudum agentibus, quid 3
tu tam obstinate, Sulpici, taces? Ego uero, inquam, non solum modo taceo, sed olim de istis tacere disposui. nam quia quandam uiduam uagam, nitidulam, sumptuosam obiurgauerim lasciuius uictitantem, itidemque uirginem adulescenti cuidam mihi

1 uita *ABFMQV*: uita sua *v* 2 sub uiro uiuens *om. V* 3 ministrauit edenti *V*: ministrauit. Haec edenti (edente *A*) *AFQ*, ministrauit. haec edenti adstitit *v* 4 ausa *V*: ausa est *AFv* || participari conuiuio *v* 5 nec imperet *F* || et *om. F in rasura* 6 deo *V* 7 adscita — praelata est *om. V* 8 audiuit *A* 10 teneat *V*: teneat exemplum *AFv* 13 et postumianus *(minio)* praeclare inquam *V* || nostros *om. V* 14 egredeantur *V* 16 numquam — diceremus et *om. V et cod. Trudonensis (Giselini), in alio Gis. libro eadem erasa sunt* || uniuersis *F, sed* is *in litura*, uniuersa *A* 17 sceuae *F, sed* c *erasa* || opinionis** *F*, opinionis et *A* || obprobriis *A* || ceterum *V*: uerum *AFv* 19 nec *V*: uel *AFv* 20 corrigemur *V*: corrigendi (— dos *corr.)* fatemur *Fv*, corrigendi. fatemur teuthones sumus *A* 21 sulpicii *V; additum minio in eodem* (*post* taces) seuerus sulpicius || ego uero *V*: egone *ABFQ*, ego *v* || inquam *B et corr. F*: *om. V*, inquit *AQ* 22 disui *V* 24 uiuentem *2 codd. Gisel.* || mihi caro *om. V*

Digitized by Google

caro indecentius adhaerentem, cum quidem ipsam frequenter audissem alios etiam, qui talia agerent, increpantem, tanta mihi omnium feminarum cunctorumque monachorum odia conciui, ut aduersum me utraeque legiones iurata bella susceperint. 4 unde quaeso taceatis, ne etiam quod uos loquimini ad meam referatur inuidiam. tota nobis istorum memoria relinquatur: ad 5 Martinum potius reuertamur. tu Galle, ut adgressus es, coeptum opus explica. Tum ille, iam quidem uobis, inquit, tanta narraui, ut satisfacere studiis uestris meus sermo debuerit: sed quia uoluntati uestrae non obsecundare mihi non licet, quantum ad- 6 huc diei superest loquar. nam certe dum stramen illud, quod in lectos nostros paratur, aspicio, subuenit in memoriam etiam de 7 stramine, in quo Martinus iacuerat, factam esse uirtutem. res ita gesta est. Claudiomagus uicus est in confinio Biturigum adque Turonorum. ecclesia ibi est celebris religione sanctorum nec minus gloriosa sacrarum uirginum multitudine. praeteriens ergo 8 Martinus in secretario ecclesiae habuit mansionem. post discessum illius cunctae in secretarium illud uirgines inruerunt: adlambunt singula loca, ubi aut sederat uir beatus aut steterat, 9 stramentum etiam, in quo iacuerat, partiuntur. una earum post dies paucos partem straminis, quam sibi pro benedictione collegerat, energumeno, quem spiritus erroris agitabat, de ceruice suspendit. nec mora, dicto citius eiecto daemone persona curata est.

9 Per idem fere tempus Martino a Treueris reuertenti fit obuiam uacca, quam daemon agitabat: quae relicto grege suo in homines ferebatur et iam multos noxie petulca confoderat. uerum ubi

1 adherenti *V* 2 alios — increpantem] de eius amore profitentem *V solus* || quia talia *BM* 3 consciui *V*, concitaui *AFv* 4 ut *om. F* || utreque legionis *V* || susciperent *F* 5 quod *BV*: hoc quod *AFv* 6 uobis *AFv* || memoria *V*: mentio *AFv* 8 ille] gallus *V* 10 mihi non licet *AFQV*: nefas mihi est *Gisel. ex suis* 11 dies *AFQ* 14 Claudiomagus *BMV*: Claudiomacus *AF*, Claudiomachus *v* 15 turonum *F* || ecclesiam *V* 16 multitudine *BMV*: multitudo *AFv* 18 cunctae — illud *om. V* || irruunt *AB* || alambunt *A* 20 stram. *F corr. e* sacramentum || iacuerat *cod. Vorstii:* iacuerunt *V*, quieuerat *AFv* 22 inergumino *V* 23 curata *V et cod. Vorstii:* purgata *AFv* 27 noxiae *V*, noxie *F*, *sed* e *in ras.* || petula *F*, petulans *M*

Digitized by Google

nobis coepit esse contigua, ii qui eam eminus sequebantur, praedicere magna uoce coeperunt ut caueremus. sed postquam ad nos 2
toruis furibunda luminibus propius accessit, Martinus eleuata
[obuiam] manu pecudem consistere iubet: quae mox ad uerbum
illius stare coepit inmobilis, cum interea uidit Martinus dorso 3
illius daemonem supersedentem: quem increpans, discede, inquit, funeste, de pecude et innoxium animal agitare desiste. paruit nequam spiritus et recessit. nec defuit sensus in bucula, 4
quin se intellegeret liberatam: ante pedes sancti recepta quiete
prosternitur, dein iubente Martino gregem suum petiit seque agmini ceterarum oue placidior inmiscuit. hoc illud fuit tempus, 5
quo inter medias flammas positus non sensit incendium, quod mihi non arbitror esse referendum, quia hoc plenius iste Sulpicius, licet in libro suo praeteritum, in epistula tamen postea,
quam ad Eusebium, tunc presbyterum, modo episcopum fecit, exposuit: quam tu, Postumiane, aut credo legisti, aut si incognita tibi est, cum libuerit, in promptu ex illo armario habes: nos ab illo omissa referemus.

Quodam tempore, cum dioeceses circuiret, uenantium agmen 6
incurrimus. canes leporem sequebantur: iamque multo spatio uicta bestiola, cum undique campis late patentibus nullum esset effugium, mortem inminentem iam iamque capienda crebris flexibus differebat. cuius periculum uir beatus pia mente miseratus imperat canibus, desisterent sequi et sinerent abire fugientem.
continuo ad primum sermonis imperium constiterunt: crederes uinctos, immo potius adfixos in suis haerere uestigiis. ita lepusculus persecutoribus alligatis incolumis euasit.

Operae pretium autem est, etiam familiaria illius uerba, spi- 10
ritualiter salsa, memorare. quem recens tonsam forte conspe- 2

1 hii *A*, hi *FVv* || praedicare *2 codd. Gis.* 4 obuiam *om. V, cf. tamen uit. Mart. 13, 8* || iubet *om. F pr. m.* iussit *F corr.* 5 uidit *V*: uidet *AFv* 6 descende *BM* 10 deinde *v* || petiit *ABMV*: petit *Fv* 14 lebro suo praeterito *V* 15 tum *AF* 18 referimus *AFv* 19 Quodam *BV*: Quodam autem *AFv* || cum *V*: dum *AFv* || iocisis *V* || circumiret *A* || agmini *Q et 2 libri Gisel.* 24 ut desisterent *AFv* 25 continuo *V*: qui continuo *AFv* || imperium sermonis *F, sed* imp. *additum m. 2*; sermonis eius imp. *B* 26 uestigis *F* 28 autem *V s. l. habet* || spiritualiter salsa *B*: spiritaliter sancta *V*, spiritali sale

Digitized by Google

xerat. euangelicum, inquit, mandatum ista conpleuit: duas habuit tunicas, unam earum largita est non habenti: ita ergo et
3 uos facere debetis. item cum subulcum algentem ac paene nudum in pellicia ueste uidisset, en, inquit, Adam [eiectus de paradiso] in ueste pellicea sues pascit: sed nos illo uetere deposito,
4 qui adhuc in isto manet, nouum Adam potius induamus. boues ex parte prata depauerant, porci etiam nonnulla suffoderant: pars cetera, quae manebat inlaesa, diuersis floribus quasi picta uernabat. speciem, inquit, gerit pars illa coniugii, quae a pecore depasta etsi non penitus gratiam amisit herbarum, nullam tamen florum retinet dignitatem: illa uero, quam porci pecora inmunda foderunt, fornicationis imaginem foedam protendit: ceterum illa portio, quae nullam sensit iniuriam, gloriam uirginitatis ostendit: herbis fecunda luxuriat, foeni in ea fructus exuberat et ultra omnem speciem distincta floribus quasi gemmis micantibus ornata radiat. beata species et Deo digna: nihil enim
5 uirginitati est conparandum. ita et illi, qui coniugia fornication comparant, uehementer errant, et illi qui coniugia uirginitati
6 aequanda aestimant, miseri penitus et stulti sunt. uerum haec a sapientibus tenenda distinctio est, ut coniugium pertineat ad ueniam, uirginitas spectet ad gloriam, fornicatio deputetur ad poenam, nisi satisfactione purgetur.

11 Miles quidam cingulum in ecclesia, monachum professus, abiecerat: cellulam sibi eminus in remoto quasi eremita uicturus erexerat. interea astutus inimicus uariis cogitationibus brutum pectus agitabat, ut coniugem suam, quam Martinus in monasterio puellarum esse praeceperat, uoluntate mutata secum po-
2 tius uellet habitare. adit ergo Martinum fortis eremita et quid

condita *v*, *F corr. et aliquot libri Giselini, ut uidetur*, spiritaliter *(uel* spiritualiter*)* sale condita *AMQ*

3 iterum *F* || humunculum *V solus* 4 pellicea *v* || eiectus de parad. *om. V* 5 oues pascit *V* 6 adhuc — induamus *om. V* || Adam *om. Q* 8 remanebat *F* 9 a *BV*: *om. AFv*, quã pecora depasta sunt *F corr. m. 2* 11 porci] *add. in F m. 2* id est 12 foeda *A*, foedera *V* || praetendit *AFv* 14 luxuriatur *A* || faeni *V*, feni *A* 16 radiauit *V* 17 fornicationi — qui coniugia *om. V* 19 existimant *B et 2 alii codd. apud de Prato* 24 heremita *AFV*, *item paulo post* 28 adit *BM*: adiit *AFVv* || et quid *AMV*: quid *Fv*

Digitized by Google

haberet animi confitetur. ille uero uehementer abnuere, feminam uiro rursus, iam monacho, non marito, incongrua ratione misceri. postremo cum miles insisteret, adfirmans nihil hoc proposito esse nociturum: se solo coniugis uti uelle solacio, porro ne rursus se in sua reuoluerent, non esse metuendum: se esse militem Christi, illam quoque in eadem militiae sacramenta iurasse: pateretur episcopus sanctos et sexum suum fidei merito nescientes pariter militare. tum Martinus — uerba uobis ipsa dicturus 3 sum — dic mihi, inquit, si umquam in bello fuisti, si in acie constitisti? at ille respondens, frequenter, inquit, in acie steti et in bello frequenter interfui. ad haec Martinus: dic mihi ergo: 4 numquid in illa acie, quae armata in proelium parabatur aut iam aduersus hostilem exercitum conlato comminus pede destricto ense pugnabat, ullam feminam stare aut pugnare uidisti? tum 5 demum miles confusus erubuit, gratias agens errori suo se non fuisse permissum, nec aspera increpatione uerborum, sed uera et rationabili secundum personam militis conparatione correctum. Martinus autem conuersus ad nos, sicut eum frequens fratrum 6 turba uallauerat, mulier, inquit, uirorum castra non adeat, acies militum separata consistat: procul femina in suo degens tabernaculo sit remota. contemptibilem enim reddit exercitum, si uirorum cohortibus turba feminea misceatur. miles in acie, 7 miles pugnet in campo: mulier se intra murorum munimenta contineat. habet et illa gloriam suam, si pudicitiam uiro absente seruauerit: cuius haec prima uirtus et consummata uictoria est, non uideri.

1 ueh. cepit abnuere *F corr.* 3 insisteret *V et cod. Vorstii:* instaret *AFv* 5 in sua *(i. e. in coniugii iura) AFMQV:* in sua uitia *v* 6 in eadem *V:* in eadem eiusdem *AFv* 7 sanctos *Giselinus:* scs *AFV, et sic uel* sanctus *plerique* || et *B et pr. m. F: om. AV,* eos *M et corr. F; cf. de Prato ad h. l.* || suum *om. F* 10 ad ille *V* 11 in bello *V:* bello *AFv* 12 et in illa *v* || armata in *F partim in litura m. 2* || proelium *ABM:* proelio *FVv* || mittebatur *A pr. m.* || aut iam *AFQV:* aut cum iam *v* 13 hostile (*om.* exercitum) *V* || conlato *V:* collocato *AM,* conlocata (-to *corr.*) *F,* collocatus *Q* || cominus *v* || districto *libri et v, sed* stricto *F* 14 pugnabas *FQ* || tum *BMV:* tunc *AFv* 19 ita dicebat mulier inquit *V* 20 in suo *om. F pr. m.* 22 choortibus *V* 23 pugnat *V* 24 illam *V* 25 casta (caste *corr.*) seruauerit *A* || confirmata *V*

Digitized by Google

12 Illud uero, Sulpici, meminisse te credo, quo affectu nobis, cum et tu coram adesses, illam uirginem praedicarit, quae ita se penitus ab omnium uirorum oculis remouisset, ut ne ipsum quidem ad se Martinum, cum eam ille officii causa uisitare 2 uellet, admiserit. nam cum praeter agellum illius praeteriret, in quo se ante conplures annos pudica cohibuerat, audita fide illius adque uirtute deuertit, ut tam inlustris meriti puellam 3 religioso officio episcopus honoraret. nos consequentes gauisuram illam uirginem putabamus, siquidem hoc in testimonium uirtutis suae esset habitura, ad quam tanti nominis sacerdos depo- 4 sito propositi rigore uenisset. uerum illa fortissimi uincula propositi ne Martini quidem contemplatione laxauit. ita uir beatus accepta per aliam feminam excusatione laudabili ab illius foribus, quae se uidendam salutandamque non dederat, laetus abs- 5 cessit. o uirginem gloriosam, quae ne a Martino quidem passa est se uideri! o Martinum beatum, qui illam repulsam non ad contumeliam suam duxit, sed magnificans illius cum exultatione uirtutem inusitato in his' dumtaxat regionibus gaudebat exem- 6 plo! ergo cum haut longe ab illa uillula nos manere nox inminens coegisset, xenium beato uiro eadem illa uirgo transmisit: fecitque Martinus, quod ante non fecerat — nullius enim ille umquam xenium, nullius munus accepit —: nihil ex his, quae uirgo uenerabilis miserat, refutauit, dicens benedictionem illius a sacerdote minime respuendam, quae esset multis sacerdotibus 7 praeferenda. audiant, quaeso, uirgines istud exemplum, ut fores suas, si eas malis obsistere uolunt, etiam bonis claudant, et, ne ad se inprobis sit liber accessus, non uereantur excludere 8 etiam sacerdotes. totus hoc mundus exaudiat': uideri se a Martino

1 illut *V*, illū *A* || sulpicii *V* 2 praedicarit *BMV*: praedicaret *AFv* || ita *om. F* 5 praeter *in F erasum est*, per *M* 6 ante *V*: iam ante *AFv* || cohibuerat *V*: cohibebat *AFv* 7 deuertit *AF²V*: diuertit *F¹v* 9 in *om. F in rasura* 10 esset habitura *AMV*: esse *(om. F 1. m.)* habituram *Fv* 11 proposito *B* || fortissima *B* || uincta *F* 12 nec *F (sed u. 15 idem* ne*)* 14 uidendam se *AFv* 16 o *om. V* || illum repulsum *F corr.* 18 inusitatum — exemplum *FQ* 19 aut *V* 20 senium *V, item paulo post* 21 ante *FV*: antea *Av* 22 nihil *AFQV*: nihil uero *v* 26 malis obsistere uolunt *BV*: mali obsidere uoluerint *AFv* 27 reuereantur *F corr.* 28 exaudiat *AFQV*: audiat *v*

Digitized by Google

uirgo non passa est. non utique illa quemcumque a se reppulit
sacerdotem, sed in eius uiri conspectum puella non uenit, quem
uidere salus uidentium fuit. quis autem hoc praeter Martinum 9
sacerdos non ad suam iniuriam rettulisset? quos aduersum sanc-
tam uirginem motus quantasque iras mente concepisset? haere- 10
ticam iudicasset et anathemandam esse decreuisset. quam uero
illi beatae animae illas uirgines praetulisset, quae crebris occur-
sibus ubique se praebent obuias sacerdoti, quae conuiuia sum-
ptuosa disponunt, quae una pariter discumbunt! sed quo me 11
ducit oratio? paululum iste liberior sermo reprimendus est, ne
in aliquorum forsitan incurrat offensam: etenim infidelibus
obiurgationis uerba non proderunt, fidelibus autem satisfaciet
exemplum. uerum ego ita uirtutem huius uirginis praedica-
bo, ut tamen nihil illis, quae ad Martinum uidendum ex
longinquis regionibus saepe uenerunt, arbitrer derogandum,
siquidem hoc beatum uirum frequenter affectu etiam angeli fre-
quentarint.

Ceterum hoc, quod dicturus sum, Sulpici, hoc te — me autem 13
intuebatur — teste perhibeo. Quodam die ego et iste Sulpicius
pro foribus illius excubantes iam per aliquot horas cum silentio
sedebamus, ingenti horrore et tremore, ac si ante angeli taber-
naculum mandatas excubias duceremus, cum quidem nos, clauso
cellulae suae ostio, ibi esse nesciret. interim conloquentium mur- 2
mur audimus et mox horrore quodam circumfundimur ac stupore,

1 qualemcumque *cod. Vorstii* 3 uiuentium *F* || hoc *V*: hoc alius *AFv* 6 anathemandam *V*: anathematizandam *AFv; cf. Salmas. ad Tertull. de pallio p. 225* 9 discumbunt *V et cod. Vorstii*: accumbunt *AFv* 12 fedilibus *V* || satisfaciet *ABF*: satisfacit *V*, satisfaciat *v* 16 frequentauerunt *B*, uisitarunt *A* 18 hoc *V*: id *AFv* || Sulpici *V et cod. Lazii* (*sed V* sulpicii): Postumiane *AFv* || te *V*: tibi *AFv*, isto tibi *F corr. (al.* te *ante* teste *habent)* 19 teste *BMV*: teste recte *AFv. Post* perhibeo *additum est in marg. V manu saec. IX—X*: hic demitte usque ad finem libri istius. id est usque ad crucem † et notam asteriscum, *quae nota exstat ad calcem capitis 14; de qua adnotatione de Prato bene hoc monuit: Sane Paulinus ipse hoc dialogo quae sequuntur omnia omisit, non tamen Fortunatus, qui locum de Antichristo tantum silentio inuoluit.* 20 illius *om. V* 21 honore *AFQ* 22 mandatis *F pr. m.* || nos *BV: post* ostio *habent AFv* || clausos *V* 24 audimus *BMV*: audiuimus *AFv* || horrere *F pr. m.* || ac stupore *V*: ac obstupescentes *AF*, ac obstupentes *v*

Digitized by Google

3 nec ignorare potuimus nescio quid fuisse diuinum. post duas fere horas ad nos Martinus egreditur: ac tum eum iste Sulpicius, sicut apud eum nemo familiarius loquebatur, coepit orare, ut pie quaerentibus indicaret, quid illud diuini fuisset horroris, quod fatebamur nos ambo sensisse, uel cum quibus fuisset in cellula conlocutus: tenuem enim nos scilicet et uix intellectum sermocinantium sonum pro foribus audisse. tum ille diu multumque cunctatus — sed nihil erat quod ei Sulpicius non extorqueret inuito: incredibiliora forte dicturus sum, sed Christo teste non mentior, nisi quisquam est tam sacrilegus, ut Martinum aestimet fuisse mentitum —: dicam, inquit, uobis, sed uos nulli quaeso dicatis: Agnes, Thecla et Maria mecum fuerunt. referebat autem nobis uultum adque habitum singularum. nec uero illo tantum die, sed frequenter se ab eis confessus est uisitari: Petrum etiam et Paulum Apostolos uideri a se saepius non negauit. iam uero daemones, prout ad eum quisque uenisset, suis nominibus increpabat. Mercurium maxime patiebatur infestum, Iouem brutum adque hebetem esse dicebat. haec plerisque etiam in eodem monasterio constitutis incredibilia uidebantur, nedum ego confidam omnes, qui haec audient, crediturus. nam nisi inaestimabilem uitam adque uirtutem Martinus egisset, nequaquam apud nos tanta gloria praeditus haberetur. quamquam minime mirum, si in operibus Martini infirmitas humana dubitauit, cum multos hodieque uideamus nec Euangeliis credidisse. a Martino autem saepe angelos uisos familiariter et sensimus et experti sumus. rem minimam dicturus sum, sed tamen dicam. apud Nemausum episcoporum synodus habebatur, ad quam quidem ire noluerat, sed quid gestum esset scire cupiebat. casu cum eo iste Sulpicius nauigabat, sed procul, ut semper, a ceteris in remota nauis parte residebat. ibi angelus, quid gestum esset in synodo, ei nuntiauit. nos postea tempus habiti concilii sollicite requirentes satis con-

3 pie quaerentibus *BMV*: perquirentibus *AFv* 6 intente* enim *V* || scilicet *V*: licet *AFv* 9 incredibilia *BM* 10 nisi si *B* || existimet *B* 11 inquam *V* || nulli quaeso *AFV*: quaeso nulli *v* 12 dicetes *V* || tecla *AF* || praeferebat *F* 13 adque *om. A pr. m.* 18 in eodem etiam *v* 23 dubitauit *V*: dubitauerit *AFv* 24 nec euangeliis *BV*: ne eu. quidem *AFQv* 30 resedebat *V*, solus residebat *BM* || ei *post* ibi *habent AFv* 31 consilii *V*

Digitized by Google

pertum habuimus, ipsum diem fuisse conuentus et eadem ibi fuisse decreta, quae Martino angelus nuntiarat.

Ceterum cum ab eo de fine saeculi quaereremus, ait nobis, Ne- 14
ronem et Antichristum prius esse uenturos: Neronem in occiden-
tali plaga subactis decem regibus imperaturum, persecutionem
ab eo eatenus exercendam, ut idola gentium coli cogat. ab 2
Antichristo uero primum Orientis imperium esse capiendum, qui
quidem sedem et caput regni Hierosolymam esset habiturus: ab
illo et urbem et templum esse reparandum. illius eam persecu- 3
tionem futuram, ut Christum Deum cogat negari, se potius
Christum esse confirmans, omnesque secundum legem circumcidi
iubeat: ipsum denique Neronem ab Antichristo esse perimendum,
adque ita sub illius potestate uniuersum orbem cunctasque gentes
esse redigendas, donec Christi aduentu impius opprimatur. non 4
esse autem dubium, quin Antichristus malo spiritu conceptus
iam natus esset et iam in annis puerilibus constitutus, aetate legi-
tima sumpturus imperium. quod autem haec ab illo audiuimus,
annus octauus est: uos aestimate, quam iam in praecipiti consi-
stant, quae futura metuuntur.

Haec cum maxime Gallus, necdum explicitis quae statuerat 5
referre, loqueretur, puer familiaris ingressus est, nuntians, Refri-
gerium presbyterum stare pro foribus. dubitare coepimus, utrum 6
Gallum adhuc esset melius audire, an exoptatissimo nobis uiro,
qui officii causa ad nos ueniebat, occurrere. tum Gallus: etiamsi 7
non ob aduentum sanctissimi sacerdotis relinquenda nobis haec

1 eadem ibi *V*: ea ibi ab episcopis *AFv* 3 Ceterum cum — futura metuuntur *(§ 4 extr.) haec om. AF et codd. plerique, sed exstant in MV, cod. Ven. (apud de Prato) et in 3 libris (Trudonensi, Bethl. et Parc.) Giselini* || ab eo *om. M* 4 ante christum *V et sic per totum hoc caput* 5 regibus subactis decem *v (i. e. hoc loco ed. Gis.)* || persecutionem *V*: persecutionemque *M Ven.*, persecutionem autem *v* 7 primum *Ven. et M*: primo *V*, *om. v* || orientale *v* || esse cap. imperium *M* 9 et urbem *V*: urbem *v* 10 futuram esse *v* || Dominum *v* 11 iubeat circumcidi *M Ven.* 12 ipsum *MV*: et ipsum *v* 13 ita *om. v* 14 aduentu Christi *v* || non esse — metuuntur *om. M Ven.* 16 iam natus *Parc. et V*: *om. v* 18 uos aestimate — metuuntur *Parc. et V*: uos autem aestimate quo in praecipitio consistunt quae futura sunt *v* 20 et sulpicius haec *V* || explicatis *v* 21 loqueremur *V* || ingreditur *A* 23 melius esset *B*

Digitized by Google

esset oratio, nox ipsa cogebat hucusque prolatum finire ser-
8 monem. uerum quia de Martini uirtutibus nequaquam expli-
cari uniuersa potuerunt, haec uos hodie audisse sufficiat, cras
reliqua dicemus. ita pariter accepta hac Galli sponsione sur-
reximus.

DIALOGVS TERTIVS.

1 Lucescit hoc, Galle: surgendum est. nam, ut uides, et Postu-
mianus instat et hic presbyter, qui hesterno auditorium amisit,
exspectat, ut quae de Martino nostro in hodiernum diem expli-
2 canda distuleras, debitor sponsionis euoluas. non ignarus quidem
iste omnium, quaecumque memoranda sunt, sed dulcis et grata
cognitio est etiam nota relegenti, siquidem natura ita conparatum
sit, ut meliore quis conscientia se nosse congaudeat, quae mul-
3 torum testimoniis non esse incerta cognoscat. nam [et] hic a
prima adulescentia Martinum secutus nouit quidem omnia, sed
libenter cognita recognoscit. fatebor enim tibi, Galle, Martini
mihi saepius auditas esse uirtutes, quippe qui de eo etiam litteris
multa mandauerim: sed per gestorum admirationem semper mihi
noua sunt, quae de illo licet audita saepius reuoluuntur. proinde
additum nobis Refrigerium auditorem eo inpensius gratulamur,
quo promptius Postumianus iste, qui haec Orienti inferre festinat,
quasi sub testibus consignatam abs te accepturus est ueritatem.
haec me loquente, Gallo iam ad narrandum parato, inruit turba
4 monachorum, Euagrius presbyter, Aper, Sabbatius, Agricola:

1 prolatum *V*: pertractum *Lazius*, protractum *AFv* 3 haec — sufficiat *om. V* 4 et sulpicius ita *V* || hac *BMV*: *om. AFv* 6 Explicit liber tertius *A*, Explicit liber tertius de uita S̄ci Martini Dialogus secundi *(sie) F*; Finit I $\overset{r}{\text{ts}}$ (*i. e.* tractatus) incipit sequenti die de eadem re *V* 7 hoc *V*: o *AFv*; *est phrasis comica* lucescit hoc iam, *u. Plauti Amph. I, 3, 45. Ter. Heaut. III, 1, 1* 8 hesternum *BM* || auditorium amisit *ABFMQV* (*sed Q* admisit)*:* auditorio est admissus *v* 10 euoluas *om. A*, exsoluas *pauci dett.* 11 iste est *F corr. m. 2* 12 ita *om. V*, ista *A* 13 melior *V* || congaudeat *AFMQV:* gaudeat *v* 14 cognoscit AF^2 || et *om. V* 15 sequtus *V* 18 sed — sunt] *AV*: ut — sint *F in ras. m. 2* 19 saepius audita *F* 23 ad loquendum *A* 24 Aper *om. V*, *at cf. p. 199, 10* || sabbatius *V*: sebastianus *AFv*

Digitized by Google

et post paululum ingreditur presbyter Aetherius cum Calupione diacono et Amatore subdiacono: postremus Aurelius presbyter, dulcissimus meus, longiore uia ueniens anhelus occurrit. Quid, 5
inquam, tam subito et insperati tam ex diuersis regionibus tam
5 mane concurritis? Nos, inquiunt, hesterno cognouimus, Gallum istum per totum diem Martini narrasse uirtutes, et reliqua in hodiernum diem, quia nox oppresserat, distulisse: propterea maturauimus frequens auditorium facere de tanta materia locuturo. interea nuntiatur multos saecularium stare pro foribus, nec 6
10 ingredi audentes, sed ut admitterentur rogantes. tum Aper, nequaquam, inquit, istos nobis admisceri conuenit, quia ad audiendum curiositate potius quam religione uenerunt. confusus ego 7
illorum uice, quos non admittendos esse censebat, aegre tandem obtinui, ut Eucherium ex uicariis et Celsum admitterent consu-
15 larem, ceteri sunt repulsi. tum Gallum media in sede conponimus: qui cum diu nobili sua uerecundia silentium tenuisset, 8
tandem ita exorsus est.

Conuenistis, inquit, ad me audiendum, uiri sancti et diserti, 2
sed religiosas potius quam doctas aures, ut arbitror, adtulistis,
20 audituri me fidei testem, non oratoris copia locuturum. quae autem hesterno dicta sunt, non reuoluam: illa qui non audierunt, ex scripturis cognoscent. noua Postumianus expectat nuntiaturus 2
Orienti, ne se in conparatione Martini praeferat Occidenti. ac primum gestit animus, quod Refrigerius in aurem suggerit, ex-
25 plicare: res in Carnutena gesta est ciuitate. 3

1 presbyter *V*: presbyter noster *AFv* || Etherius *v* || calupione *BV*: calyppione *A*, calyppiono *F*, Callipione *v*, Calliopio *Barthius* 3 longiori *A* || occurrit *BMV*: cucurrit *AFv* 4 et *V*: et tam *AFv*, tam *B* || tam *(ante* ex*) deletum in V eadem manu* 5 Et illi nos *V* || inquit *AF*^{1}*V* 8 de tanta materia *V et cod. Vorstii:* tantam materiam *AFv* 10 rogantes *BV*: orantes *AFv* 11 inquit istos *AF*: quidem istos *V*, istos inquit *v* 12 ergo *F pr. m.* 13 tandem *ed. Parisina*: tamen *libri* 14 admitteret *B* 15 repulsi sunt *F* || in media *A* 17 tamen *F pr. m.* 18 uiri sancti *V*: et sancti *AFv* 19 uti *v* 20 fidei testem *V*: fidei testes *AF*, fide teste *Q*, fide testis *v* 22 scripturis *V*: scriptore *B*, scriptis *AFv* || cognoscent *BV:* recognoscent *AFv* 24 explicare *BFV*: explicari *Av* 25 carnutena *V*: carnutum *B*, carnotena *AFv*

Digitized by Google

Paterfamilias quidam duodecennem filiam ab utero mutam Martino coepit offerre, poscens ut linguam ligatam meritis suis
4 sanctis uir beatus solueret. ille cedens episcopis, qui tum forte latus illius ambiebant, Valentino adque Victricio, inparem se esse tantae moli, sed illis quasi sanctioribus nihil inpossibile fa-
5 tebatur. at illi pias preces una cum patre supplici uoce iungentes orare Martinum ut sperata praestaret. nec cunctatus ultra — utrumque praeclarum, et ostendendo humilitatem nec differendo pietatem — iubet circumstantis populi multitudinem submoueri: episcopis tantum et puellae patre adsistentibus in orationem suo
6 illo more prosternitur. dein pusillum olei cum exorcismi praefatione benedicit, adque ita in os puellae sanctificatum liquorem,
7 cum et linguam illius digitis teneret, infudit. nec fefellit sanctum uirtutis euentus. patris nomen interrogat: mox illa respondit. proclamat pater cum gaudio pariter et lacrimis Martini genua conplexus, et hanc primam se filiae audisse uocem cunctis stu-
8 pentibus fatebatur. ac ne cuiquam id incredibile forte uideatur, perhibeat uobis praesens Euagrius testimonium ueritatis: nam res ipso praesente tum gesta est.

3 Paruum illud est, quod nuper Arpagio presbytero referente cog-
2 noui, sed non praetermittendum uidetur. Auitiani comitis uxorem misisse Martino oleum, quod ad diuersas morborum causas necessarium, sicut est consuetudo, benediceret: ampullam uitream istiusmodi fuisse, ut rotunda in uentrem cresceret ore producto, sed oris extantis concauum non repletum, quia ita moris sit uascula conplere, ut pars summa umbonibus obstruendis li-

1 paterfamilias quidam *V*: pater filiam *AF*, paterfamilias *v* || duodennem *ed. Ald.* || filiam ab u. mutuam *MV*: ab u. mutam puellam *AFv* 3 scis *AV*: scs *Fv* || uir beatus *V*: *om. AFv* || solueret *V*: absolueret *AFv* 4 ualentino *V*: ualentiano *F pr. m.* ualentiniano AF^2v 7 orauere *F corr.* 9 circumstantes *V* 11 ille *Q* || more *om. F pr. m.* || pauxillum *M* 13 infundit *A* 14 respondet *ed. Ald.* 16 et] dicit *V, haud scio an recte, si uerba sic distinguas*: dicit hanc pr. se f. audisse uocem: cunctis stup. fatebatur 17 fatetur *coni. de Prato* 20 Paruum *BM*: Parum *AFVv* || arpagio *AFV*: Harpagio *v* 22 ad uersas *V* 23 ampullam *BFV*: ampullulam *AFv* 24 rotundam *B*, rotundum *coni. de Prato* 25 ita *BV*: id *AF* 26 uascula *AFV*: uascula illa *v* || conplere *AFV*: compleri *v* || summa umbonibus *de Prato*: summabonibus *V*, summa *om. AFv*

Digitized by Google

bera relinquatur. testabatur presbyter uidisse se oleum sub Mar- 3
tini benedictione creuisse, quoad exundante copia superne diffluereet: eademque, dum ad matremfamilias uasculum referretur, ferbuisse uirtute: nam inter manus pueri portantis ita semper 4
exundasse oleum, ut omne illius uestimentum copia superfusi liquoris operiret: matronam ita usque ad summum labrum plenum uasculum recepisse, ut presbyter hodieque fateatur, obdendi pessuli, quo claudi diligentius seruanda consuerunt, in uitro illo spatium non fuisse. mirum et illud, quod huic — me autem intuebatur — 5
memini contigisse. uas uitreum cum oleo, quod Martinus benedixerat, in fenestra paululum editiore deposuit: puer familiaris incautior linteum superpositum, ampullam ibi esse ignorans, adtraxit. uas super constratum marmore pauimentum decidit. cunctis metu exterritis benedictionem Dei perisse, ampulla perinde incolumis est reperta, ac si super plumas mollissimas decidisset. quae res non potius ad casum quam ad Martini est referenda 6
uirtutem, cuius benedictio perire non potuit.

Quid illud, quod factum a quodam est, cuius nomen, quia praesens est et prodi se uetuit, supprimetur: cui quidem tem- 7
pori hic etiam Saturninus interfuit. canis nobis inportunior oblatrabat. in nomine, inquit, Martini iubeo te obmutescere. canis — haesit latratus in gutture: linguam abscisam putares — obmu- 8
tuit. ita parum est ipsum Martinum fecisse uirtutes: credite mihi, quia etiam alii in nomine eius multa fecerunt.

Auitiani quondam comitis noueratis barbaram nimis et ultra 4
omnia cruentam feritatem. hic rabido spiritu ingressus Turonum

2 quod ad *F*, quod *V* || diffluereet *MV*: deflueret *AFv*; *apte comparauit de Prato Lucret. III, 436 et Cic. Brut. § 316* 3 eademque — ferbuisse uirtute *V* (*sed* feruuisse *corr. in* feruisse): eandemque — seruasse uirtutem *codd. rell. et v* 4 reportantis *BM* 6 ita usque *ABFMV*: itaque *v* 7 fatetur *v* 8 consueuerunt *v* 9 miror *V* || huic] adhuc *F sed in ras. m. 2* 10 uas *om. F pr. m.* 11 editiore *om. V* 12 ampullulam *A* || ignorans *BV*: ignarus *AFv* 14 benedictionem dei perisse *V*: ne benedictio deperisset *AFv* || ampullula *AF* 18 quod — quodam est *om. A*, est a quodam *Fv* 19 prodi se *F corr. e* prodisse || suppremetur *V* 20 interfuit — inportunior *om. V* 21 canis *ABV*: cani *Fv*; *mutauimus uerborum distinctionem* 22 abscisam *BV*: ut abscisam *AF*, ut abscissam *v* 24 alii etiam *A* 26 omnia *BMV*: omnes *AFv* || rabido *AM*: rauido *V*, rabulo *B*, rapido *Fv* || turonus *A*

Digitized by Google

ciuitatem, sequentibus eum miserabili facie ordinibus catenatis, diuersa perdendis parari iubet genera poenarum, disponit po-
2 stero die adtonita ciuitate ad opus triste procedere. quod ubi Martino conpertum est, solus paulo ante mediam noctem ad praetorium bestiae illius tendit. sed cum profundae noctis silentio
5 quiescentibus cunctis nullus foribus obseratis pateret ingressus, ante limina cruenta prosternitur. interea Auitianus graui somno sepultus angelo ingruente percellitur: seruus, inquit, Dei ad tua
3 limina iacet et tu quiescis? qua ille uoce percepta lecto suo turbatus excutitur, conuocatisque seruis trepidus exclamat, Mar-
10 tinum esse pro foribus: irent protinus, claustra reserarent, ne
4 Dei seruus pateretur iniuriam. sed illi, ut est omnium natura seruorum, uix prima limina egressi, inridentes dominum suum quod somnio fuisset inlusus, negant quemquam esse pro foribus, ex suomet ingenio coniectantes neminem nocte posse uigilare,
15 nedum illi crederent, in illo noctis horrore iacere ante aliena limina sacerdotem: idque Auitiano facile persuasum est. rursum soluitur in soporem: sed mox ui maiore concussus exclamat Martinum stare pro foribus: sibi ideo nullam quietem animi corpo-
5 risque permitti. tardantibus seruis ipse usque ad limina exteriora
20 progreditur: ibi Martinum ut senserat deprehendit. perculsus
6 miser tantae uirtutis manifestatione, quid, inquit, mihi hoc, domine, fecisti? nihil te loqui necesse est: scio quid desideres, uideo quid requiras: discede quantocius, ne me ob iniuriam tuam caelestis ira consumat: satis soluerim hucusque poenarum. crede
25 7 quia non leuiter apud me actum est, ut ipse procederem. post discessum autem sancti aduocat officiales suos, iubet omnes custodias relaxari et mox ipse proficiscitur. ita fugato Auitiano laetata est ciuitas et liberata.

2 disponit *V*: disponens *AFv* || postera *v* 3 triste *V*: tam triste *AFv* 5 pertendit *M* || profundo *B* 6 nullis *F pr. m.* 9 et *om. V* 12 natura seruorum *om. V* 13 prima limina uix *A* (*sed add.* uix *m. 2*) 14 somnio *de Prato*: somno *libri* 15 suimet *F corr.* 16 necdum *V* || illius noctis *F* 17 est *om. AFv* 19 sibiq. *F*, *sed* q. *erasum* 20 usque *om. AF* 21 adpraehendit *V* 22 manifestatione uirtutis *AFv* 23 te loqui *AFV*: loqui te *v* 27 sancti martini *V*, martini (*om.* sancti) *F* || custodia *v* 29 est ciuitas et liberata *AFV*: est se ciuitas liberatam *duo codd. Gisel. et v*

Digitized by Google

Haec cum multis Auitiano referente conperta sint, tum nuper 5
Refrigerius presbyter, quem coram uidetis, a Dagrido, fideli
uiro ex tribunis, sub inuocatione diuinae maiestatis audiuit, qui
sibi hoc ab ipso Auitiano relatum esse iurabat. ceterum nolo mi- 2
remini me hodie facere, quod hesterno non feci, ut ad singulas
quasque uirtutes nomina testium personasque subnectam, ad quas
si quis fuerit incredulus, quia adhuc in corpore sunt, recurrat.
exegit id infidelitas plurimorum, qui in aliquibus, quae hesterno 3
memorata sunt, nutare dicuntur. accipiant ergo testes adhuc in-
columes adque uiuentes, quibus, quia de fide nostra dubitant,
magis credant. sed si adeo infideles sunt, profiteor quia nec illis
sunt credituri. miror autem quemquam, qui uel tenuem sensum 4
religionis habeat, tantum piaculi uelle committere, ut putet quem-
quam de Martino posse mentiri. facessat a quoquam, qui sub Deo 5
uiuit, ista suspicio: neque enim Martinus hoc indiget, ut men-
daciis adseratur. sed totius sermonis fidem, Christe, apud te
deponimus, nos nec alia dixisse nec alia dicturos, quam quae
aut ipsi uidimus aut quae manifestis auctoribus uel plerumque
ipso referente cognouimus. ceterum etsi dialogi speciem, quo ad 6
leuandum fastidium lectio uariaretur, adsumpsimus, nos pie
praestruere profitemur historiae ueritatem. haec me extrinsecus
inserere nonnullorum incredulitas non sine meo dolore conpulit.
sed redeat ad nostrum sermo consessum: in quo cum me tam stu- 7
diose audiri uideam, fatear necesse est Aprum fecisse constanter,
qui reppulit infideles, eos tantum iudicans audire debere qui
crederent. efferor, si quid creditis, spiritu et prae dolore totus 8

1 sint *ABFV*: sunt *v* 2 adagrido *V*: abagarido *AFMQ*, auagdrio *B* ab euagrio *cod. Trudon. Giselini et v* 3 magestatis *F* 5 externo *V* 8 exegit *V*: exigit *AFv* 9 nutare *F in ras. m. 2* 12 quendam *F* 13 uellet c. ut putent *V* 15 suspitio *AF* || nam neque *B* 16 sed *V:* sed tamen *AFv* || sermonis *V, sed* nis *s. l.* || Christe apud te *BV*: apud te Christe *AFv* 17 deponimus *B*: depromimus *AFVv, sed in V* o *m. post.* 19 quod *V* 20 leuandum *BFQV*: leuiandum *A*, releuandum *v* 21 praestruere *AQV et pr. m. F*: praestare *F corr. et v* 22 compulit *Mercerus:* compulerat *F* (*sed* at *corr. ex* it), conpulerit (*uel* comp.) *AVv; cf. uar. lect. ad p. 205, 5* 23 consensum *ABFMV* || tam *F in ras.* 24 fatear *de Prato:* fateor *Vv*, fatebor *ABF* 25 repulit *Av* 26 si quid *BMV*: siquidem *AFv* (siquidem, credite, *ed. Aldina,* si quidem cernitis *Casp. Barthius)*

Digitized by Google

insanio: non credunt Martini uirtutibus Christiani, quas daemones fatebantur?

2 Monasterium beati uiri duobus a ciuitate erat milibus disparatum: sed si quotiens uenturus ad ecclesiam pedem extra cellulae suae limen extulerat, uideres per totam ecclesiam energumenos rugientes, et quasi aduenientе iudice agmina damnanda trepidare, ut aduentum episcopi clericis, qui uenturum esse nescirent, daemoniorum gemitus indicaret. uidi quendam adpropiante Martino in aëra raptum manibus extensis in sublime suspendi, ut nequa-
3 quam solum pedibus adtingeret. si quando autem exorcizandorum daemonum Martinus operam recepisset, neminem manibus adtrectabat, neminem sermonibus increpabat, sicut plerumque per clericos rotatur turba uerborum, sed admotis energumenis ceteros iubebat abscedere, ac foribus obseratis in medio ecclesiae
4 cilicio circumtectus, cinere respersus, solo stratus orabat. tum uero cerneres miseros diuerso exitu perurgueri: hos sublatis in sublime pedibus quasi de nube pendere, nec tamen uestes defluere in faciem, ne faceret uerecundiam nudata pars corporum: at in parte alia uideres sine interrogatione uexatos et sua crimina confitentes. nomina etiam nullo interrogante prodebant: ille se Iouem,
5 iste Mercurium fatebantur. postremo cunctos diaboli ministros cum ipso cerneres auctore cruciari, ut iam in Martino illud fateamur inpletum quod scriptum est: quoniam sancti de angelis iudicabunt.

7 Pagum quendam in Senonico annis singulis grando uexabat. conpulsi extremis malis incolae a Martino auxilium poposcerunt:

23 I ad Cor. 6, 2 et 3.

1 credunt *BMV*: credent *AFv* 3 disseparatum *V*, *fort.* separatum, *ut V habet Dial. I, 8, 1* 4 ad *F in ras.* 5 uideris *V* || inaerguminos *V* 6 damnata *F corr.*, damnanda — clericis *om. V* 7 clerici *A* || qui *F corr. e* quē *ut uidetur* 8 indicarent *F corr. et B* || appropinquante *M* 9 aera *AFQV*: aere *v* 10 exorcidiandorum *V* 11 recipisset *V* || adtractabat *F*, *om. V* 13 turba *V*: turbo *AFv*; turba uerborum *iam legitur apud Cic. de orat. III, § 50 et Quintil. inst. orat. 8, 2, 17* 16 sublatas *F pr. m.* 17 uestis defluerent *F* 18 in faciem *BV*: super faciem *AFv; receptam lectionem firmauit de Prato coll. Hilarii lib. c. Constantium 8 et Hieron. ep. 108, 13* 18 ad in *V*, atque in *F* 19 uideris *V* || confidentes *V* 21 fatebantur *F pr. m. et V*: fatebatur *AF²v* || diabuli *V* 25 uexabat *BV*: uastabat *AFv*

Digitized by Google

missa per Auspicium praefectorium uirum satis fida legatio, cuius agros specialiter grauior quam ceterorum adsuerat procella popu-
lari. sed facta ibi oratione Martinus ita uniuersam penitus libera- 2
uit ab ingruenti peste regionem, ut per uiginti annos, quibus postea mansit in corpore, grandinem in illis locis nemo pertu-
lerit. quod ne fortuitum esse et non potius Martino praestitum 3
putaretur, eo anno, quo ille defecit, rursum incubuit rediuiua tempestas: adeo sensit et mundus uiri fidelis excessum, ut cuius uita iure gaudebat, eiusdem mortem lugeret. ceterum si ad haec 4
probanda quae diximus testes etiam infirmior auditor exegerit, non unum ego hominem, sed milia multa producam, et totam in testimonium uirtutis expertae Senonum aduocabo regionem. et 5
tamen tu, Refrigeri presbyter, credo, meministi, nuper nobis super hoc cum Romulo Auspicii illius filio, honorato et religioso uiro, fuisse sermonem: qui haec nobis tamquam inconperta refe-
rebat, et cum futuris prouentibus per adsidua damna trepidaret, ut ipse uidisti, magno secum maerore lugebat, Martinum non in haec tempora reseruatum.

Sed ut ad Auitianum recurram — qui cum in omnibus locis 8
cunctisque in urbibus ederet crudelitatis suae infanda monumenta, Turonis tantum innocens erat: et illa bestia, quae humano sanguine et infelicium mortibus alebatur, mitem se adque tranquillum beato uiro praesente praestabat —: memini quodam die 2
ad eum uenisse Martinum: qui ubi secretarium eius ingressus est, uidit post tergum ipsius daemonem mirae magnitudinis adsidentem. quem eminus, ut uerbo, quia ita necesse est, parum Latino loquamur, exsufflans, Auitianus se exsufflari existimans, quid me, inquit, sancte, sic accipis? tum Martinus, non te, inquit,

1 uirum *in F erasum* || legatio *ABFV*: legatione *v* 2 adsueuerat *AFv* 4 ingruente *BF (non item V)* 5 pertulit *V* 6 esset non *V* 7 defecit *BV*: defunctus est *AFv* || rursus *v* 9 eiusdem *ABFMV*: etiam eiusdem *v* 10 exigeret *FQ* 11 hominem ego *A* || multa millia *v* 12 expertam *M, perperam probante de Prato* 14 romulo *V corr. e* rumulo 18 hae *V* 19 cum omnibus *V* 20 in urbibus *MV*: in *om. AFv* 22 tranquillam *F* 25 uidet *ABF* 26 ita *BMV:* et *AF, om. v* || est *om. BM* 27 exsufflans] *add. in V sup. lin. eadem m.* in eum || existimans ait *V* 28 accipis *BMV* (*sed V* accepis): aspicis *AFv*

Digitized by Google

3 sed eum, qui ceruici tuae taeter incumbit. cessit diabolus et reliquit familiare subsellium: satisque constat post illum diem Auitianum mitiorem fuisse, seu quod intellexerit egisse se semper adsidentis sibi diaboli uoluntatem, seu quod inmundus spiritus ab illius consessu per Martinum fugatus priuatus est potestate grassandi, cum erubesceret minister auctore nec ministrum auctor urgueret.

4 In uico Ambatiensi, id est castello ueteri, quod nunc frequens habitatur a fratribus, idolium noueratis grande opere constructum. politissimis saxis moles turrita surrexerat, quae in conum sublime procedens superstitionem loci operis dignitate seruabat.

5 huius destructionem Marcello, ibidem consistenti presbytero, uir beatus saepe mandauerat. post aliquantum tempus regressus in-

6 crepat presbyterum, cur adhuc idolii structura consisteret. ille causatus uix militari manu et ui publicae multitudinis tantam mo-

7 lem posse subuerti, nedum id facile putaret per inbecillos clericos aut infirmos monachos quiuisse curari. tum Martinus recurrens ad nota subsidia nocte tota in oratione peruigilat: mane orta tempestas aedem idoli usque ad fundamentum prouoluit. uerum haec Marcello teste dicta sint.

9 Aliam eius non dissimilem in simili opere uirtutem Refrigerio adstipulante perhibebo. columnam immensae molis, cui idolum superstabat, parabat euertere, sed nulla erat facultas, qua id

2 daretur effectui: tum ad orationem suo more conuertitur. uisam

1 incumbit cessit *BMV*: incubuit ita recessit *AFv* 2 post illum diem *V*: ab illo die *AFv* 3 intellexerat *F, immo exspectares* intellexit 5 consensu *ABF*^{1}*M* 6 auctore *V*: auctorem *AFv* 8 uico *BV*: uico autem *AFv* || ambaciensi *F* (ambiac. *corr.*), ambaciacensi *A*, ambiacensi *al.* || castello *AFMQV*: castello illo *v* || quod — a fratribus *om. V; at u. Paulinum quem adfert de Prato:* Vicus erat, ueteris quondam uestigia castri, Nunc famulis habitata Dei Christique ministris 9 idolium *(i. e. templum idoli, εἰδωλεῖον) Casp. Barthius:* idolum *libri* 10 molis *V* || quae in conum sublime *B et cod. Trudon. Giselini:* quae in tronum (thronum *corr.*) sublime *V*, quae in quo collectio summitatis thronum sublime (— mẽ *F*) *AFQ* 12 distructionem *V* || uir beatus saepe *om. V* 14 idoli *libri* || structa consisterent *V* 15 tantum *A* 16 imbecilles *Fv* 17 tunc *AF* 18 praesidia *M* || nocte tota *V*: noctem totam *AFv* || orationibus *v* 19 eadem *V* 20 sunt *AFMQ* 22 perhibebo *BQV*: perhibeo *AFv* 24 affectui *A*

Digitized by Google

certum est parilem quodammodo columnam ruere de caelo, quae inpacta idolo totam illam inexpugnabilem molem soluit in pulueremː parum scilicet, si inuisibiliter caeli uirtutibus uteretur, nisi ipsae uirtutes uisibiliter seruire Martino humanis oculis cernerentur.

Idem autem Refrigerius mihi testis est, mulierem profluuio 3
sanguinis laborantem, cum Martini uestem exemplo mulieris illius euangelicae contigisset, sub momento temporis fuisse sanatam.

Serpens flumen secans in ripam, in qua constiteramus, adna- 4
bat: in nomine, inquit, Domini iubeo te redire. mox se mala bestia ad uerbum sancti retorsit et in ulteriorem ripam nobis inspectantibus transmeauit. quod cum omnes non sine miraculo cerneremus, altius ingemescens ait: serpentes me audiunt, et homines non audiunt.

Piscem Paschae diebus edere consuetus paulo ante horam refec- 10
tionis interrogat, an haberetur in promptu. tum Cato diaconus, 2
ad quem monasterii administratio pertinebat, doctus ipse piscari, negat per totum diem sibi ullam cessisse capturam, sed neque alios piscatores, qui uendere solebant, quicquam agere quiuisse. uade, inquit, mitte linum tuum, captura proueniet. contiguum 3
flumini, ut Sulpicius iste descripsit, habebamus habitaculum. processimus cuncti, utpote feriatis diebus, uidere piscantem, omnium spebus intentis, non incassa futura temptamina, quibus piscis Martino auctore Martini usibus quaereretur. ad primum 4
iactum in rete permodico immanem esocem diaconus extraxit et ad monasterium laetus accurrens, nimirum ut dixit poeta nescio

2 expugnabilem *V* 4 oculis *V et cod. Ven. (apud de Prato):* etiam oculis *AFv* 6 testes *V* 10 fluuium *A* || secans *V et cod. Vorstii*: secabat et *AFv* || in ripam *scripsi*: in ripa *V*, ripam *F*, ripae *Av* || adnabat *V*: adnatabat *AFv* 11 cui ait *(sic minio)* in nomine *V* 12 inspectantibus *BMV*: expectantibus *AFv* 14 ingemescens F^1V: ingemiscens AF^2v || et homines n. audiunt *om. V* 18 ministratio *F* 21 contiguum — habitaculum *BFMV*: contigua — habitacula *Av* 23 omnium aciebus *B* 24 incassa *BFV*: incassum *Av* 26 in rete *FMV*: in reti *A*, reti *v* || ••esohascem *in rasura F*, isocem *M*, *ut est apud Plinium N. H. IX. 15, § 44 et Isid. Etym. XX, 2, 30* || et *om. BM* 27 nec mirum *V*

Digitized by Google

quis — utimur enim uersu scholastico, quia inter scholasticos fabulamur —

captiuumque suem mirantibus intulit Argis.

uere Christi iste discipulus, gestarum a Saluatore uirtutum, quas in exemplum sanctis suis edidit, aemulator, Christum in se monstrabat operantem, qui sanctum suum usquequaque glorificans
6 diuersarum munera gratiarum in unum hominem conferebat. testatur Arborius ex praefecto, uidisse se Martini manum sacrificium offerentis uestitam quodammodo nobilissimis gemmis, luce micare purpurea, et ad motum dexterae conlisarum inter se fragorem audisse gemmarum.

11 Veniam ad illud, quod propter temporum notam semper occuluit, sed nos celare non potuit: in quo illud est miraculi, quod
2 facie ad faciem cum eo est angelus conlocutus. Maximus imperator, alias sane bonus, deprauatus consiliis sacerdotum post Priscilliani necem Ithacium episcopum Priscilliani accusatorem ceterosque illius socios, quos nominari non est necesse, ui regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cuiuscumque modi
3 hominem fuisse damnatum. interea Martinus multis grauibusque laborantium causis ad comitatum ire conpulsus procellam ipsam totius tempestatis incurrit. congregati apud Treueros episcopi tenebantur, qui cotidie communicantes Ithacio communem sibi causam fecerant. his ubi nuntiatum est inopinantibus adesse Martinum, totis animis labefactati mussitare et trepidare coeperunt.
4 et iam pridie imperator ex eorum sententia decreuerat, tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui haereticos

3 Statii Theb. 8, 751.

1 scolastico — scolasticos *AF* 4 iste Christi *de Prato ex suis libris (non item ex V)* 5 Christum *BMV*: Christumque *AF (sed in F* q. *erasum)*, Christum quoque *v* 7 in unum h. conferebat *om. A* || testabatur *AF* 10 lucem m. purpuream *FQV* || et ad motatum *V*, et motu *M (de V errauit de Prato)* || dexterae *AMV*: dextrae *Fv* 12 illŭ quod praeter *A* || notam temporum *AFv* 13 illud fuit *B* 14 occuluit *BV* (*sed V* occoluit): occultauit *AFv* 15 post — accusatorem *om. F pr. m.* 16 itachium *AF et sic deinceps, sed F aliquotiens* ithach. 17 nominare *F* || necesse non est *A* 21 treuerus *V* 24 totis animis *om. F pr. m.* || labefactati *AFMQV (sed F* ati *in ras.)*: labefacti *v* || musitare AF^1, mussare *BM* 25 pridem *BM*

Digitized by Google

inquirerent, deprehensis uitam et bona adimerent. nec dubium 5
erat, quin sanctorum etiam magnam turbam tempestas ista depo-
pulatura esset, paruo discrimine inter hominum genera: etenim
tum solis oculis iudicabatur, ut quis pallore potius aut ueste
5 quam fide haereticus aestimaretur. haec nequaquam placitura 6
Martino episcopi sentiebant, sed male consciis illa uel molestissi-
ma erat cura, ne se ab eorum communione adueniens abstineret,
non defuturis qui tanti uiri constantiam praemissa auctoritate
sequerentur. ineunt cum imperatore consilium, ut missis obuiam 7
10 magistri officialibus urbem illam propius uetaretur accedere, nisi
se cum pace episcoporum ibi consistentium adfore fateretur. quos
ille callide frustratus profitetur, se cum pace Christi esse uen-
turum. postremo ingressus nocturno tempore adiit ecclesiam tan- 8
tum orationis gratia. postridie palatium petit. praeter multas,
15 quas euoluere longum est, has principales petitiones habebat:
pro Narsete comite et Leucadio praeside, quorum ambo Gratiani
partium fuerant, pertinacioribus studiis, quae non est temporis
explicare, iram uictoris emeriti: illa praecipua, ne tribuni cum 9
iure gladiorum ad Hispanias mitterentur. pia enim erat sollici-
20 tudo Martino, ut non solum Christianos, qui sub illa erant occa-
sione uexandi, sed ipsos etiam haereticos liberaret. uerum primo 10
die adque altero suspendit hominem callidus imperator, siue ut
rei pondus inponeret, siue quia obnoxius episcopis inplacabilis
erat, seu quia, ut plerique tum arbitrabantur, auaritia repu-
25 gnabat, siquidem in bona eorum inhiauerat. fertur enim ille uir 11
multis bonisque actibus praeditus aduersus auaritiam parum con-
suluisse, nisi regni necessitate, quippe exhausto a superioribus

1 ne dubium *V* 2 quin *F corr. e* quod || magnam *V*: maximam *AFv* 3 crimine *V*, decimine *A* 4 oculis *om. F pr. m.* || ut *V*: cum *AFv* 10 magistri *ABFMQV*: magistris *F corr.*, magisterii *Giselinus ex suis; cf. Chron. II, 41, 2. 48, 5* 11 secum pacem *F pr. m.* 12 est frustratus. profitetur *ABFMQ* || uenturum esse *F* 13 adit *BM* 14 gratia — multas *om. F pr. m.* || postera die F^2 || petiit AF^2 15 quas *V habet s. l.* 16 qui *F corr. e* quorum 17 huius temporis *ed. Ald.* 18 praecipua (*sc.* petitio) *V*: illa praecipue *A*, illa praecipua (ua *F in ras.*) *Fv* 19 sollicitudo *om. F pr. m.* 21 ipsos *om. F pr. m.* 23 quia *V in ras. habet* || obnoxius epis *scripsimus:* bonis id sibi *V*, obnoxius sibi *M*, omissis *B*, nimis sibi *AFv; cf. infra c. 12, 2* 27 nisi *AFQV:* nisi si *BM*, nisi fortasse *v* || necessitas *ABFMQV* || exausto *V* || a *ABMV*: *om. Fv*

Digitized by Google

principibus reipublicae aerario, paene semper in expectatione adque procinctu bellorum ciuilium constitutus facile excusabitur quibuslibet occasionibus subsidia imperio parauisse.

12 Interea episcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad regem concurrunt, praedamnatos se conquerentes, actum esse de suo omnium statu, si Theogniti pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnauerat, Martini armaret auctoritas: non oportuisse hominem recipi moenibus: illum iam non defensorem haereticorum esse, sed uindicem: nihil actum morte
2 Priscilliani, si Martinus exerceat illius ultionem. postremo prostrati cum fletu et lamentatione potestatem regiam inplorant ut utatur aduersus unum hominem ui sua. nec multum aberat, quin cogeretur imperator Martinum cum haereticorum sorte miscere. sed ille, licet episcopis nimio fauore esset obnoxius, non erat nescius Martinum fide, sanctitate, uirtute cunctis praestare mortalibus: alia uia sanctum uincere parat. ac primo secreto arcessitum blande appellat: haereticos iure damnatos more iudiciorum publicorum potius quam insectationibus sacerdotum: non esse causam, qua Ithacii ceterorumque partis eius communionem putaret esse damnandam. Theognitum odio potius quam causa ecisse discidium, eundemque tamen solum esse, qui se a communione interim separarit: a reliquis nihil nouatum. quin etiam ante paucos dies habita synodus Ithacium pronuntiauerat culpa
4 non teneri. quibus cum Martinus parum moueretur, rex ira accenditur ac se de conspectu eius abripuit. mox percussores his, pro quibus Martinus rogauerat, diriguntur.

13 Quod ubi Martino compertum est, iam noctis tempore palatium inrupit. spondet, si parceretur, se communicaturum, modo uti

1 principibus *om. B* || expectatione *BMV:* expeditione *AFv* 2 bellorum *om. F pr. m.* || constitutis *F corr.* 4 non ibat *F corr. in* non adibat 5 conquirentes *F* 6 sit deheognitis *V*, si theognisti *AFv* 12 utatur *om. V* 15 uirtute *V*: ac uirt. *AF*, et uirtute *v* 16 alia *V*: alia longe *AFv* || accersitum *AFv* (accers. secreto *A*) 20 theognitum *V*: theognistum *AFv* 22 separaret *AF* 25 eius *om. F pr. m.* || abripit *ABM* || mox *V*: et mox *AFv* 27 compertum est iam n. tempore *A corr. F et V*: comp. iam n. tempore est *F pr. m. et v* 28 irrupit *F, sed* pit *in ras.* (*ex* irrumpit?) || spondit *F corr.* || modo *BV*: tantummodo *M*, dummodo *AFv* || ut *om. B*

Digitized by Google

et tribuni iam ad excidium ecclesiarum ad Hispanias missi retraherentur. nec mora, Maximus indulget omnia. postridie Felicis 2
episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sane uiri et uere digni, qui meliore tempore sacerdos fieret. huius diei communionem
5 Martinus iniit, satius aestimans ad horam cedere quam his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminebat. uerumtamen 3
summe episcopis nitentibus, ut communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. postero die se inde proripiens cum reuerteretur in uiam et maestus ingemesceret, se uel
10 ad horam noxiae communioni fuisse permixtum, haut longe a uico, cui nomen est Andethanna, qua uasta solitudine siluarum secreta † patiuntur, praegressis paululum comitibus ille subsedit, causam doloris et facti accusante ac defendente inuicem cogitatione peruoluens. adstitit ei repente angelus: merito, inquit, Mar- 4
15 tine conpungeris, sed aliter exire nequisti. repara uirtutem, resume constantiam, ne iam non periculum gloriae, sed salutis incurras. itaque ab illo tempore satis cauit cum illa Ithacianae 5
partis communione misceri. ceterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat et gratia minore curaret, subinde
20 nobis cum lacrimis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se uel puncto temporis necessitate, non spiritu miscuisset, detrimentum sentire uirtutis. sedecim postea uixit annos: nullam 6
synodum adiit, ab omnibus episcoporum conuentibus se remouit.

Sed plane, ut experti sumus, inminutam ad tempus gratiam
25 multiplicata mercede reparauit. uidi postea ad pseudoforum mo- 14

1 ad *V*: in *AFv* 2 mora *BMV*: mora intercessit *AFv* 3 uere *V*: plane *AFv* 4 sacerdus *V* || huius die *V*, huiusmodi *BM* 5 satis *V* 7 summe *V*: summa ui *AFv* 8 firmaret sed extorqueri *AFQ* 9 reuerteretur in uiam et *V*: reuertens in uia (uiam *FQ*) *AFQv* || ingemisceret *Av et corr. F* 11 ande * thanna *A*, andetanna *F* || uasta solitudine *AFQV*: uastas solitudines *v* 12 patiuntur *libri corrupte, sed cod. Vorstii* petuntur; *fort.* patescunt 14 angelus] *additum in V s. l. manu eadem*: et ait 17 incurras *V, item F (sed hic* as *in ras.)*: incurreris *Av* || ab illo t. satis cauit cum *om. V* || ithachianae AF^1 18 communione quam mixtus est ceteris cum quosdam ex inerguminis tradius *V* 22 sedicem *V* || nullam omnino synodum *A* 25 multiplicata *BMV* (*sed V* — atam): multiplici *AFv* || postea *ABFMQV*: praeterea *v* || pseudoforum *libri fere omnes*: pseudothyrum *Giselinus; illud firmat etiam Fortunatus:* Namque ad pseudoforum cellae dum accederet aeger *etc.* || monasteriũ *F (sed* ũ *m. 2 in ras.)*

Digitized by Google

nasterii ipsius adductum energumenum, et prius quam limen adtingeret, fuisse curatum.

Testantem quendam nuper audiui, cum in Tyrreno mari cursu illo, quo Romam tenditur, nauigaret, subito turbinibus exortis
2 extremum uitae omnium fuisse discrimen. in quo cum quidam Aegyptius negotiator necdum Christianus magna uoce clamauerit 'Deus Martini eripe nos', mox tempestatem fuisse sedatam, seque optatum cursum cum summa placati aequoris quiete tenuisse.
3 Lycontius ex uicariis uir fidelis, cum familiam illius lues extrema uexaret et inauditae calamitatis exemplo per totam domum corpora aegra procumberent, Martini per litteras inplorauit auxi-
4 lium. quo tempore uir beatus † rem esse promisit difficilem inpetrari: nam spiritu sentiebat, domum illam diuino numine uerberari: tamen non prius destitit septem totos dies totidemque noctes orando et ieiunando continuans, quam id quod exorandum
5 receperat inpetraret. mox ad eum Lycontius diuina expertus beneficia peruolauit, nuntians simul et agens gratias, domum suam omni periculo liberatam. centum etiam argenti libras obtulit,
6 quas uir beatus nec respuit nec recepit, sed priusquam pondus illud monasterii limen adtingeret, redimendis id captiuis continuo deputauit. et cum ei suggereretur a fratribus, ut aliquid ex eo in sumptum monasterii reseruaret, omnibus in angusto esse uictum, multis deesse uestitum: nos, inquit, ecclesia et pascat et uestiat, dum nihil nostris usibus quaesisse uideamur.
7 Succurrunt hoc loco illius uiri magna miracula, quae facilius admirari possumus quam referre. agnoscitis profecto quod dico: multa sunt illius, quae non queant explicari. uelut istud est,

1 ad limen *v* 3 nuper quendam *AF* || tyrreno *AFV*: Tyrrheno *v* 5 omnibus *ed. Ald.* || in *om. V* 6 clamaret *A* 8 obtatum *F* || placati *V*: placidi *AFv* 9 lyconcius *F* 12 remeare permissus difficili inpetratione *V*, rem esse permensus difficilis impetrari *B*, rem esse permensus difficilem impetrat *A*, rem esse promisit difficilem impetrari *Fv; fort.* rem esse promsit difficilem inpetratu (*uel* difficili inpetratione) 13 nomine *V* 14 distitit *V* 18 optulit *F* 19 accepit *ed. Ald.* || pondus illud priusquam *F* 21 aliquit *V* 22 sumptu *A*, sumptus *F* || in angusto *ABMV*: ..angustum *F*, enim angustum *v* 23 et *om. F in loco eraso* 24 dum *BV*: dummodo *AFv* || uisibus *A* 26 possimus *B* 27 queant *ABFMV:* queunt *v* || ueluti *AFv* || est illud *F*, *sed* illud *in ras. m. 2; ipse malim* istud *sine* est

Digitized by Google

quod nescio an ita, ut gestum est, a nobis possit exponi. quidam 8
e fratribus — nomen non ignoratis, sed celanda persona est, ne
sancto uiro uerecundiam fecerimus — quidam ergo cum ad forna-
culam illius carbonum copiam repperisset, et admota sibi sellula
diuaricatis pedibus super ignem illum nudato inguine resideret,
continuo Martinus factam sacro tegmini sensit iniuriam, magna
uoce proclamans, quis, inquit, nudato inguine nostrum incestat 9
habitaculum? hoc ubi frater audiuit et ex conscientia quod incre-
pabatur agnouit, continuo ad nos cucurrit exanimis, pudorem
suum non sine Martini uirtute confessus.

Quodam itidem die, dum in area, quae parua admodum ta- 15
bernaculum illius ambiebat, in illo suo, quod nostis omnes,
sedili ligneo resedisset, uidit duos daemones in excelsa illa, quae
monasterio supereminet, rupe consistere, inde alacres ac laetos
uocem istiusmodi adhortationis emittere: heia te Brictio, heia
te Brictio. credo cernebant miserum eminus propinquantem, con-
scii quantam illi rabiem spiritus suscitassent. nec mora, Brictio 2
furibundus inrupit: ibi plenus insaniae euomit in Martinum mille
conuicia. obiurgatus enim pridie ab eo fuerat, cur, qui nihil um-
quam ante clericatum quippe qui in monasterio ab ipso Martino
nutritus habuisset, equos aleret, mancipia conpararet. nam illo
tempore arguebatur a multis non solum pueros barbaros, sed
etiam puellas scitis uultibus coemisse. quibus rebus infelicissimus 3
insano felle commotus et, ut credo, praecipue daemonum illorum
agitatus instinctu, Martinum ita adgressus est, ut uix manibus
temperaret, cum quidem sanctus uultu placido, mente tranquilla
infelicis amentiam per mitia uerba cohiberet. sed ita in eo nequam 4
spiritus redundabat, ut ne sua quidem illi, quamuis uana admo-

4 copia *V* || amota *F pr. m.* 5 deuaricatis *V* 7 proclamans ait *V* || inquit *uncinis inclusit de Prato* 8 frater *V*: ille frater *AFv* 10 suum *om. A* 11 Quodam] *hoc caput et sequens om. V, F hic om. et habet in fine dialogi; nec Paulinus rem quae narratur tetigit* || dum] *immo* cum 13 residisset *F* 15 adhortationis *A*: exortationis *F*, *sed* ex *in ras. m. 2* || Brictio *M*: briccio *(bis) AFQ*, brichio *B*; heia te B. *semel habent BM* || 16 credo *om. A* 17 rabiem sui spiritus *M* 18 insania *F* || euomit *ABFQ*: euomuit *v* 19 conuitia *AF*, *et sic item infra* || umquam *om. A* 20 qui] *add.* fuisset *in F m.2* 21 nam *AFQ*: nam iam *v* 22 arg. a m. quod — coemisset *AFQ* || barbaros *om. FQ* (non s. p. barbaros — coemisse *BM, ut uidetur, et Giselini libri meliores)* 27 nequam spir. in eo *F*

Digitized by Google

dum, mens subesset: trementibus labiis incertoque uultu decolor prae furore rotabat uerba peccati, se asserens sanctiorem, quippe qui a primis annis in monasterio inter sacras ecclesiae disciplinas ipso Martino educante creuisset: Martinum uero et a principio, quod ipse diffiteri non posset, militiae actibus sorduisse, et nunc per inanes superstitiones et fantasmata uisionum ridicula prorsus
5 inter deliramenta senuisse. haec cum multa adque alia etiam, quae reticere melius est, acerbiora uomuisset, egressus tandem furore satiato, quasi qui se penitus uindicasset, rapidis ea parte qua uenerat gressibus recurrebat, cum interea, credo per Martini orationes fugatis ab illius corde daemonibus, reductus in paenitentiam. mox reuertitur adque ad Martini se genua prosternit: ueniam poscit, fatetur errorem nec sine daemone se fuisse tandem
6 sanior confitetur. non erat apud Martinum labor iste difficilis, ut ignosceret supplicanti. tunc et ipsi et nobis omnibus sanctus expo-
15 suit, qualiter illum a daemonibus uidisset agitari: se conuiciis non moueri, quae magis illi, a quo essent effusa, nocuissent. exinde
7 cum idem Brictio multis apud eum magnisque criminibus persaepe premeretur, cogi non potuit ut eum a presbyterio submoueret, ne suam persequi uideretur iniuriam, illud saepe commemorans: si
20 Christus Iudam passus est, cur ego non patiar Brictionem?

16 Ad haec Postumianus, audiat, inquit, istud exemplum noster iste de proximo. qui cum sit sapiens, immemor praesentium, immemor futurorum: si fuerit offensus, insanit in sua se non habens potestate: saeuit in clericos, grassatur in laicos, totumque terra-
25 rum orbem in suam commouet ultionem: in qua per triennium iugiter dimicatione consistens nec tempore nec ratione sedatur.
2 dolenda hominis et miseranda condicio, etiamsi hac sola insanabilis mali peste premeretur. uerum ista ei patientiae et tran-

6 fantasmata *AF*: phant. *v* 8 egressus — uindicasset *F post* recurrebat *habet* 9 rapidis — gressibus recurrebat *ABM:* rapidus — recurrebat *Fv* || ea parte qua *AFM:* ex qua parte *v* 11 poenitentiam, mox *distinctum est in edd. claudicante logica ratione. Sententia est:* in eo erat ut recurreret, cum interea reductus est in paenitentiam. Mox reuertitur *etc.* 13 poscit *BM:* poscens *AFv* 14 sanior fatebatur *A* 15 ipse *F pr. m.* 18 briccio *AF* || apud *in F erasum* 19 premeret.. *F* 21 briccionem *AF* 22 etiam istud *M* 23 *malim* cum est sapiens 24 leniter (*uel* leuiter) offensus *2 codd. apud de Prato et ed. Ald.* 27 orationeF 29 malo *F pr. m.*

Digitized by Google

quillitatis exempla referre saepius, Galle, debueras, ut nesciret irasci et sciret ignoscere. qui si istum ipsum breuiter inser- 3
tum sermonem meum in se prolatum forte cognouerit, sciat non magis ore inimici quam amici animo me locutum, quia, si fieri posset, optarem ut Martino potius episcopo quam Phalari tyranno similis diceretur. sed istum, cuius commemoratio parum suauis 4
est, transeamus et ad Martinum nostrum, Galle, redeamus.

Tum ego, cum iam adesse uesperum occiduo sole sentirem, 17
dies, inquam, abiit, Postumiane: surgendum est: simul tam studiosis auditoribus cena debetur. de Martino autem exspectare non debes, ut ulla sit meta referenti: latius ille diffunditur, quam ut ullo ualeat sermone concludi. ista interim de illo uiro portabis 2
Orienti, et dum recurris diuersasque oras, loca, portus, insulas urbesque praeterlegis, Martini nomen et gloriam sparge per populos: in primis memento non praeterire Campaniam: etsi ma- 3
xime cursus in deuio sit, non tamen tibi tanti sint uel magnarum morarum ulla dispendia, quin illic adeas inlustrem uirum ac toto laudatum orbe, Paulinum: illi, quaeso te, primum sermonis nostri, quod uel hesterno confecimus uel hodie diximus, uolumen euolue: illi omnia referes, illi cuncta recitabis, ut mox per illum 4
sacras uiri laudes Roma cognoscat, sicut primum illum nostrum libellum non per Italiam tantum, sed per totum etiam diffudit Illyricum. ille Martini non inuidus gloriarum sanctarumque in 5
Christo uirtutum piissimus aestimator non abnuet praesulem nostrum cum suo Felice conponere. inde si forte ad Africam transfretabis, referes audita Carthagini: licet iam, prout ipse dixisti, uirum nouerit, tamen nunc praecipue de eo plura cognoscat, ne solum ibi Cyprianum martyrem suum, quamuis sancto illius sanguine consecrata, miretur. iam si ad laeuam Achaiae sinum pau- 6

1 saepe *F* || ut nesciret *BM et 2 codd. Gisel.*: ut sciret *AFv* 3 magis non *AF* 5 falari *AF* 6 memoratio *F* 8 Tum ego *V s. l. in quo minio praemissum est*: et sulpicius || ergo *F pr. m.* || uesperam *de Prato inuito cod. V* 9 simul tamen *V* 10 caena *AF*, coena *v* 11 referenti *V*: referendi *AFv* 12 ista *mei*: ita *v* 13 et *V*: sed *AFv* || diuersas *A*, *in F* que *erasum est* || oras *M*: horas *V*, regiones *AFv* 14 spargere *V* 19 quod *AV*: quo *F*, quem *v* 20 refers *V* 22 totam *v* 26 Kartag. *A*, chartag. *FV* || licet iam prout *scripsi*: licet etiam prout *V*, licet etiam pridem ut *AF*, licet iam pridem ut *v* 28 quauis *V* 29 leuam aciem (*ex* Achaicum?) sinum *V*

Digitized by Google

lulum deuexus intraueris, sciat Corinthus, sciant Athenae, non sapientiorem in academia Platonem nec Socraten in carcere fortiorem: felicem quidem Graeciam, quae meruit audire Apostolum praedicantem, sed nequaquam a Christo Gallias derelictas, qui-
7 bus donauerit habere Martinum. cum uero ad Aegyptum usque perueneris, quamquam illa suorum sanctorum numero sit et uirtutibus superba, tamen non dedignetur audire, quam illi uel uniuersae Asiae in solo Martino Europa non cesserit.

18 Ceterum cum Hierosolyma inde petiturus uentis rursum uela commiseris, negotium tibi nostri doloris iniungo, ut si umquam inlustris illius Ptolemaidis litus accesseris, sollicitus inquiras, ubi sit consepultus noster ille Pomponius, nec fastidias uisitare ossa
2 peregrina. multas illic lacrimas tam ex affectu tuo quam ex nostris funde uisceribus, ac licet inani munere solum ipsum flore purpureo et suaue redolentibus sparge graminibus. dices tamen illi, sed non aspere, non acerbe, conpatientis alloquio, non ex-
3 probrantis elogio: quod si uel te quondam uel me semper audire uoluisset, et Martinum magis quam illum, quem nominare nolo, fuisset imitatus, numquam a me tam crudeliter disparatus ignoti pulueris syrte tegeretur, naufragi sorte praedonis passus in medio
4 mari mortem et uix in extremo nanctus litore sepulturam. uideant hoc opus suum, quicumque in ultione illius mihi nocere uoluerunt, uideant gloriam suam et uel nunc aduersum me grassari desinant uindicati.

5 Haec cum maxime flebili uoce gemeremus, omnium lacrimis per nostra lamenta commotis, cum magna quidem Martini admiratione, sed non minore ex nostris fletibus dolore discessum est.

1 diuexus *F* || chorintus *V* 2 socraten in *AV:* socratĕ (*om.* in) *F*, Socratem in *v* 5 donauerat *F pr. m.* 6 et uirtutibus sit *AFv* 7 quam *BV:* qua AF^1, quia *F corr. et v* 9 hierosolymam *AFv* || rursum *A et cod. Vorstii:* cursum *FMV*, cursim *F corr.*, cursuum *v* 14 inani] in omni *V* || florem *V* 15 spargere *V* || dicis *V* 16 compat. eloquio *F* 20 syrte *BV:* regione *AFv* 21 nanctus *V:* nactus *AFv* 22 in illius ultione *V:* ex i. ultione *B*, ex illius (illis *A*) discessu *AFv* || uoluerint *V*, uolunt *B* 23 nos *BM*; me grassari *om. V* 26 ammiratione *F*, admiseratione *A* 27 Explicit | dialogus de uita beati martini episcopi | et confessoris per seuerum sulpicium | monachum massiliensem *V*, Explicit dialogus secundus de uita sancti martini *F*, *in A nulla est subscriptio.*

Digitized by Google

APPENDIX.

SEPTEM EPISTVLAE QVAE SVLPICII SEVERI NOMEN FERVNT.

Digitized by Google

Digitized by Google

I. Epistula Sancti Seueri Presbyteri ad Claudiam sororem suam de ultimo iudicio.*)

Lectis epistolis tuis multo modo per motum affectum lacrimis tenere 1
non potui: nam et gaudio flebam, quod te secundum Domini Dei
nostri praecepta uiuere ex sermone ipso litterarum tuarum poteram
agnoscere, et prae desiderio tui non poteram non dolere, quod per
summam a te iniuriam alienabar, si litteras non misisses. tali ergo
sorore non fruerer? testor autem salutem tuam: persaepe ad uos
uenire uolui, sed usque adhuc impeditus sum, obsistente eo qui con-
sueuit obsistere. nam et festinabam desiderio meo in tuo aspectu sa-
tisfacere, et opus Domini nostri inter nos obiter uidebamur acturi,
cum alter alterum consolando, calcata a nobis mole saeculi, uiueremus. sed iam ego ueniendi diem tempusque non statuo, quia quotiescumque statui, implere non potui: Domini opperiar uoluntatem spero-
que quod meis uotis et orationibus tuis de nostra nos fructum faciat
capere praesentia.

Ceterum quod a me in omnibus epistolis, quas ad te miseram, 2
uitae ac fidei tuae praecepta desiderasti, iam per adsiduitatem scriptorum meorum uerba consumpsi: nihil nouum tibi rescribere modo
possum, quod ante non scripserim. et sane propitio Deo iam non
indiges admoneri, quae fidem inter principia consummans deuotam in
Christo exhibes caritatem. unum tamen moneo, ne transcursa repe-

*) *Primum edita a Baluzio in Miscell. I, 329 sqq. ex codice collegii SS. et indiu. Trinitatis Cantabrigiensis (B, 2, 35).* C = *codex Cantabrigiensis:* b = *editio Baluzii.*

5 ex *b:* et *C* 6 pro desiderio *b* 7 iniuriam a te *malebat Clericus* 13 ego *om. b* 14 operiar *Cb*, opperior *Clericus* 15 capere faciat *b* 16 praesentia *C (ut coniecit Baluzius):* perseuerantia *b* 18 desiderasti *scripsi:* desiderans *Cb*

Digitized by Google

tas, ne contempta desideres, ne manum aratro inserens retrorsum conuersa respicias, quo utique in te redeunte uitio ordinem suum necesse est sulcus amittat, nec sane mercedem suam cultor accipiet. alioquin nec partem consequitur, si ex parte cessauerit. nam sicut a peccato ad iustitiam fugiendum est, ita ei, qui iustitiam fuerit ingressus, ne peccato pateat praecauendum. scriptum enim est, iusto, in qua die exerrauerit, iustitiam non profuturam. in hoc igitur consistendum est, in hoc laborandum, ne qui peccata euasimus, praemia parata perdamus. stat enim aduersum nos paratus inimicus, ut nudatum fidei umbone mox feriat. non abiciendus est itaque clipeus, ne latus pateat: non remittendus est gladius, ne hostis incipiat non timere: porro cum armatum uiderit, abibit. nec ignoramus durum esse atque difficile aduersus carnem et saeculum cotidie dimicare. sed si aeternitatem cogites, si caelorum regna consideres, quae utique nobis Dominus licet peccatoribus praestare dignabitur, quae tandem condigna passio est, qua tanta mereamur? luctamen autem nobis in hoc mundo parui temporis est; nam etsi mors non succedat, senecta succedet. labuntur anni, fluunt tempora, et, ut spero, Dominus Iesus tanquam desideratos sibi celeriter uocabit.

3 O quam felix ille noster excessus, cum a labe peccati melioris uitae conuersatione purgatos sede sua nos Christus excipiet. occurrent martyres et prophetae, iungentur apostoli, gaudebunt angeli, laetabuntur archangeli, uictusque satanas cruento licet ore pallebit, quippe qui etiam nostra, quae sibi in nobis praeparauerat, peccata perdiderit. uidebit gloriam concessam per ueniam, merita honorata per gloriam: nos triumphabimus hoste superato. ubi tunc mundi istius sapientes uidebuntur? ubi auarus, ubi adulter, ubi impius, ubi ebriosus, ubi maledicus recognoscentur? quid miseri pro sua defensione dicturi sunt? ‘nesciuimus te, Domine, te in mundo esse non uidimus: prophetas non misisti, legem saeculo non dedisti: patriarchas uon nidimus, sanctorum non legimus exempla. Christus

1 Luc. 9, 62. 6 Ezech. 18, 24.

3 accipiat *b* 5 ita et qui *Cb* 6 iustus *C* 9 aduersus *b* 10 umbonẽ *C* 11 clypeus *b* 13 atque *C:* ac *b* 16 quae tanta *C* 17 nobis *om. b* 23 iungentur *C:* tangentur *b* 24 arcangeli *C* 28 ridebuntur *b*

Digitized by Google

tuus in terra non fuit, Petrus tacuit, Paulus noluit praedicare, Euangelista non docuit. martyres non fuerunt quorum exempla sequeremur: futurum iudicium tuum nemo praedixit, uestire pauperem nemo mandauit, prohibere libidinem nemo praecepit, repugnari auaritiae nemo persuasit: inscientia lapsi sumus, quae fecimus nescientes'.

His e contrario ex illo sanctorum choro uel primus Noe iustus 4 proclamabit: 'Ego, Domine, et superuenturum propter peccata hominum diluuium praedicaui, et post diluuium exemplum de me praebui bonis, cum malis pereuntibus non perirem, ut isti cognoscerent et quae esset innocentibus salus et quae poena peccantibus.' Post hunc Abraham fidelis obsistet. 'Ego' inquit 'Domine, fidem qua humanum in te crederet genus media fere mundi illius aetate fundaui: ego pater gentium, cuius exempla sequerentur, electus sum: ego Isaac adhuc paruulum non dubitaui, Domine, offerre tibi pro uictima, ut isti recognoscerent nihil non Domino praestari debere, cum me ipsum ne filio quidem unico intellegerent pepercisse: ego terram meam et cognationem meam te, Domine, iubente deserui, ut istis quoque esset exemplum nequitias mundi et saeculi peccata deserere: ego, Domine, te licet corporea sub imagine primus agnoui, nec dubitaui credere quem uidebam, licet in alia mihi substantia uidereris, ut isti intellegerent non secundum carnem, sed secundum spiritum iudicare'. Huic Moyses beatus obsecundabit: 'Ego legem, Domine, istis omnibus te iubente tradidi, ut quos libera fides non tenebat, lex saltim dicta cohiberet: ego dixi 'non adulterabis', ut licentiam fornicationis inhiberem: ego dixi 'diliges proximum tuum', ut caritas abundaret: ego dixi 'Domino soli seruies', ne isti idolis immolarent uel templa esse paterentur. ego ne falsa testimonia dicerentur edixi, ut istis aduersus omne mendacium praecluderem ora. ego facta dictaque a mundi exordio, operante in me spiritu tuae uirtutis, exposui, ut istis cognitio praeteritorum doctrinam tribueret futurorum. ego te uenturum, Domine Iesu, praedicaui, ut istis non inopinatum esset agnoscere quem uenturum ante praedixeram'.

24 Exod. 20, 14. 25 Leuit. 19, 18. 26 Deuter. 6, 13.

1 euangelistica *b* 4 *fort.* cohibere 5 sumus *C:* suum *b* 6 iustus Noe *b* 9 cum *nos*: ut *Cb* || perirent *b* 11 *malim* obsistet et 'ego' inquiet 17 domine *om. b* 19 corporea *scripsi:* corpore *Cb* 23 saltem *b* 24 cohibitet *b*

Digitized by Google

5 Post hunc adstabit dignus Domini sui Dauid semine: ‘Ego te, Domine, per omnia nuntiaui, ego nomini tuo tantum seruiendum esse clamaui: ego dixi ‘beatus uir qui timet Dominum’, ego dixi ‘exultabunt sancti in gloria’, ego dixi ‘desiderium peccatorum peribit’, ut isti te agnoscerent et peccare desinerent. ego cum regia praeditus essem potestate, cilicio supertecto, puluere subiecto, depositis insignibus magnificentiae meae procubui uestimentis, ut istis mansuetudinis atque humilitatis daretur exemplum. ego inimicis meis, qui interficere me cupierunt, peperci, ut misericordiam meam isti probarent imitandam’. Post hunc Isaias dignus Dei spiritu non tacebit. ‘Ego, Domine, te per os meum loquente praemonui ‘uae iis qui iungunt domum ad domum’, ut modum cupiditati inponerem. ego iram tuam peccantibus uenisse testatus sum, ut istos a malefactis suis si non spes praemiorum, saltim suppliciorum formido cohiberet’.

6 Post hos aliosque conplures, qui doctrinae nobis officia praestiterunt, ipse Dei filius haec loquetur: ‘Ego certe excelsa sede sublimis, caelum palma, terram pugillo continens, intra extraque diffusus, cunctorum quae gignuntur interior atque omnibus quae mouentur exterior, inaestimabilis, naturae potestate infinitus, inuisibilis aspectu, incomprehensibilis adtactu, ut inter uos ad edomandam duritiam cordis uestri et perfidiam doctrinis salutaribus molliendam uestrum minimus existerem, nasci carne dignatus sum depositaque Dei gloria habitum formae seruilis adsumpsi, ut communicata uobiscum infirmitate corporea, rursum in consortium gloriae meae per obedientiam praecepti salutis adhiberem. aegris infirmisque omnibus sanitatem, auditum surdis, uisum caecis, uocem mutis, claudis pedum officia restitui, ut uos signis caelestibus permouerem, quo facilius in me atque in iis, quae praedicaueram, crederetis. ego uobis caelorum regna promisi, ego etiam, ut inpunitatis haberetis exemplum, latronem, qui me sub mortis suae tempore fatebatur, in paradiso collocaui, ut uel illius fidem, qui remitti sibi meruerat peccata,

3 Ps. 111, 1. 4 Ps. 149, 5. || Ps. 111, 10. 12 Ies. 5, 8. 18 cf. Ies. 40, 12.

6 superiecto *b* 7 uestimentis *glossema uidetur* 10 istis probarem *b* || esayas *C* 12 hiis *C*, his *b* 14 saltem *b* 19 gignentur *C* 21 edomandum *Cb* 26 salutaris *b* 29 hiis *C*, his *b* 32 uel *om. b*

Digitized by Google

sequeremini. atque ut exemplo meo pro uobis et ipsi pati possetis, pro uobis ego passus sum, ne dubitaret homo pro se pati quod Deus pro homine pertulisset. ego me post resurrectionem, ne fides uestra confunderetur, ostendi. ego in Petro Iudaeos monui, ego in Paulo gentibus praedicaui: nec paenitet: est fructus bonorum. opus meum boni intellexerunt, perfecerunt fideles, iusti impleuerunt, consummauerunt misericordes: et magna pars martyrum, magna sanctorum est. in eodem certe et isti corpore, in eodem fuerunt mundo. cur nullum in uobis bonum opus, gens uipereae stirpis, inuenio? paenitentiam malorum uestrorum nec sub ultima die uestri finis egistis. quid autem attinet quod me labiis adoratis, si factis et operibus denegetis? ubi nunc uestrae diuitiae, ubi honores, ubi potentia, ubi uestrae sunt uoluptates? nullam nouam in uos mando sententiam: habetis iudicium quod ante praedixi.

Tunc illud miseris Euangelista recitabit: 'ite in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium'. o miseri, quos ista non permouent: uidebunt suam poenam et aliorum gloriam. utantur saeculo, dum aeternitate illa, quae sanctis praeparata est, non fruantur: affluant diuitiis, auro incubent, dum ibi egentes, ibi inopes deprehendantur: sint in saeculo diuites, dum in aeternitate sint pauperes, de quibus scriptum est: 'diuites eguerunt et esurierunt'. consequentia autem de bonis scriptura subiecit: 'inquirentes autem Dominum non deficientur omni bono'. 7

Itaque, soror, licet nos isti irrideant, licet nos stultos infelicesque commem orent, felicius gaudeamus opprobriis, quibus nobis gloria, illis poena cumulatur. nec rideamus illorum stultitiam, sed potius infelicitatem doleamus, quia inter illos pars magna nostrorum est, quos si lucri facere possimus, augetur in nobis gloria. sed agant se ut uolunt, sint nobis tanquam gentiles et publicani: nos uero saluos incolumesque tueamur. si illi nunc nobis dolentibus gaudent, nos postea in illorum dolore gaudebimus. uale, soror carissima et in Christo dilectissima.

15 Matth. 22, 13. 25, 30. 21 Ps. 33, 11. 22 ibid.

1 possitis *Cb* 7 martyrum *Baluzius:* maturum *C* 22 consequenter *b* 23 deficientur *nos:* deficient *Cb* 28 lucrificare *b* 29 puplicani *C* 32 Explicit epistola seueri presbyteri ad claudiam sororem suam. Incipit epistola sancti seueri ad eandem de uirginitate *C*

Digitized by Google

II. EPISTOLA S. SEVERI AD CLAVDIAM SOROREM DE VIRGINITATE *)

A = Excerpta in actis concilii Aquisgranensis (a. 816).
C = codex Cantabrigiensis.
H = textus Lucae Holstenii in Appendice Codicis Regularum (Paris. 1663) p. 8 sqq. ubi epistula sic inscripta est: 'Athanasii exhortatio ad sponsam Christi'.
R = codex Reginensis Romanus num. 140.
V = codex Vindobonensis, Theol. 664.
ed. Vall. = textus Vallarsii in Append. opp. S. Hieronymi XI, p. 127 sqq.
b = ed. Baluzii.
Ex *H* non notauimus nisi eas scripturas quae discrepant a lectionibus codicis Reginensis; cf. Praefat.

*) Epistola sancti Seueri presbyteri ad eandem de uirginitate *C ut uidetur*, ITEM AD VIRGINES *R*, S. Athanasii exhortatio ad sponsam Christi *H*, *inscriptione caret V*

Digitized by Google

II. Epistula S. Seueri ad Claudiam sororem de uirginitate.

Quantam in caelestibus beatitudinem uirginitas sancta possideat, praeter scripturarum testimonia ecclesiae etiam consuetudine edocemur, qua discimus peculiare illis subsistere meritum, quarum specialis est consecratio. nam cum uniuersa turba credentium paria gratiae dona percipiat et isdem omnes sacramentorum benedictionibus glorientur, istae proprium aliquid prae ceteris habent, cum de illo sancto et inmaculato ecclesiae grege quasi sanctiores purioresque hostiae pro uoluntatis suae meritis a sancto spiritu eliguntur et per summum sacerdotem Dei offeruntur altario. digna reuera Domino hostia tam pretiosi animalis oblatio, et nulla magis ei quam imaginis suae hostia placitura. de huiusmodi enim Apostolum praecipue dixisse reor: Obsecro autem uos, fratres, per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. possidet ergo uirginitas et quod alii habent et quod alii non habent, dum et communem et peculiarem obtinet gratiam, et proprio, ut ita dixerim, consecrationis priuilegio gaudet. nam et Christi sponsas uirgines dicere ecclesiastica nobis permittit

13 Rom. 12, 1.

3 Quantum *R* 4 ecclesiae iam *V* 5 qua *AV:* quia *CH,* qui *R* || discimus *CH:* addiscimus *AVb,* addiscimur *R* || illis — quarum *V:* illi — cuius *ACHR* || est specialis *C* 6 dona gratiae *C* 7 percipiant *V* || hisdem *CRV,* eisdem *H* || omnium *V* 8 ista ad *A* || habendum de *AR* || cum *R:* dum *CV* 11 digna — placentem *om. A* || hostia *om. RV* 12 nulla magis ei *RV*: nullius magis *C* || quam *R corr. ex* quia, quum *V* || suae imaginis *C* 13 eiusmodi *R* 14 per miseric. Dei *om. RV* 15 uiuentem *RV*: uiuam *C* 17 dum communem *A* || pec. habet gratiam *V*

Digitized by Google

auctoritas, dum in sponsarum modum quas consecrat Domino uelat, ostendens eas uel maxime habituras spirituale conubium quae subterfugerint carnale consortium. et digne Deo per matrimonii comparationem spiritualiter copulantur quae eius dilectionis causa humana conubia spreuerunt. in his quam maxime illud impletur Apostoli: 5
2 qui autem adhaeret Domino, unus spiritus est. grande est enim et inmortale, paene ultra naturam corpoream, sopire luxuriam et concupiscentiae flammam adolescentiae facibus accensam animi uirtute restinguere, spirituali conatu uim genuinae oblectationis excludere, uiuere contra humani generis morem, despicere so- 10
lacia coniugii, dulcedinem contemnere liberorum, et quaecumque praesentis uitae esse commoda possunt, pro nihilo spe futurae beatitudinis computare. magna haec, ut dixi, et admirabilis uirtus est et non inmerito pro magnitudine laboris sui ingenti praemio destinata. Dabo inquit spadonibus, dicit Dominus, in domo mea et 15
in muro meo locum nominatum meliorem a filiis et filiabus; nomen aeternum dabo eis et non deficiet. de quibus spadonibus Dominus in euangelio repetit dicens: sunt enim spadones, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum. Magnus quidem est pudicitiae labor, sed maius est prae- 20
mium, temporalis custodia, sed remuneratio aeterna. de his enim et beatus Iohannes Apostolus loquitur quod sequantur agnum quo-

6 I Cor. 6, 17. 15 Isai. 56, 5. 18 Matth. 19, 12. 22 Apoc. 14. 4

1 dum sponsarum modo *C* || quas *AR:* quam *V*, eas *C* || domino consecrat *C* || uelat *AH*: ualeat *R*, et uelat *C*, uoueat *V* 2 ostendens — Apostoli *om. R* || spiritale *ACR* 4 copulantur spiritualiter *V* 5 completur *C* 6 adhaeret deo *C* || est spiritus *C* || grande — custoditur *(pag. 228, 5) om. A* 7 enim *V*: *om. CR* || mortalem *V* || et paene *H* || sopire *RV*: superare *C*, frenare *ed. Vall.* 8 flammam *RV*: palmam *C*, spasmeam *b* || facibus aestuantem *ed. Vall.* 9 spirituali *V*: et spiritali *CR* || oblationis *R* 10 et uiuere *C* || morem *RV*: legem *C* 11 coniugii *C*: coniugum *RV* || et *om. R* 12 possint *C* 14 magnitudinis *R* || destinatur *C* 15 dabo, inquit (*sc.* propheta) spadonibus, dicit (dicit *om. R*) dominus *RV:* dabo inquit Dominus spadonibus meis *H*, dabo spadonibus dicit deus et *C* 16 a *HV*: et *CR* || filiabus Israel *H* 17 eis *RV*: illis *C* || et *CRV*: quod *H; hoc quidem est in Vulgata* 'quod non peribit', *sed in LXX*: καὶ οὐκ ἐκλείψει || deficient *RV* 18 enim] autem *V* 20 est quidem *CR* || est (*post* maius) *om. H* 21 aeterna est *C* || etenim *V* 22 apostolus Iohannes *C* || quod *CR*: qui *V* || secuntur *HV*

Digitized by Google

cumque ierit. quod ita intellegendum puto, nullum eis locum in caelesti aula claudendum et cuncta eis diuinarum mansionum habitacula reseranda.

Sed ut inlustrius uirginitatis meritum clareat et quam Deo digna 8
sit manifestius possit intellegi, illud cogitetur, quod Dominus et saluator noster Deus, cum propter humani generis salutem hominem dignaretur adsumere, non alium quam uirginalem elegerit uterum, ut uirtutem huiusmodi plurimum sibi complacere monstraret: et ut pudicitiae bonum utrique sexui intimaret, uirginem habuit matrem uirgo ipse permansurus: in se uiris et in matre feminis praebuit uirginitatis exemplum, quo demonstraretur in utroque sexu beatam et integram diuinitatis habitare plenitudinem meruisse, dum totum in matre fuit quicquid habitabat in filio. sed quid ego satisago excellens ac sublime pudicitiae meritum reuelare et gloriosum bonum uirginitatis ostendere, cum de hac re plerosque perorasse non nesciam et eius beatitudinem manifestissimis rationibus conprobasse, et nulli sapienti uenire in dubium possit eam rem maioris esse meriti, quae sit amplioris laboris? quisquis enim pudicitiam aut nullius praemii aut parui existimat, certum est illum aut ignorare aut non uoluntarium eius ferre laborem. unde illi semper castitati derogant qui eam aut non habent aut habere coguntur inuiti.

1 puta *R* || locum eis nullum *V* 2 et *RV:* sed *C* 4 digna deo sit *V*, digna sit deo *C* 5 intellegi possit *C* || recogitetur *RV* || dominus saluator noster (*sine* Deus) *V* 6 hominem *CR*: carnem *V* 7 uterum elegerit *C* || ut *CRV:* et *H* 8 uirtutem *V: om. CR* || complacere *CRV*: placere *Hb* || et ut *CRV*: et *H* 9 utrisque *V* || intimaret. Virginem *b* || matrem habuit *C* 10 uirgo ipse permansurus *V*: uirgo mansurus *CR* || uiris sed *Clericus* 11 quod *CR* || demonstratur *C* || beatam et integram diu. habitare plenit. *V*: beatam integritatem diuinitatis haberi (haberi et *H*) plenitudinem *HR*, beatam integritatem diuinitatis habere plenitudinem *C* 13 totum *RV*: tantum *C* || habitabat *R:* habebat *C*, habitaret *V*, habebatur *H et ed Vall.* || quod *V* || satago *H* 14 meritum pudicitiae *V* || gloriosum *V*: gloriosae *CR* 15 uirginitatis bonum *HV* 16 nonne etiam *R* || orationibus *V* 17 sapientium *V* || in dubium uenire *b (non C)* || posse *R* 18 quisque *V* 20 uoluntarie *C* || eius *om. R* || referre *V* || unde *R*: inde *CV* 21 castitatem qui etiam derogant *R*

Digitized by Google

4 Nunc itaque quoniam, paucis licet, tam laborem quam meritum integritatis ostendimus, ne res quae et grandi uirtute constat et ingenti praemio destinatur, carere fructu suo possit, diligentius excubandum est. quanto enim quaecumque species pretiosior fuerit, tanto maiore sollicitudine custoditur. et quoniam multa sunt quae bono proprio carent, nisi aliarum rerum iuuentur auxilio, ut est mellis species, quae nisi cerarum custodia et fauorum cellulis conseruetur et, ut uerius dixerim, nutriatur, naturalem gratiam perdit et subsistere per se ipsa non potest, sicut et uini species, quod nisi in boni odoris uasis et reparatis crebrius picibus foueatur, genuinae uim suauitatis amittit: adtentius prouidendum est, ne forte et uirginitati aliqua sint necessaria, sine quibus nequaquam fructum adferre sufficiat, et tantus nihil proderit labor, dum uane prodesse creditur, quod absque rebus necessariis possidetur. nisi enim fallor, ob caelestis regni praemium pudicitiae seruatur integritas, quod sine aeternae uitae merito neminem consequi posse satis certum est. aeternam uero uitam nonnisi per omnium diuinorum praeceptorum custodiam promereri posse scriptura testatur dicens: si uis ad uitam uenire, serua mandata. uitam ergo non habet nisi qui cuncta legis mandata seruauerit, et qui uitam non habuerit, caelestis regni non potest esse possessor, in quo non mortui, sed uiui quique regna-

18 Matth. 19, 17.

1 licet paucis *V*, tam paucis licet *R* 2 uirginitatis *V* || quae et *R*: quae *CHV* 3 diligentius *om. V.* || excubendum *R* 4 quantum *CRV* || species quaecumque *V* || fuerit *CR*: est *V* 5 maiori *V* || multae *R* 6 careant proprio *V* || ut est — amittit *(u. 11) om. A* 9 ipsa *R*: ipsam *CH*, ipsam naturalis *V* || nisi in boni od. uasis *V*: si non boni od. uasis (uas *R*) *CR*, nisi boni od. uas sit *H* 10 reparati *R* || crebris *C* || genuinae uim suauitatis *R*: genuinae uini suauitatis *C*, genuinae uitis suauitatem *V*, genuinam uini suauitatem *b* 11 prouidendum *V*: praeuidendum *AR*, ergo prouid. *CH* || et in uirginitate *R* 12 sint aliqua *V*, alia sint *H* || fructus *V* 13 uanū *R* 14 rebus *ARV*: uiribus *C* || possideatur *V* || nisi — certum est *om. A* || fallor enim *CR* 16 uitae aeternae *C* || posse *om. V* || satis *om. C* || aeterna uero uita *C* 17 omnium *V*: omnem *ACR* 18 promereri posse scriptura testatur dicens *AH* (*sed om. A* dicens): promereri posse *(om. V)* scriptura dicente *RV*, promereri potest scriptura dicente *C* || si uis inquit *A* || ad *AH*: in *CRV* 19 peruenire *C*, ingredi *A* || cuncta *om. A* 20 mandata legis *C* 21 in quo — ante omnia *(u. 3) om. A*

Digitized by Google

bunt. nihil ergo uirginitas sola proficiet, quae caelestis regni gloriam sperat, nisi et illud habuerit cui perpetua uita promittitur, per quam caelestis regni praemium possidetur. ante omnia ergo pudicitiam integritatemque seruantibus et eius remunerationem a Dei aequitate sperantibus mandatorum sunt custodienda praecepta, ne gloriosae castitatis et continentiae labor in irritum deducatur. supra mandatum uel praeceptum esse uirginitatem sapiens ex lege nullus ignorat, Apostolo dicente: de uirginibus autem praeceptum Domini non habeo, consilium autem do. cum ergo obtinendae uirginitatis consilium dat, non praeceptum statuit, supra mandatum eam esse professus est. quicumque ergo uirginitatem seruant, maius quam praeceptum est faciunt. tunc enim proderit amplius fecisse quam iussum est, si quod iussum est feceris. nam quomodo plus fecisse gloriaberis, si minus aliquid non facias? cupiens diuinum implere consilium ante omnia serua mandatum: uolens uirginitatis praemium consequi uitae amplectere merita, ut sit cuius remunerari castitas possit. nam ut uitam praestat obseruatio mandatorum, ita eorum e contrario generat praeuaricatio mortem. et qui per praeuaricationem in mortem fuerit deputatus, uirginitatis coronam sperare non poterit, neque pudicitiae praemium exspectare constitutus in poena.

Tres enim species sunt uirtutum, per quas caelestis regni possessio introitur. prima pudicitia est, secunda mundi contemptus, tertia uero iustitia, quae ut conexae plurimum se possidentibus praestant, ita diuisae prodesse difficile possunt, dum unaquaeque earum non prop-

8 I Cor. 7, 25.

2 illud *RV*: aliud *C* 3 ergo omnia *H* 5 sunt custodienda *ARV*: est custodia *C*, custodia est *b* 6 in interitum *V*, in *om. R* 6 et 10 super *V*; supra — non facias *(u. 14) om. A* 6 uel praeceptum *uidetur glossema* 7 ex lege *CV*: et legens *R* 10 statuit *R: om. CV* || mandatum *RV*: mandatum uel praeceptum *H*, mand. et praeceptum *C* 11 ergo *om. R* || maius *CR*: magis *HV* 13 iustum *V* || facias *R*, feceris — minus aliquid *om. H* 14 aliquod *V* || non *om. RV* || facias *RV*: feceris *C* || cupies *R* 15 mandată tam (*corr.* tum) *R* | uirginitatem *R* 16 amplectere meritum uitae *C* || ut sit cuius *ARV*: ut tua *CH* || castitas remunerari *C* 17 eorum e contrario *ACR*: e contr. eorum *HV* 18 praeuaricatio generat *V* 19 in morte *AC* || deputatus *H et ed. Vall.: om. ACRV* 21 tres — — fac bonum *(p. 231, 2) om. A* || uirtutum *V*: *om. CHR* || regni caelestis *C* 22 est pudicitia *CH*

Digitized by Google

ter se tantum, sed propter aliam efflagitatur. in primis ergo quaeritur pudicitia, ut facilius subsequatur mundi contemptus, quia ab illis mundus contemni leuius potest qui matrimonii nexibus non tenentur. mundi uero contemptus exposcitur, ut iustitia conseruetur, quam implere difficile possunt qui saecularium bonorum cupiditatibus et mundanarum uoluptatum negotiis implicantur. quisquis ergo pudicitiae primam speciem possidet et secundam, quae est mundi contemptus, non obtinet, paene sine causa possidet primam, quando secundam non habet, propter quam prima quaesita est. et si primam et secundam habeat, cui tertia, quae est iustitia, desit, frustra laborat, quoniam superiores duae propter tertiam praecipue requiruntur. quid enim prodest propter mundi contemptum pudicitiam habere, et propter quod eam habeas non habere? uel cur res mundi contemnas, si iustitiam, propter quam pudicitiam, propter quam mundi contemptum habere te conuenit, non custodias? quia ut prima species propter secundam est, ita prima et secunda propter tertiam: quae si non fuerit, nec prima nec secunda proficiet.

6 Dicis forsitan: 'doce me ergo quid sit iustitia, ut eam, si cognouerim, facilius implere sufficiam'. Dicam breuiter, ut ualeo, et uerborum utar simplicitate communium, quia causa de qua agimus talis est, quae disertioribus facundiae sermonibus nequaquam debeat obscurari, sed simplicioribus eloquentiae narrationibus pandi. res enim omnibus in commune necessaria communi debet sermone monstrari. Iustitia ergo non aliud est quam non peccare, non peccare autem est legis praecepta seruare. praeceptorum autem obseruatio duplici genere custoditur, ut nihil eorum quae prohibentur facias, et cuncta quae

1 aliam *CRV*: alias *b* || efflagitatur *R*: flagitatur *CV* 2 sequatur *V*, obsequatur *R* 3 a matr. nexibus *V*, matrimoni in nexibus *R* 5 difficile implere *C* 6 quisque *RV* || ergo *om. V* || pudicitiae (pudicitiam *V*) primam speciem possidet *RV*: poss. prim. sp. pudicitiae *H*, pudicitiae poss. prim. sp. *C* 11 duae propter iustitiam praecipue requiruntur *R*, duae requiruntur propter tertiam *V* 12 enim *om. V* 13 habeat *R* || cur res mundi *H*: cur mundum *V*, cui rei mundum *CR* 14 propter quam mundi *RV*: et propter quam mundi *C*, et mundi *H* 15 conueniat *R* 16 ita prima *R*: ita et prima *CV* || et secunda — nec prima *om. V* || tertiam *CH*: iustitiam *R* 18 ergo me *R* 19 dicam tibi breuiter *C* || ualeam *V* 20 causa talis quae *V* 21 défortioribus *R* || debet *H* || obsecrari *R* 22 simplicioris *CV* 23 omnibus *om. R* 24 non est aliud *H*, aliud non est *V* 25 autem *H*: uobis *R*, uero *CV (?)* 26 facias — iubentur *om. R pr. m.*

Digitized by Google

iubentur implere contendas. hoc est quod dicit: recede a malo et fac bonum. nolo enim putes in hoc constare iustitiam ut malum non facias, cum et bonum non facere malum sit et in utroque legis praeuaricatio committatur, quoniam qui dixit ‘recede a malo’, ipse dixit ‘et fac bonum’. si a malo recesseris et non feceris bonum, transgressor es legis, quae non tantum in malorum actuum abominatione, sed et in bonorum operum perfectione completur. neque enim hoc solum tibi praecipitur ut uestitum suis non spolies indumentis, sed et ut spoliatum operias tuis, neque ut habenti panem non auferas suum, sed et non habenti tuum libenter impertias, neque solum ut pauperem suo non pellas hospitio, sed ut pulsum et non habentem recipias tuo. praeceptum enim nobis est flere cum flentibus. quomodo cum illis flemus, si in nullo eorum necessitatibus participamus, nec aliquod eis in his propter quas lacrimantur causis praebemus auxilium? neque enim fletuum nostrorum Deus infructuosum quaerit humorem, sed quia lacrimae doloris indicium sunt, uult te ita alterius angustias sentire ut tuas. et quomodo tibi, in tali tribulatione si esses, subueniri cuperes, ita alteri ipse subuenias propter illud: quaecumque uultis ut faciant uobis homines bona, ita et uos facite illis. nam cum flente flere et nolle, cum possis, flenti conferre, subsannationis, non pietatis indicium est.

1 Ps. 33, 15. 12 Rom. 12, 15. 19 Matth. 7, 12.

1 dicit *RV*: dicit psalmista *C* 2 in hoc putes *C* 4 committatur *ARV*: continetur *C* || et ipse dixit fac *H et ed. Vall.* 6 abhominatione *CV*, dominatione *R* 7 sed etiam *A* || neque enim — quae iubentur *(p. 232, 23) om. A* 8 sed et ut *H et corr. R:* ut et *R pr. m.*, sed ut *C*, sed *V* 9 spoliatos *C* || panem suum auferas *(om.* non*) V* 10 sed et non *V*: sed ut non *CH*, sed non ut *R* || neque ut solum *C* 11 *malim* sed et ut 12 est nobis *C* 14 ne aliquid *R* || propter quae *V* || prebeamus *C* 16 indicium doloris *R* 17 quomodo in tribulatione tali si esses tu *V* 18 subuenire *C* || ipse *om. H (habet R)* || subuenies *R* 19 quae *V* 20 ita et uos f. illis *CR:* ita *(om. V)* et uos f. illis similiter *HV* || et nolle *V*: et nihil *R*, si nihil *C* 21 conferre, conferas *C; post* conferre *in R additum est:* ostendens eas uel maxime habitaturas (*scr.* habituras) spiritale conubium quae subterfugerint carnale consortium. et digne deo per matrimonii conparationem spiritaliter copulantur. quae eius dilectionis causa humana conubia spreuerunt in his quam maxime illud impletur || indicium est non pietatis *V*

Digitized by Google

denique Saluator noster cum Maria et Martha Lazari sororibus fleuit et inmensae misericordiae adfectum lacrimarum contestatione monstrauit. et uerae pietatis indicia mox opera subsecuta sunt, cum suscitatus Lazarus, cuius causa lacrimae fundebantur, sororibus redditur. hoc fuit pie cum flentibus flere, occasionem fletus auferre. sed quasi potens, inquies, fecit. uerum nec tibi aliquid inpossibile imperatur: impleuit omnia qui quod potuit fecit.

7 Sed ut dicere coeperamus, non sufficit Christiano a malis se abstinere, nisi etiam bonorum operum officia perfecerit, quod illo uel maxime testimonio comprobatur, quo comminatur Dominus aeterni ignis reos fore, qui quamuis mali nihil gesserint, non fecerint omne quod bonum est, dicens: Tunc dicet rex his qui ad sinistram sunt: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, quem praeparauit pater meus diabolo et angelis eius. esuriui enim, et non dedistis mihi manducare; sitiui, et non dedistis mihi potum et cetera. non dixit: discedite a me, maledicti, quia homicidium, quia adulterium aut quia furta fecistis: non enim quia malum fecissent, sed quia bonum non fecerant, condemnantur et aeternae gehennae suppliciis addicuntur, nec quia quae prohibita sunt admisissent, sed quia quae praecepta erant implere noluerunt. unde animaduertendum est quam spem habere possint qui adhuc aliquid eorum faciunt quae prohibentur, cum etiam illi aeterni ignis rei sint qui non fecerunt quae iubentur. nolo enim

12 Matth. 25, 41.

1 marta et lazari *R* 3 et ueritatis' *R* || suscitatur *R* 4 fundebantur *RV*: funduntur *C* || sororibus uiuus redditur. et hoc fuit pie flere cum flentibus *C* 5 fletus benigne auferre *V* 6 quasi *CRV*: quis *b* || fecit *H et ed. Vall.*: *om. CRV* || uerum *RV*: sed *C* || ne tibi *V* || imperatur *CR*: imperet non sufficit mala cauere nisi bona quoque studeamus agere *V* 8 coeperam *V* || sufficit *HV*: sufficere *CR* || se *om. V* 9 perficere *R* || quod *RV*: *om. C* 11 quod bonum est *CH*: bonum *RV* 12 dicet *HV*: dicit *CR* 15 sitiui — potum *V*: *om. CR* 16 et reliqua *C* 17 quia homicidium fecistis quia adulterium perpetrastis *V et ed. Vall.* || furtum *V* 18 non enim — fecissent *RV*: *om. C* || bona non fecerunt *C* 19 et aeternae *HV*: et *om. R*, hi aeternis *C* || non quia *C* 20 sunt *R*: fuerant *CV*: erant *ed. Vall.* || erant *RV*: fuerant *C* 21 énim aduertendum *R*, aduertendum *CH* 23 illi *om. H* || aeterni ignis *V et ed. Vall.*: *om. CR* || sint *C*: sunt *RV* || fecerint *RV*

Digitized by Google

tibi in hoc blandiaris, si aliqua non feceris, quia aliqua feceris, cum scriptum sit: qui uniuersam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Adam enim semel peccauit et mortuus est: et tu te uiuere posse existimas illud saepe committens, quod alium, dum semel perpetrasset, occidit? an grande illum commisisse crimen putas, unde merito poena damnatus sit acriore? uideamus ergo quid fecerit: contra mandatum de fructu arboris edit. quid ergo? propter arboris fructum Deus hominem morte multauit? non propter arboris fructum, sed propter mandati contemptum. ergo non agitur de qualitate peccati, sed de transgressione mandati. et qui dixit Adae ut de arboris fructu non ederet, ipse tibi praecipit ut non maledicas, non mentiaris, non detrahas, non detrahentem ausculteś, ut omnino non iures, ut non concupiscas, non inuideas, non sis tepidus, non sis auarus, ut nulli malum pro malo reddas, ut inimicos tuos diligas, ut maledicentibus benedicas, ut pro calumniantibus et pro persecutoribus tuis ores, ut percutienti maxillam alteram praebeas, ut in iudicio saeculari non litiges, ut si quis tua auferre uoluerit, gratanter amittas, ut nec iracundiae nec zeli nec liuoris malum intra pectus admittas, ut crimen auaritiae fugias, ut omnis superbiae ac iactantiae malum caueas, et humilis ac mitis Christi uiuas exemplo, malorum consortia in tantum uitans, ut cum fornicatoribus aut auaris aut maledicentibus aut inuidis aut detrac-

2 Jac. 2, 10.

1 si aliqua non f. quia (qui *A*) aliqua feceris *AR*: quia aliqua feceris *om. C*, si aliquid eorum feceris quia aliquid non feceris *V*; *sequitur deinde in V glossema:* Audiant qui quaedam mala cauere negligunt quibusdam bonis confidentes quae agunt || cum] quod *V* 2 sit *ed. Vall. et A*: est *CRV* || offenderit *C* 3 semel enim peccauit adam *V* 4 posse *om. H* || existimans *C* 5 cum *ed. Vall.* || an grande — blandiris *(p. 234, 8) om. A* 6 merito poena damnatus sit acriori *H et ed. Vall.*: merito ac iure damnandus sit *R*, merito ac digne sit damnatus *V*, merito ac iure (iuste *b*) damnatus est *C* 7 quid fecerit contra mandatum. De fructu *distinxit Holstenius* 10 agitur iam de *V* || mandati *CR*: praecepti *V* 11 fructū *R* 12 precipit *C*: praecepit *RVb* || nec detrahentes *C* 15 ut inimicos — benedicas *RV*: *om. C; additum in V*: et aduersantibus benefacias 16 pro *om. C* 17 in *om. V* 18 amittas *RV*: remittas *C*, dimittas *ed. Vall.* 20 iactantiae ac superbiae *C* || humilis et mitis *C*, mitis ac hum. *V* 21 exemplo uiuas *C* || deuitans *C* 22 detractatoribus *C*, detrectatoribus *b*

Digitized by Google

toribus aut ebriosis aut rapacibus nec cibum capias. quem si in aliquo contempseris, si pepercit Adae, parcet et tibi. immo illi magis parcendum fuerat, qui adhuc rudis et nouellus erat, et nullius ante peccantis et propter peccatum suum morientis retrahebatur exemplo. tibi uero post tanta documenta, post legem, post prophetas, post euangelia, post Apostolos si delinquere uolueris, quomodo indulgeri possit ignoro.

8 An tibi de uirginitatis praerogatiua blandiris? memento Adam et Euam uirgines deliquisse, nec integritatem corporis profuisse peccantibus. uirgo quae peccat Euae, non Mariae comparanda est. non negamus in praesenti tempore paenitentiae remedium, sed hortamur magis praemium sperare debere quam ueniam. turpe est enim delicti indulgentiam postulare quae palmam uirginitatis exspectant, et inlicitum aliquid incurrere quae se etiam a licitis castrauerunt: licitum quippe est matrimonii inire consortium. et ut laudandae sunt quae propter Christi amorem et caelestis regni gloriam copulam contempserint nuptiarum, ita damnandae sunt quae propter incontinentiae uoluptatem, cum Deo se uouerint, remedio apostolico abutantur. ergo, ut diximus, quae conubia deserunt, non inlicita, sed licita spernunt. eiusmodi autem si iurent, si maledicant, si detrahant, si detrahentes patiantur audire, si malum pro malo reddant, si cupiditatis in alienis aut auaritiae in propriis crimen incurrant, si zeli aut liuoris uenena possideant, si contra legalia et apostolica instituta indecens aliquid aut loquantur aut cogitent, si in carne placendi studio comptae et ornatae procedant, si alia, ut adsolet, inlicita faciant,

1 nec cibum *R*: uel cibum non *V*, cibum non *C* 2 parcet et tibi? *b* || magis *om. V* 3 ante *om. V* 4 retrahebatur *R*: trahebatur *C*, terrebatur *V* 6 indulgere *R* 8 blandiris *RV*: plaudes *C* || memor esto *V* 10 uirgo — castrauerunt *(u. 14) om. A* || eua *R* 11 remedium penitentiae *C* 12 enim *CRV*: etiim illis *H* 13 expectat *CRV* 14 se *V post* licitis *habet* || castrauerunt *CR*: castrauere *H*, castrauit *V* 15 consortium inire *V* || et ut — ut diximus *(u. 19) om. A* 16 gloriam *CR*: desiderium *V* || contempserunt *C* 17 dam. sunt *V*: dam. non sunt *CR* || innocentiae uoluntatem *R* 18 cum deo se uouerint *V*: nondum deo deuotae *CR* 19 connubia *Hb* || spernuntur *C* 20 iurant *R* || detrahunt cupidos *C* 21 patiantur *ARV*: pa | antur *C (omissa syllaba* ti *initio noui uersus)*, probantur *b* 22 aut *ARV*: uel *C* || incurrant crimen *C* || aut *ARV*: si *C* 23 leg. instituta et apostolica *V* 24 loquuntur aut cogitant *b* 25 compte et ornate *V* || si alia (alia quae *R*) ut

Digitized by Google

quid proderit eis spreuisse quod licuit et exercere quod non licet? si uis prodesse tibi, quod licita contempsisti, uide ne quid eorum quae non licent facias. stultum enim est timuisse quod minus est, et non timere quod maius est [aut ab iis non uitari quae prohibentur, spreuisse uero ea quae conceduntur]. dicit enim Apostolus: innupta cogitat quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, ut sit sancta et corpore et spiritu: quae autem nupta est, cogitat quae sunt huius mundi, quomodo placeat uiro. nuptam uiro placere adserit, cogitando quae mundi sunt, innuptam uero Deo, eo quod nulla cura illi sit saeculi. dicat ergo mihi, quae uirum non habet et tamen quae mundi sunt cogitat, cui placere desiderat? nonne incipiet illi nupta praeponi? quia illa cogitando quae mundi sunt complacet uel marito, ista uero nec marito, quem non habet, potest placere nec Deo. sed nec illud silentio praeterire nos conuenit, quod dixit: innupta cogitat quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, ut sit sancta et corpore et spiritu. [quae Domini sunt, inquit, cogitat; non quae saeculi, non quae hominum, sed quae Dei sunt cogitat.] quae sunt ergo Domini? dicat Apostolus: quaecumque sunt sancta, quaecumque iusta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus disciplinae.

5 I Cor. 7, 34. 19 Phil. 4, 8.

adsolet inlicita *AR*: si aliqua quae ut adsolet, illicita sunt *H*, et alia quae assolent inlicita *V*, et alia quae fieri solent inlicite *C*

2 licita *CRV*: licite *A*, licitum *H* 3 est enim *C* 4 aut ab — conceduntur, *quae desunt in A, ut glossema inclusimus; nam uix credendum est epistolae auctorem, quisquis fuit, alias optime scribentem hic tam barbare locutum esse* || ab his uetari *V* || prohibentur spreuisse uero ea quae *V*: prohibentur quae (si *H*) subterfugerint quae *CR* 6 Dei *C* 7 et corpore *V*: corpore *ACR, ut est in Vulgata, at textus graecus habet:* καὶ σώματι καὶ πνεύματι || quae autem nupta — — et corpore et spiritu *(u. 17) RV (item ex parte A): om. C; haec spuria esse censet is qui curauit editionem Parisiensem apud Migne* 8 huius *om. A* 9 nuptam uero uiro *V*, nuptam — sit saeculi *om. A* || placere uiro *H* 10 illi cura *V*, cura illa *R* 11 tamen ea quae *V* 12 incipiat *A* || quia illa *AR*: quae *V* 15 dixerit *A* || Dei *A* 16 sancta corpore *AR* 17 Quae Domini sunt — — quae Dei sunt cogitat *om. AR* || Domini *V*: Dei *C* 19 dicat *ARV*: dicit *C* || sunt *AR*: *om. CV* || quaecumque sunt iusta *A*, *om. C*

Digitized by Google

ista sunt Domini, quae sanctae et uere apostolicae uirgines die noctuque sine ullo temporis interuallo meditantur et cogitant. Domini est etiam regnum caelorum, Domini est resurrectio mortuorum, Domini est inmortalitas, Domini est incorruptio, Domini est splendor solis qui sanctis promittitur, sicut in Euangelio scriptum est: tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum: Domini sunt plures iustorum in caelestibus mansiones, Domini est fructus tricesimus et sexagesimus atque centesimus. haec quae cogitant et quibus possint ea operibus promereri, quae Domini sunt cogitant. Domini est etiam lex noui et ueteris testamenti, in qua oris eius eloquia sancta refulgent: quae si quae uirgines sine intermissione meditantur, quae Domini sunt cogitant, et impletur in eis illud propheticum: fundamenta aeterna super petram solidam et mandata Dei in corde mulieris sanctae.

9 Sequitur, ‘quomodo placeat Deo’, Deo, inquam, non hominibus, ‘ut sit sancta et corpore et spiritu’. non dixit, ut sit sancta membro aut corpore tantum, sed ut sit sancta corpore et spiritu. membrum enim una corporis pars est, corpus uero omnium conpago membrorum est. cum ergo dicit ut sit sancta corpore, omnibus membris eam sanctificari debere testatur, quia non proderit ceterorum sanctificatio membrorum, si inueniatur uel in uno corruptio. etiam non erit sancta corpore, quod ex omnibus constat membris,

5 Matth. 13, 43. 13 Eccl. 26, 24 15 I Cor. 7, 34.

1 sunt D. quae *om. A* || et uere *nos*: uere *C*, et reuere *R*, et uerae et *HV* 2 sine u. t. interuallo *AR*: *om. CV* || Dei est etiam *C*, etiam *om. R;* Domini — mulieris sanctae *(u. 14) om. A* 4 D. est inmortalitas, D. est incorruptio *scripsi:* domini est inmortalitatis incorruptio *RVb*, domini est inmortalis incorruptio *C et ed. Vall.* (Domini immortalitas; incorruptio Domini est; splendor *etc. H*) 5 sicut — patris eorum *om. CR* 7 iustorum *RV*: iterum *C*, sanctorum *H* 8 centesimus et sexag. atque tricesimus *V* || atque *RV*: et *C* || quae *R*: igitur *V*, *om. CH* || cogitent *V* 9 ea operibus *R:* ea *om. CH,* operibus deum *V* || et quae *V* || cogitent *V* 10 in qua oris *V*: in quibus oris *H*, in quibus *C* || elogia *C* 11 si quae *HV*: siq; *R*, si *C* 12 completur *H* || in illis *V* || propheticum illud *C* 13 petram solidam *RV*: terram solidata *C* 14 dei *V*: domini *CR* 16 sit sancta corpore *AR*, sancta corpore sit *C* 18 uero *om. R* 19 est *om. C* || sancta sit *C* 20 debere sanctificari *A* || testantur *C* 21 sanctificatio ceterum *C* 22 etiam *CRV*: et iam *AH*, *om. b*

Digitized by Google

quae uel unius fuerit coinquinatione polluta. sed ut quod dico manifestius et lucidius fiat, esto sit quaecumque omnium membrorum sanctificatione purgata et lingua tantummodo peccet, quia aut blasphemet aut falsum testimonium dicat, numquid liberabunt omnia membra unum, an propter unum iudicabuntur et cetera? ergo si nec aliorum membrorum sanctificatio proderit, cum in uno sit uitium, quanto magis, si diuersorum flagitio peccatorum omnia corrumpantur, unius nihil proderit integritas!

Unde quaeso te, uirgo, ne in sola tibi pudicitia blandiaris neque in unius membri integritate confidas, sed secundum Apostolum solide conserua corporis sanctitatem. Munda ab omni inquinamento caput, quia crimen est illud post chrismatis sanctificationem aut croci aut alterius cuiuslibet pigmenti suco uel puluere sordidari, aut auro uel gemmis uel qualibet alia terrena specie comi, quod iam caelestis ornatus splendore refulget. grandis quippe diuinae gratiae contumelia est mundani et saecularis ornamenti praelatio. Munda frontem, ut humana, non diuina opera erubescat, et illam confusionem recipiat, quae non peccatum sed Dei gratiam parit, scriptura dicente: est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gratiam. Munda collum, ut non aurea reticula capillus

19 Eccl. 4, 25, 26.

I quoinquinatione *R* || sed ut — integritas *(u. 8) om. A* 3 purgata] *add. in V glossema*: Esto hunc habet sensum quasi diceret. Consentiamus ut ita sit. uidelicet ut nihil iniqui contrahat || quia aut *nos*: quia ut *R*, qua aut *H*, aut *CV* 4 falsum test. *R*: test. falsum *C*, falsum *om. V* 5 sine aliorum *R* 6 *immo* cum in uno est 7 flagitiis *V* 8 proderit *R et ed. Vall.*: proficiet *C*, proficiat *V* 9 ne — neque *CV*: neque — ne *AR* 10 confundaris *A* || solide *V*: soli *R*, soli deo *ACH* 11 omni inquinamento *AR*: omnibus inquinamentis *C*, omni iniquitate *V* 12 crismatis *CR*, chrimatis *V* || aut croci aut alt. *om. A* 13 picmenti *R* || suco *CRV*: fuco *AHb*; *illud magis quadrat ad oppositum* puluere || uel gemmis *AR*: aut g. *C*, *om. V* 14 uel *om. R* || qualibet alia terrena specie *A*: cuiuscumque terrenae specie (speciei *H*) *R*, cuiuslibet (cuiuscumque *C*) terrenae creaturae specie *CV* || comi *RV*: componi *A*, *om. C* || quod — refulget *RV*: *om. C*; quod iam — praelatio *(u. 16) om. A* 16 et saecularis *om. V* || fontem *R* 17 confusione *V* 18 Dei gloriam *A* || scriptura *RV*: scriptura diuina *C*; scriptura — gratiam *(u. 20) om. A* 19 et *RV*; *om. C* 20 gratiam *RV*: gratiam dei *C* || non ut *V* || aurea reticula capillus portet *et H et ed. Vall.*: aurea texta pilis portet *R*, auro texta capillis (lapillis *V*) portet *CV*, aurea ex capillis portet *A*

Digitized by Google

portet et suspensa monilia, sed illa potius ornamenta circumferat, de quibus scriptura dicit: misericordia et fides non deficiant a te. suspende autem illa in corde uelut in collo tuo. Munda oculos, dum eos ab omni concupiscentia retrahis et ab intuitu pauperum numquam auertis et ab omnibus fucis liberos ea qua a Deo facti sunt sinceritate custodis. Munda linguam a mendacio, quia os quod mentitur occidit animam: munda eam a detractione, a iuramento, ab adulatione, a periurio. nolo praeposterum ordinem putes, quod prius a iuramento quam a periurio linguam dixi debere mundari, quia tunc periurium facilius effugies, si in toto non iures, ut impleatur in te illa sententia: cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. et memor esto dicentis Apostoli: benedicite et nolite maledicere. sed et illud crebrius recordare: uidete ne quis malum pro malo alicui reddat neque maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes, quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. et illud: si quis autem in lingua non offendit, hic perfectus est. nefas est enim ut labia illa, quibus Deum confiteris, rogas, benedicis et laudas, alicuius polluantur sorde peccati. nescio qua conscientia ea lingua quis Deum rogat, qua aut mentitur aut maledicit aut detrahit. labia sancta exaudit Deus et ipsis annuit cito precibus, quas lingua inmaculata pronuntiat. Munda aures,

2 Prou. 3, 5 sec. LXX. 6 Sap. 1, 11. 11 Ps. 33, 14. 12 Rom. 12, 14. 14 I Thess. 5, 15 et I Petr. 3, 9. 17 Jac. 3, 2.

1 potius illa *C* 2 fides *CR*: ueritas *AV*, *ut habet Vulgata, sed in LXX est*: ἐλεημοσύναι καὶ πίστις || deficient *C* 3 autem *om. V* || in corde uelut *H et ed. Vall.*: *om. ACRV* 4 retraes *R* 5 auertes *R* || et ab omnibus — custodias *om. A* || liberos — sinceritate *HV (item R sed hic* liberas eas): liberos ad ea quae sunt a deo facta *C* 6 custodias *CH* 7 munda eam *H et ed. Vall.*: *om. ACRV* 8 ab adulatione *om. A et ed. Vall.* || nolo *CR*: Nam *V*; nolo — sententia *(u. 11) om. A* || putes *om. V* 9 lingua d. d. mundare *R* 10 in toto *CR*: omnino *V* || ut *ed. Vall.*: *om. CRV* 12 docentis *V* (Apostolum dicentem *A*) 13 sed illud *R*; sed — perfectus est *(u. 18) om. A* 14 reddat alicui *C* 16 benedictionem hereditate *corr. R* (hereditatem *pr. m.*): benedictione hereditatem *V* benedictionem hereditatis *C* 17 illut *V* || in lingua *RV*: in uerbo *C*, uerbo *b* 18 offendit *RV*: offendit fratrem *C* 19 deum *V*: dominum *ACH* 20 ea *ARVb*: et *CH* || dominum *AC* 21 labia enim *A* || dominus *C* 22 quas *ACR*: quas ei *V*

Digitized by Google

ut nonnisi sermonibus sanctis et ueris auditum praebeant, ut numquam obscena aut turpia aut saecularia uerba suscipiant aut aliquem de altero audiant derogantem, propter illud quod scriptum est ‘saepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam’, ut cum eo habere partem possis, de quo dicitur: quoniam auditu et uisu iustus erat, hoc est, nec oculis nec auribus delinquebat. Munda manus, ne porrectae ad accipiendum sint, ad dandum autem collectae, nec ad feriendum paratae, sed ad omnia misericordiae et pietatis opera satis promptae. Munda pedes, ne latam et spatiosam pergant uiam, quae ducit ad splendida saeculi et pretiosa conuiuia, sed arduum magis et angustum gradiantur iter, quod tendit ad caelum, quia scriptum est: iter rectum facite pedibus uestris. agnosce tibi a Deo artifice non ad uitia, sed ad uirtutes membra formata: et cum uniuersos artus mundaueris ab omni sorde peccati et toto fueris sanctificata corpore, tunc tibi castitatem intellegas profuturam, et cum omni fiducia palmam uirginitatis exspecta.

Quid sit sanctam esse corpore breuiter quidem, sed plene expo- 11
suisse me arbitror: nunc quod sequitur et spiritu, nosse debemus, hoc est, ut quod opere nefas est fieri, nec fas sit cogitatione concipere. illa enim est sancta tam corpore quam spiritu, quae nec mente nec corde delinquit, sciens etiam cordis esse inspectorem Deum, et idcirco satisagit, ut omni modo etiam animum cum corpore mundum

3 Eccl. 28, 28. 5 II Pet. 2, 8. 7 Eccles. 4, 36 12 Prou 4, 26.

1 sanctis modestis et *V* || ueris *H et ed. Vall.*: seriis *CRV;* et ueris *om. A* 2 obscoena *edd.* || aut non aliquem *C* 3 derogantem *ARV:* detrahentem *C* 4 ut cum — munda *(u. 7) om. A* 6 nec oculis nec auribus *V* 7 sint ad accipiendum *V* || ad d. aut. collectae *om. A* 10 pergant uiam *AR*: uiam p. *C*, uiam pergant et *V* 11 sed ad arduum *C* 12 tendat *V* || quia — uestris *om. A* 13 uirtutem *AH*, non ad uitia sed ad uirtutem *(sic) add. in R m. 2* 14 actus *C* 15 totus *R corr. manu 3 in* tota || tibi tunc *V* 16 omni *om. C* 17 expectes *ed. Vall.* 18 Quid — defendi *(p. 241, 15) om. A* || sancta *C* 20 operi *R* || fieri nefas est *V*, fieri *om. R* || nec fas sit cogit. concipere *H:* nec cogitatione concipere *CR*, nec concipiamus cogitatione *V* 21 est *om. R 1 m.* || sancta corpore et spiritu *V* 22 corde *R*: carne *CV*, corpore *ed. Vall.* || deliquit *V* || etiam *RV:* enim *C* || cordis *V post* deum *habet* || speculatorem *C* 23 satagit *H*

Digitized by Google

habeat a peccato, sciens scriptum esse: omni custodia serua cor tuum, et iterum: diligit Deus sancta corda, accepti sunt autem ei omnes inmaculati, et alibi: beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt: quod de illis dici arbitror, quos conscientia in nulla redarguit culpa peccati, de quibus et Iohannem in epistola dixisse reor: si cor nostrum nos non reprehendit, fiduciam habemus ad Deum, et quaecumque petierimus accipiemus ab eo. nolo existimes te crimen fugisse peccati, si uoluntatem non sequatur effectus, cum scriptum sit: quicumque uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est in corde suo. nec dicas 'cogitaui quidem, sed non perfeci', quia etiam concupiscere nefas est quod fieri nefas est. unde et beatus Petrus praecipit dicens 'animas uestras castificantes': qui si nullam animae constuprationem nosset, nec castificari eam desiderasset. sed et illum locum quo continetur 'hi sunt qui se cum mulieribus non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt, hi secuntur agnum quocumque ierit', adtentius considerare debemus et animaduertere, si solius integritatis ac pudicitiae merito isti diuino comitatui copulentur et per omnia caelorum tabulata discurrant, an et alia sint quibus adiuta uirginitas tantae beatitudinis gloriam consequatur. sed unde hoc scire poterimus? de sequentibus nisi fallor, in quibus scriptum est: hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo et agno, et in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula

1 Prou. 4, 23. 3 Matth. 5, 8. 6 I Joh. 3, 21 sq. 9 Matth. 5, 28. 13 I Pet. 1, 22 17 Apoc. 14, 4, 22 ibid. 4, 4 sq.

1 serua *CRV:* custodi *b* 2 iterum *CRV:* Ita enim *b* || dominus *CR* 3 omnes *RV*: om. *C* 5 et ad iohannem *R* 6 epistola sua *F et ed. Vall.* || non repr. nos *C* 8 peccati *om. V, ante* crimen *habet C* 9 affectus *R* || qui *V* 10 concup. eam *RV:* concupiscendum *C* || mechatus *CRV* 11 est *R:* est eam *CV* || nec *CRV*: Ne *b* 12 quia *CRV:* quoniam *b* || quod f. nefas est *V: om. R,* quod f. crimen est *C* 13 praecepit *R* || castificate *C* 14 quia si *V*, quasi *R* || animam *R* 15 eam *CR:* iam *V* || locum illum *H* 16 cum mulieribus non se *V* || quoinquinauerunt *R* 19 ac *om. R* || ipsi *H* 20 tabulata *RV:* tabernacula C || sunt *V et ante rasuram R* || adiuta *V*: auita *R*, adiuncta *CH* 21 consequantur *R* 22 de sequentibus — scriptum est *deest in V* 23 ex *CR:* de *V* || hominibus *HV:* omnibus *CR* 24 eorum *V*: ipsorum *CR*

Digitized by Google

enim sunt ante thronum Dei. uides ergo quod non in uno tantum membro dominicis referantur inhaerere uestigiis, sed illi qui praeter uirginitatem ab omni contagione peccati inmaculatam gesserint uitam. idcirco uel maxime uirgo nuptias spernit, ut, dum securior est, facilius, quod etiam a nubentibus quaeritur, ab omni se delicto custodiat et uniuersa legis mandata perficiat. nam si non nubat et ea nihilominus faciat, a quibus et nuptae esse iubentur inmunes, non nupsisse quid proderit? quamquam enim nulli Christianorum peccare liceat et omnes quicumque spiritualis lauacri sanctificatione purgantur, inmaculatam decurrere conueniat uitam, ut ecclesiae, quae sine macula, sine ruga, sine aliquo eiusmodi esse describitur, possint uisceribus intimari: multo magis hoc uirginem implere necesse est, quam nec mariti nec filiorum nec alterius necessitatis causa prohibet quo minus diuinam scripturam perficiat, nec aliqua, si peccet, poterit excusatione defendi.

O uirgo, serua propositum tibi magno praemio destinatum. prae- 12
clara est apud Dominum uirginitatis et pudicitiae uirtus, si non aliis peccatorum et malorum lapsibus infirmetur. agnosce statum tuum, agnosce locum, agnosce propositum. Christi sponsa diceris: uide ne quid indignum ei, cui desponsata uideris, admittas. cito scribet repudium, si in te uel unum uiderit adulterium. quaecumque ergo humanorum sponsaliorum pigneribus subarratur, statim a domesticis, a familiaribus, ab amicis sponsi sollicite et diligenter requirit [et ser-

10. Ephes. 5, 27.

1 enim *HV: om. CR* || ante thronum dei *C: om. RV* || in uno tantum *CH*: in uno uirgines tantum *RV* 3 contagione *H et ed. Vall.:* cogitatione *CRV* || gesserunt *V* 4 spernat *C* 7 immunes esse iubentur *V* 8 quamquam enim *H:* quamquam *RV*, et quamquam *C* 9 omnis *R* || spiritalis *CR* 10 immaculata d. c. uita *R* 11 eiusmodi *R:* huiusmodi crimine *V*, uitio huiusmodi *C; cf. ep. ad Ephes. 5, 27:* ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi (ἤ τι τῶν τοιούτων) 11 possit *R* 12 magis tamen hoc *H* 14 aliqua si *RV*: si qua *C* 16 destinato *R* || praeclara — infirmetur *om. A* 18 maculorum *(sic) C* 19 agnosce propos. agnosce locum *V* || ne *om. R* 20 disponsata *R* || scribit *C et pr. m. R;* cito — tu quae *(p. 242, 5) om. A* 21 uideat *C* 22 sponsa aliorum *C* || pigneribus *CRV*: pignoribus *Hb* || subarratur *R:* obarratur *Vb*, abarratur *C* 23 et *CR*: ac *b*, et dilig. *om. V* || et a seruulis *R*, et seru. *ed. Vall. post* ab amicis *habet; nos ut glossema inclusimus*

Digitized by Google

uulis], quales iuuenis habeat mores, quid potissimum diligat, quid accipiat, quo usu uiuat, qua se consuetudine regat, quibus utatur dapibus, in quibus praecipue rebus delectetur et gaudeat. quae cum didicerit, ita se in omnibus temperat, ut sponsi moribus suum obsequium, sua iucunditas, sua diligentia, sua uita concordet. et tu, quae Christum sponsum habes, a domesticis et familiaribus eius sponsi tui mores interroga, et strenue ac sollerter inquire in quibus praecipue delectetur, qualem compositionem in te uestium diligat, cuiusmodi concupiscat ornatum. dicat tibi eius familiarissimus Petrus, qui ne nuptis quidem corporalem permittit ornatum, sicut in epistola sua scripsit: ‘Mulieres similiter subiectae sint suis uiris, ut si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant, considerantes in timore Dei castam conuersationem uestram: quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumenti uestimentorum cultus, sed qui absconsus cordis est homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, quod est in conspectu Dei locuples. Dicat et alius Apostolus beatus Paulus, qui ad Timotheum scribens eadem de fidelium feminarum disciplina testatur: Mulieres similiter in habitu ornato cum uerecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus ‘aut auro aut margaritis aut ueste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes castitatem per bonam conuersationem.

11. I Pet. 3, 1 sqq. 20. I Tim. 2, 9.

1 quod potiss. *V* 2 quas consuetudines *V* 3 in quibus *om. R*, in *om. H* || praecipue *RV*: maxime *C* || rebus *om. V* || quaecumque didicerit *RV* 4 se *om. V* || temperet *R*, obtemperat *V* 5 sua iucunditas] *add. in C*: sua dilectio || tu *RV*: tu quoque *C* 7 solerter *AHb* 8 delectetur et *V*, delectatur *C* || in te compositionem *C* || cuiusmodi — ornatum *ARV*: *om. C* 10 ne *H*: nec *ACRV* || corporalem *AR*: corp. sed spiritualem (spiritalem *C*) *CV* || sicut et *V* 11 scripsit *ACR*: scribit *Vb* 11 sint *ed. Vall. et A*: *om. CRV* || suis uiris *ARV*: uiris suis *CH* || ut et *A* 12 si qui *ARV*: si *C* || mulierem *V et 1 m. R* 13 lucrificent *V* || dei *om. C* 15 capillaturae *R* || indumenta *R* 16 est cordis *AC* 18 quod est *CRV*: qui est *Ab* 19 beatus *om. V* || scribens epistolam *V et ed. Vall.*; qui — testatur *om. A* || eandem — disciplinam *C* || de *R*: *om. CV* 21 ornatum (ornatu *corr.*) *R* || non intortis *H* 22 uel ueste *A*

Digitized by Google

Sed tu forsitan dicis: cur haec îdem Apostoli non iusserunt? quia 13
non necessarium iudicabant, ne talis uirginibus commonitio potius iniuria quam emendatio uideretur. sed nec eas umquam tantae temeritatis fore credidissent, ut ne nuptis quidem concessa carnalia ornamenta et terrena praesumerent. re uera ornare se et componere uirgo debet: nam quomodo sponso suo placere poterit, nisi composita et ornata processerit? ornetur plane, sed interioribus ornamentis et spiritualiter, non carnaliter componatur, quia Deus non corporis, sed animae decorem in illa desiderat. ergo et tu quaecumque animam tuam a Deo diligi et inhabitari concupiscis, omni eam diligentia compone et spiritualibus indumentis exorna. nihil in ea dedecorum, nihil foedum appareat. resplendeat auro iustitiae et gemmis refulgeat sanctitatis ac pretiosissimo pudicitiae margarito coruscet: pro bysso et serico misericordiae et pietatis tunica uestiatur, secundum quod scriptum est: induite ergo uos sicut electi Dei, sancti et dilecti, uiscera misericordiae, benignitatem, humilitatem et cetera. et non decorem cerussae aut alterius pigmenti quaerat, sed innocentiae ac simplicitatis candorem habeat, roseum uerecundiae colorem et purpureum ruborem pudoris possideat. caelestis abluatur nitro doctrinae et lomentis spiritalibus emundetur. nulla in ea malitiae, nulla delicti macula relinquatur. et ne quando

15. Col. 3, 12.

1 tu *AV*: *om. CR* || dicas *ed. Vall.* || haec *om. C* || idem *RV*: iisdem *H*, *om. C* || non iusserunt *AR*: uirginibus non iusserunt *CHV* 4 crediderunt *ed. Vall.* || ne *ed. Vall. et H*: nec *ACRV* || nuptae concessa *A* 7 spiritaliter *ACRV* 8 carnaliter *ARV*: corporaliter *C* || dominus *C* 10 diligis *R* || compone *AH*: compte *C*, come *V (?) b*, commenda *R* 11 spiritalibus *ACR* || ornamentis *V* || in ea indecorum *C*, indecorum in ea *R* 12 et *om. AR* 13 ac *ARV*: et *C* || margarito pudicitiae *C* (pretiosissima pudic. margarita *ed. Vall.*) 13 corruscet *RV*, coruscet et pietatis tunica uestiatur *C* 15 uos ergo *CV* || dilecti *ACR*: dilecti dei *V* 16 benignitatem *om. V et ed. Vall.* || humilitatis *V* 17 et *om. C*; et non — concupiscit *(p. 244, 4) om. A* || decorem cerussae *H*: cerussę (*sine* decorem) *R*, resine speciem *V*, decorem *C post* pigmenti *habet* 18 ac simplicitatis *R*: simplicitatisque *CV* 19 purpureum ruborem pudoris *V*: purpureum ruboris pudorisque *R*, pudorem ruboris pudorisque *C* 19 caelesti *R* || 20 mitro *R* || lomentis *Cotelerius*: lamentis *RV*, lumentis *C*, lauamentis *ed. Vall.* 21 delicti *ed. Vall. et V*: doli *C*, diaboli *R*

Digitized by Google

male redoleat odore peccati, unguento suauissimo sapientiae et scientiae perfundatur.

14 Huiusmodi Deus quaerit ornatum et animam taliter compositam concupiscit. memento te Dei filiam dici, secundum quod ait: audi, filia, et uide. sed et tu ipsa, quotienscumque Deum patrem nominas, Dei te filiam esse testaris. ergo si Dei filia es, uide ne quid eorum facias, quae Deo patri incongrua sunt, sed age omnia quasi filia Dei. cognosce quomodo huius saeculi nobilium filiae se gerant, quibus adsuescant moribus quibusue se disciplinis instituant. tanta in quibusdam uerecundia est, tanta grauitas, tanta modestia, ut ceterorum hominum ritum intuitu humanae ingenuitatis excedant, et ne quam honestis parentibus suis per lapsum suum infamiae inurant notam, alteram sibi quodam modo inter homines consuetudinis studeant facere naturam. et tu ergo originem tuam respice, genus intuere, gloriam nobilitatis aduerte. agnosce te non hominis tantum, sed et Dei filiam et diuinae natiuitatis nobilitate decoratam. ita te exhibe, ut in te caelestis natiuitas appareat et ingenuitas diuina clarescat. sit in te noua grauitas, honestas admirabilis, stupenda uerecundia, mira patientia, uirginalis incessus et uerae pudicitiae habitus, sermo semper modestus et suo in tempore proferendus, ut quisquis te uiderit, admiretur et dicat: 'quae haec nouae inter homines grauitatis patientia est? quae pudoris uerecundia, quae honestatis modestia, quae maturitas sapientiae? non est ista humana institutio nec disciplina mortalis. caeleste mihi aliquid in terreno corpore redolet. puto quod ha-

4, Ps. 44, 11.

1 malo *V et ed. Vall.* || suauissimo *CV*: suauissimae *Rb* 3 ornamentum *V* 4 quod ait *ARV*: illud *C* 6 filia dei *CV* 7 patri *ARV*: om. *C* || sint *CH* 8 cognosce — ergo *(u. 14) om. A* || filiae se nobilitum *(sic) V* || se *om. R, C ante* saeculi *habet* 9 se *om. V* || in *om. R* 11 ne quam *RV*: nequaquam *C* 12 per lasciuiam infamiae *V* || infamiae *om. R* || notam inurant *C* 13 studeant facere *R*: fecere *ed. Vall. et V*, facientes *C* 14 et tu origine tua te crede non hominis tantum *mediis omissis V* 15 non hominis tantum (tantum esse *C*) sed — decoratam *CV*: non hominis sed Dei filiam — decoratam *H*, non hominibus sed et (et *om. A*) dei diuinitatis nobilitate decoratam *AR* 17 appareat *ed. Vall. et V*: sc̃a pareat *R*, pareat *ACH*, pateat *b* || et *R*: ut *AV*, et ut *C* 19 uere *RV* || habitus et sermo *AR* 20 quisque *R* 21 nouae *ARV*: noua *C* 23 sapientiae *ARV*: *om. C* || institutione disciplina *R* 24 redolet *ARV*: refulget *C* || puto enim quod habitat *A*

Digitized by Google

bitet in quibusdam hominibus Deus'. et cum te Christi famulam esse cognouerit, maiore stupore tenebitur et cogitabit qualis ille sit dominus, cuius talis ancilla est.

Si uis ergo esse cum Christo et partem habere cum Christo, Christi 15
tibi exemplo uiuendum est, qui ab omni malitia et nequitia ita fuit extraneus, ut ne inimicis quidem uicem redderet, quin potius et pro ipsis oraret. nolo enim eas animas Christianas existimes, quae aut fratres aut sorores non dico oderunt, sed quae proximos toto corde et conscientia coram Dei testimonio non diligunt, cum Christianis Christi similitudine inimicos etiam amare necesse sit. si sanctorum cupis habere consortium, a malitiae et nequitiae cogitatu pectus emunda. nemo te circumueniat, nemo fallaci sermone seducat. nonnisi sanctos et iustos et simplices et innocentes et puros caelestis aula suscipiet: nullum apud Deum habet malitia locum. ab omni nequitia et dolo mundum esse necesse est qui cupit regnare cum Christo. nihil tam contrarium, nihil tam exsecrabile Deo quam aliquem odisse, aliquem uelle laedere, nihil tam probabile quam omnes amare. quod Propheta sciens testatur docens: qui diligitis Dominum, odite malum.

Vide ne in aliquo humanam gloriam diligas, ne et tua inter illos 16
portio computetur, quibus dictum est: quomodo uos potestis

18. Ps. 96, 10. 21. Joan. 5, 44.

1 Christi famulam *ARV*: filiam Christi *C* 2 maiori *CV* || tenebitur *CH:* teneatur *ARV* || cogitabit *H*: cogitet *ACRV*, cogitat *C corr.* || sit ille D. cuius talis et ancilla *A* 4 ergo *om. A* || esse cum Christo et *AH*: *om. CRV* || partem habere *RV*: habere partem *CH* (cum Christo p. habere *A*) 5 et nequitia *CH: om. ARV* || ita *om. R* 6 externus *V* || ut ne — emunda *(u. 12) om. A* || ne *ed. Vall. et H*: nec *CRV* 7 enim ut eas *C* || existimes esse *C* 9 conscientia *R*: conscientia munda *V*, conscientiae *C* || Dei *H*: Deo *CRV* || testimonio *om. V* || cum — necesse sit *deest in V* 11 malitia *R* 12 nemo fallaci *CRV*: nemo te fallaci *AH* 13 et iustos *CH*: *om. ARV* 14 suscipit et *A*, suscipiat *R*, *sed corr. 1 m.* || locum habet malitia *C* || nequitiae *V* 15 necesse est esse *V et ed. Vall.* || nihil — Domini *(p. 246, 4) om. A* 16 aliquem *R*: alterum *CV* 17 uelle *R*: uelle uel *C*, uel *V* 18 sciens *RV*: prospiciens *C* 19 malum num *R* (malignum *corr. m. 2*) 20 ne in alico *R*, ne aliquam *C* || necet *R (sed* c *punct.)*, et *om. V* 21 portio inter illos *C* || quomodo potestis querere gloriam dei gloriam ab hominibus quaerentes *V*

Digitized by Google

credere, gloriam ab inuicem quaerentes? et de quibus per Prophetam dicitur: auge eis mala, auge mala gloriosis terrae, et alibi: confundimini a gloriatione uestra, ab obprobrio in conspectu Domini. nolo enim illas respicias, quae saeculi, non Christi sunt uirgines, quae propositi sui et professionis inmemores gaudent in deliciis, in opibus delectantur et corporeae nobilitatis origine gloriantur: quae si pro certo Dei filias se esse crederent, numquam post diuinos natales nobilitatem admirarentur humanam nec gloriarentur in patre quolibet honorato: si patrem Deum se habere sentirent, nobilitatem carnis non amarent. quid tibi, o stulta, in generis nobilitate blandiris et conplaces? duos homines [in exordio] fecit Deus, ex quibus totius humani generis silua descendit: mundanam nobilitatem non naturae aequitas praestitit, sed cupiditatis ambitio. certe omnes per diuini lauacri gratiam aequales efficimur, et nulla inter eos potest esse discretio, quos natiuitas secunda generauit, per quam tam diues quam pauper, tam liber quam seruus, tam nobilis quam ignobilis Dei efficitur filius, et terrena nobilitas splendore caelestis gloriae obumbratur et nusquam omnino iam comparet, dum qui retro in saecularibus honoribus inpares fuerant, caelestis et diuinae nobilitatis gloria aequaliter uestiuntur. nullus ibi

2. Is. 26, 15 secundum LXX. 3. Jerem. 12, 13 sec. LXX.

1 ab *R*: ad *C* 3 alibi *RV*: *om. C* || confundimini *R*: confundemini *V*, confundentem *C*, confundantur *b* || a *om. V* || glorificatione *C* 4 et ab obprobio *C* 5 quae *AR*: nec quae *C*, nec *V* || sui immemore professionis recordantur sed gaudent *V* 6 et corp. — credunt *(p. 247, 6) om. A* 7 corpore *R* || nobilitatis in origine *C*, nobilitatis hac (ac *corr.*) in uirginitate *R* || pro certo *CV*: procerte *R*, profecto *H et ed. Vall.* || filias esse se *V*, filia esse *R* 8 crederent Numquam *R* 9 humanam. Nam nec *R* 10 nobilitatem c. n. amarent *ed. Vall. et H*: *om. CRV* 11 o stulta *om. H*, o *om. R* || in generis nobil. *H*: *om. CRV* || blandiris et *CH*: plaudis et *V*, plaudissent *R* 12 fecit ab exordio deus *H*, in exordio *om. R, nos inclusimus* || deus fecit *V* 13 praestat *C* 14 certe — efficimur *RV*: *om. C* || gratiam *V*: gramen *R* (*abiit* gram *in* gram̃) 15 inter nos *V* || discretio potest esse *C* 16 generaret *V* 18 caelestis gloriae *CR*: caelesti *V* 18 obumbratur *R V*: adumbratur *CH* | et *om. C* || nusquam *R corr. ex* numquam 20 caelestis et *R*: caelesti *C*, caelesti gloria obumbrantur et *V* || diuinae nobilitatis gloria *HV*: diuinae gloriae nobilitate *CR* || uestiuntur aequaliter *C* || nullus iam ignobilitati *H*

Digitized by Google

iam ignobilitatis locus, nec degener quisquam est, quem diuinae natiuitatis sublimitas ornat, nisi apud illos, qui non putant humanis caelestia praeponenda. aut si putant, quam uanum est ut se illis in minoribus praeferant, quos sibi in maioribus pares sciunt, et quasi infra se positos in terra existiment quos sibi aequales in caelestibus credunt. tu autem, quaecumque Christi, non saeculi uirgo es, omnem praesentis uitae gloriam fuge, ut eam quae in futuro promittitur consequaris.

Contentionum uerba et animositatis causas deuita, discordiarum 17 quoque et litium occasiones subterfuge. nam si iuxta Apostoli doctrinam seruum Domini litigare non oportet, quanto magis Dei ancillam, cuius quo uerecundior est sexus, animus debet esse modestior. linguam a maliloquio cohibe et ori tuo frenum legis inpone, ut tunc, si forte, loquaris, quando tacere peccatum sit. caue ne quid quod in reprehensionem ueniat dicas. lapis emissus est sermo prolatus: quapropter diu antequam proferatur cogitandus est. beata quippe labia sunt, quae numquam quod reuocare uelint emittunt. pudicae mentis sermo etiam debet esse pudicus, qui aedificet semper magis quam aliquando destruat audientes, secundum quod praecepit Apostolus dicens: omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus ad aedificationem fidei, ut

10. II Tim. 2, 24. 20. Eph. 4, 29.

1 locus *RV*: locus est *C* || est quisquam *V* || quem *CR:* et *V* 2 sublimitas non ornat illos qui putant humana caelestibus *V* 3 quămanum *R* || se *HV:* si *R*, sese *C* 4 sciunt *H:* scient *R*, censeant *V*, sentiant *C* 5 positus *R* || in caelestibus aequales *C*, in *om. R* 6 credunt *R:* crediderunt *CV* || omnis *V* 7 in saeculo futuro *V* 9 causam *V* || deuita *V:* euita *CR*, uita *ed. Vall.*, deuita disc. quoque *om. A* 10 occasionem *C* 11 quanto m. ancillam domini non expedit *V* 12 quo *om. V* || sexus et animus *V* 13 frenum *AH et corr. R:* freno *R 1 m.* frenos *CV* || ut *ARV*: et *C* 14 tunc loquaris si forte loqueris *V*, si *om. A; nos commate post* si forte *posito (cf. p. 249, 1) loci interpunctionem emendauimus; uidendum tamen, ne uerba* caue ne — dicas *loci structura non intellecta ex interpolatione irrepserint* || sit *om. b* || caue — audientes *om. A* 17 labra *C* || reuocare iterum *R*, reuocare postea *V* 18 etiam *om. b* 19 destruat aliquando *V* || secundum id *(*hoc *ed. Vall.)* quod *A* || praecipit apost. *V* (Apostolus dicit *A*) 20 de ore *C*, ex ore *deleuit m. 2 in R* 21 sed si — inferri *(p. 248, 10) om. A* || bonus est ad *C* || ut *om. V*

Digitized by Google

det gratiam audientibus. pretiosa Deo lingua est, quae nonnisi de diuinis rebus nouit uerba construere, et sanctum os, unde caelestia semper eloquia proferuntur. absentium obtrectatores quasi malignos scripturae auctoritate deterre, quia etiam hoc inter uirtutes perfecti hominis Propheta commemorat, si ante conspectum iusti malignus ad nihilum deducatur qui contra proximum non probanda protulerit. non licet enim tibi alterius uituperationem patienter audire, quia nec ab aliis optas recipi tuam. iniustum quippe est quicquid contra Christi euangelium uenit, si alteri quod tibi ab alio fieri molestum est patiaris inferri. semper linguam tuam de bonis loqui adsuesce, et auditum tuum ad bonorum magis laudem quam ad malorum uituperationem accommoda. uide ut omnia quaecumque bene facis propter Deum facias, sciens eius rei tantum te a Domino recepturam esse mercedis, quantum eius timoris et dilectionis causa perfeceris. sancta magis esse quam uideri stude, quia nihil prodest aestimari quod non sis, et duplicis peccati reatus est non habere quod creditur et quod non habeas simulare.

18 In ieiuniis magis quam in epulis delectare, illius uiduae memor, quae non discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus Deo seruiens die ac nocte. et si uidua et quidem Iudaea talis fuit, qualem nunc uirginem conuenit esse Christi? diuinae magis lectionis conuiuium dilige, et spiritualibus te saturari dapibus concupisce, et illos potius quaere cibos, quibus anima magis quam corpus reficiatur. carnis et uini species quasi caloris fomenta et libidinis incitamenta

1 non sine diuinis *R* 4 etiam *om. R* || inter] in *V* || perfecti hominis uirtutes *C*, uirtutis perfectionis (*om.* hominis) *R* 5 connumerat *V* 7 enim *RV: om. CH* || alterius tibi *V* || uituperationes *C* || patienter *om. V* 9 euang. Christi *V* 10 linguam tuam semper *C* 11 ad laudem bonorum magis *A*, magis ad bon. laudem *C* || quam malorum *V* 12 accommoda *CH:* commoda *ARV* || omnia *om. V* || bona facis *V*, benefacis *R corr. ex* beneficias || propter Dominum *A* 13 tantum *ARV:* tantam *C* 14 mercedis quantum *A:* mercedem quam *CRV* 15 uidearis *C* || quia — simulare *om. A* 16 crederis *V* 18 in *utroque loco om. V* 19 de] a *V* || obsecrationibus *ARV:* orationibus *C* || seruiens Domino nocte ac die *A* 20 et si — Christi (*u. 21*) *om. A* || et assidua (*corr. ex* si iudaea) et quidem talis *V* || uiduae quidem *R*, uidua quidem *H* || fuerit *R*, erat *H* || qualis *V* 21 conuenit uirg. esse *V*, esse uirg. conuenit *C* || lectionis *ARV:* dilectionis *C* 22 tu *V* || saturari *AR:* satiari *CV* || et *om. C* 23 require *C* || reficiatur *AR:* reficitur *CV*

Digitized by Google

fuge. et tunc, si forte, uino exiguo utere, cum stomachi dolor et nimia corporis compellat infirmitas. iracundiam uince, animositatem cohibe, et quicquid illud est quod post factum paenitentiam ingerit, uelut proximi criminis abominationem declina. satis tranquillam et quietam esse conuenit mentem et ab omni perturbatione furoris alienam, quae Dei habitaculum esse desiderat, quod per Prophetam testatur dicens: Super quem requiescam alium nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea? Omnium operum et cogitationum tuarum speculatorem Deum crede, et caue ne quid, quod diuinis oculis indignum sit, aut opereris aut cogites. cum orationem celebrare desideras, talem te exhibe, quasi sis cum Domino locutura. cum psalmum dicis, cuius uerba dicis agnosce, et in conpunctione magis animi quam in tinnulae uocis dulcedine delectare. lacrimas enim psallentis Deus magis quam uocis gratiam comprobat, sicut Propheta dicit: seruite Domino in timore et exultate ei cum tremore. ubi timor et tremor est, ibi non uocis elatio est, sed animi flebilis et lacrimosa deiectio. omnibus actibus tuis diligentiam adhibe, quia scriptum est: maledictus homo qui facit opera Domini neglegenter. Crescat in te cum annis gratia, crescat cum aetate iustitia, et fides eo perfectior uideatur esse quo senior es, quia Iesus, qui nobis uiuendi reliquit exemplum, proficiebat non

19

7. Is. 66, 2. 15. Ps. 2, 11. 18. Jer. 48, 10.

1 et tunc — infirmitas *om. A* || sic forte *V* || utere ut stomachi dolor et animae corporisque expellatur infirmitas *V* || dolor et nimia *R:* dolore nimio *C* 3 uelut proximi criminis *AH:* uelut *om. R*, pro maximo crimine proximi criminis *CV* 4 abhominatione *V* || quietam et tranquillam conuenit esse *C* 5 et *om. b* || perbatione *R* 6 quod per — uerba mea *om. A* || quod *V:* qui *CR* || dicens *ed. Vall. et V:* et dicit *CR* 8 quietam *R* || sermones meos *C* || Omnium — cogites *(u. 10) A post* comprobat *(u. 14) habet* 9 Deum *om. R* || quid quod *CV:* quidquam quod *H*, quicquam (*add. m. 2* quod) *R* 11 quasi *V:* quasi quae *ACR* || cum Deo *C* 12 uerba dicis *AH:* u. diceris *R*, u. loqueris *V*, u. loquaris *C* 14 sicut — neglegenter *(u. 19) om. A. Quae deinceps in A sequuntur, non sunt nisi paucae sententiae breuiatae.* 16 non ibi *V*, non ubi *R* 17 dilectio *R; post* deiectio *in V additum est:* Dicat et tibi deus. Audiui uocem orationis tuae et aspexi lacrimas tuas 18 adhibe *RV:* exhibe *C* || homo *om. C* || opera domini *CRV:* opus dei *H*, *Vulg. habet* opus Domini, *sed LXX:* τὰ ἔργα κυρίου 19 gratiam *R* 20 es *om. C* 21 Jesus *R:* Jesus dominus *V*, dominus Jesus *C*, Dominus noster Jesus *H*

Digitized by Google

aetate tantum corporea, sed et sapientia et gratia spirituali coram Deo et hominibus. omne tempus in quo te non meliorem senseris, hoc te aestima perdidisse. Coeptum uirginitatis propositum ad finem usque conserua, quia non inchoasse tantum, sed perfecisse uirtutis est, sicut in euangelio Dominus ait: qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. caue ergo ne cui uel concupiscendi occasionem tribuas, quia sponsus tuus Deus zelans est: criminosior est enim Christi adultera quam mariti. Esto ergo omnibus uiuendi forma, esto exemplum, praecede et in actu quos in castitatis sanctificatione praecurris. uirginem te in omnibus exhibe: nihil corruptionis obiciatur capiti tuo. cuius corpus integrum est, sit et inuiolabilis conuersatio. et quoniam in exordio epistolae praefati sumus te Dei sacrificium factam, quod utique sanctitatem suam etiam aliis inpertit, ut quisquis ex eo digne sumpserit, sanctificationis et ipse sit particeps, ita ergo et per te quasi per diuinam hostiam sanctificentur et ceterae, cum quibus te tam sanctam in omnibus exhibeas, ut quisquis uitam tuam uel auditu uel uisu contigerit, sanctificationis uim sentiat et tantum sibi intellegat gratiae ex tua conuersatione transfundi, ut, dum te imitari concupiscit, Dei sacrificio et ipse sit dignus.

4. Matth. 10, 22.

1 sed et *ed. Vall. et V:* sed *CR* 2 meliorem te non *V* 3 coeptum (*s.* ceptum) *ARV:* conceptum *C* 4 uirtutes *ed. Vall., sed lectionem* uirtutis *A quoque firmat* 6 ergo *om. H* || cuiquam *C* || uel *om. b* 7 quia *RV:* quoniam *C* || est deus zelans *V* 8 enim *om. C* || *post* quam mariti *sequuntur in HV* (*glossemate carent CR*): Vnde pulchre Romana ecclesia apostolico sine dubio, cuius sedem obtinet, spiritu animata, tam seueram nuper de huius modi sententiam statuit, ut uix uel penitentia dignam iudicaret, quae sanctificatum Deo corpus libidinosa coinquinatione uiolasset (dignas iudicaret quae.. uiolassent *V*) || ergo *ACRV:* igitur *b* || uiuendi forma *AR:* forma uiuendi *CV* 10 corruptionis obiciatur capiti tuo *CH:* corruptionis subiciatur tuum *R*, subiciatur corruptioni tuae *V* 11 est sit et *RV:* est sit *C*, est; at et tua sit *H* || conuersio *R* 12 quoniam *RV*: quoniam ut *C*, quoniam, sicut *H* || praefatus sum *V* 13 factum *H* || ut *R et corr. C:* et *C*[1]*V* 14 quisque *V*, quis *R* || digne *ac paulo post* sanctificationis *om. V* 15 et ceterae *om. V* 16 cum quibus *CH:* cumque *RV* || tam sanctam *R:* ita *HV*, *om. C* || quisque *RV* 17 uel auditu uel uisu cont. *V:* aut aud. aut uisu c. *C*, aut auditu contigerit aut uisu *R* 18 et *om. V* 17 tantum *C:* in tantum *ARV* || gratiam *AH:* gratiae *CRV* 19 dignus. Amen *V*, dignus. FINIT AD VIRGINES *R.*

Digitized by Google

III. Epistula Seueri ad Sanctum Paulum episcopum *).

Postquam omnes coquos tuos coquinae tuae renuntiasse cognoui, credo quia dedignarentur officium uilibus praebere pulmentariis, puerulum tibi ex nostra misimus officina, doctum satis pallentem coquere fabam et ignobiles betas aceto et iure condire uilemque pultem esurientium faucibus inferre monachorum, piperis nescium, laseris ignarum, familiarem cymini et adprime callidum herbis suaue redolentibus clamosum urgere mortarium. unum habet uitium, quod hortorum omnium non est ciuilis inimicus: ita, si admissus fuerit, proxima quaeque metet gladio nec exsaturabitur umquam caede maluarum. in praebendis autem sibi lignis calumniosus tibi non erit: obuia quaeque conburet, metet nec dubitabit inferre tectis manus et antiquos asseres laribus amouere. hunc igitur cum his moribus adque uirtutibus donatum tibi non seruum, sed pro seruo filium cupimus, quia non erubescis minimorum esse pater. ego tibi pro hoc seruire uoluissem, sed si uoluntas facti portio est, tu modo facito ut inter prandia cenasque felices mei memineris, quia rectius est uestrum esse mancipium quam dominum ceterorum. ora pro me.

*) Hanc et sequentes epistolas primum edidit D'Achery in Spicilegio V, 532 sqq.

4 praebere] bere *P in ras. (P = Palat. Vatic. 829 saec. IX)* 6 aceto ex iure *P* || esuriensium *P* 13 dubitauit *P*

Digitized by Google

IIII. Alia epistula.

1. Sacrae religionis fidus interpres uniuersa conponit, ut peccatis ulterius locus esse non possit: nam quid aliud tanta morum sanctitate promittis, nisi ut uitam beatam submotis erroribus agitemus? in quo laudem maximam tuis uideo conuenire uirtutibus, quod inperitam mentem piis hortationibus inmutaris et ad optimam traxeris rationem. ceterum non ita mirabile uideretur, si eruditos animos infusa sapientia confirmasses: est enim prudentibus uiris cum deuotione cognatio nec est cito conueniens credulitati rusticitas. sic illi, qui figuras animantium de lapidibus ducunt, difficilioris operis negotium gerunt, si durissima saxa ferramentis incutiunt, illi uero, qui mollioris materiae tentamenta susceperint, manus suas iuuari sentiunt facilitate fingendi, consentaneumque putatur, ut arduus labor opificis honore maximo censeatur: ita tibi, domine, praedicatio singularis est exhibenda, quod inpolitos agrestesque sensus culpae caligine liberatos et humana sentire feceris et diuina cognoscere.

2. Non minus ille Xenocrates in laude est, philosophorum longe doctissimus, qui seueris exhortationibus fecit ut luxuria uinceretur. nam cum Polemo quidam uino languidus ex antelucano conuiuio publice uagaretur illudque temporis esset, quo ad gymnasium Xenocratis confluerent auditores, ingressus et ipse est et in numero studiosorum eo habitu, quo de cena prodierat, inpudenter adsedit; nam caput eius florens corona contexerat: neque est ueritus se omnibus uideri dissimilem, quia re uera caput, quod est domicilium sanitatis, usus

1 Incipit epistulae... *P* 2 Sacrae *P:* Sanctae *edd.* 4 agitimus *P* 5 uides *uel* uidemus *de Prato* 9 crudelitati *P* || *fort.* si illi 12 temtamenta *P* || fingendi *P et Clericus:* pingendi *ed. d'Achery* 17 senocrates *P* || philosoforum *P* 20 illutque *P* || quod ad gypnasium senocrates *P* 22 quod de *P* || 22 *et* 24 capud *P* 24 quia *P*: qui *ed. d'Achery*

Digitized by Google

longae potionis inuerterat. tunc grauiter inmurmurantibus ceteris, quod in multitudinem litteratorum intempestiuus auditor inrepserat, ne minimum quidem magister ille commotus est, sed potius de disciplina morum legibusque modestiae instituit disputare: tantumque ualuit docentis auctoritas, ut petulantis illius animus ad amorem pudoris inpelleretur. et primo quidem Polemo coronam capite conturbatus deposuit discipulumque professus est: ad extremum ita se ad officium grauitatis inflexit seque totum formauit ad uerecundiam, ut prioris uitae consuetudinem emendatio gloriosa texisset. hoc ipsud nos in tuis praeceptionibus admiramur, quod nullis minis, nullis omnino terroribus ad cultum Dei uaesanos animos conuertisti, ut confusa mens illud crederet esse rectissimum, cum omnibus bene beateque uiuere, quam cum paucis iniusta sentire.

V. Alia epistula.

Licet domnus et germanus meus de uestra petierit honestate ut Tutum uelitis esse tutissimum, tamen mihi fas fuit eundem litteris commendare, ut conduplicata petitione tutior habeatur: huic enim nocuerit puerilis culpa et error aetatis incertae, ut annorum suorum initia macularet: sed qui necdum sciret quid bonis moribus deberetur, prope sine culpa peccauit. nam se ubi ad bonam mentem considerationemque conuertit, intellexit uitam scenicam consilio meliore damnandam: huic autem plena non posset euenire purgatio, nisi diuinitatis accessu delicta dilueret, si quidem catholicae religionis remedio conmutatus usum sibi loci turpioris negauit seque ab oculis populari-bus uindicauit.

2 litterarum tempestiuus *P* || neminium *P* 5 animus — inpelleret *P*, animum — impelleret *edd.* 6 exposuit *P*, *em. d'Achery* 9 texisset *P:* correxisset *edd.* 12 rectius *malebat d'Achery*

14 Incipit alia *P* 15 domnus *P*: dominus *edd.* 16 tutum *P et edd.* || uellitis *P* 22 diuitnatis *P corr. m. 1 in* diuinatis

Digitized by Google

Domini ut supra.

Quomodo itaque et diuinae leges et publicae fidele corpus et sanctificatos animos non permittunt inhonestas exhibere delicias et uulgares edere uoluptates, maxime cum castae deuotionis quodammodo uideatur iniuria, si quis sacro baptismate renouatus in ueterem lasciuiam reuocetur, oportet laudabilitatem uestram bonis fauere propositis, ut is, qui beneficio Dei pium munus indeptus est, in foueam theatralem cadere non cogatur. uestrum tamen omnium iudicium non recusat, si alias iniungatis congruas pro necessitate communis patriae functiones.

VI. Ad Saluium.

1. Forensis elatio fori debet exercitatione feruere; conuenit enim lacertis industriae cotidie depugnantis motus habere terribiles: at cum sonora facundia receptui cecinit et in otiosa nemora adque amoena diuorsoria semigrauit, fremitus inertis oportet abiciat et desinat inefficacia minitari. scimus etenim palmigeros biiuges ubi e circo recesserint, quietissime stabulari: illos non iugis formido, non ambiguae palmae sollicitant, sed demum pacatis adfixi praesepibus timere iam nesciunt hortatorem, seditiosae contentionis dulcia ducentes obliuia. sed et stipendiis consummatis tropaea suspendere iuuet militem gloriosum et patienter gerere senectutem.

2. Ac tibi cur cordi sit terrificare miseros aratores, non plane intellego, et ruricolas meos cur uelis exhibitionis urgere formidine, non agnosco: quasi uero illos nesciam consolari et a pauore retrahere et

2 fidilae *P* 7 his qui *P* 14 rectui *P* 15 diuorsorias emigrauit *P*, d. remigrauit *Clericus* || insertis *P*, inertes *edd.* 19 seditiose *P* 20 iubet *P*, iuuat *edd.* 22 ac tibi tur (*uel* cur) *P*, At tibi igitur *d'Achery*, An tibi ig. *alii*

Digitized by Google

docere non tantum esse timoris quantum ipse praetendis. fateor, dum nos campus exciperet, me saepe armis eloquentiae tuae fuisse conterritum, sed frequenter ut poteram recidiua uulnera reponebam. tecum sane condidici, quo iure coloni quoue ordine repetantur, cui conpetat actio, cui non conpetat exitus actionis. Volusianenses ais te uelle reducem ac frequenter iratus ingeminas te rusticos ex mea turricula retracturum: et is qui, ut ego spero adque desidero, mihi antiqua necessitudine sis copulatus, correpturum te homines meos conuentione neglecta temere minitaris. quaero de insigni prudentia tua, utrum ius aliud habeant aduocati, aliud ex togatis, an aliud aequum Romae sit, aliud Matari.

3. Te interim nescio Volusiani fundi umquam fuisse dominum, si quidem Dionysius fertur eius possessionis iura seruasse, neque heredes illius defecisse, qui dum uiueret, rei naualis in plurimos uenales aculeos intendebat. fuit ea tempestate Porphyrius quidam Zibberino satus, neque tamen recte Zibberini filius nominatus. idem generis quaestionem militia conuelabat, et ut nubem a fronte repelleret, officiosa gratia et laetis obsequiis fungebatur. multum mecum fuit et domi et in foro, cum me et apud patrem defensore et apud iudicem patrono saepius uteretur. aliquando etiam Dionysium conprimebam, quod Porphyrio non deberet uiginti iugerum causa nauicularia iurgia commouere.

4. En causa est cur insignis prudentia tua meis minitetur actoribus, ut cum dominus loci non sis, passim colonorum meorum facias mentionem. et si te Porphyrii denuntias successorem, uiginti iugerum noris angustias ne ab uno quidem cultore posse tractari: aut si te memorem custodemque propriae dignitatis piget heredem nominare Porphyrii, certum manifestumque est illum posse proponere, qui proponendi habeat facultatem, ut aduersum eos experiatur, qui nihil ex eadem terra possideant. ceterum si diligenter inspicias, mihi potissimum deferri potest intentio repetendi. quare, domine praedicabilis frater, quiescas oportet et mecum redeas in gratiam et ad priua-

2 armis eloq. tuae *P*: eloquentia tua *edd.* 6 reducem *P*: reducere *edd.* 8 antiquae *P* || correpturum *P*: confecturum *edd.* 10 *fort.* aliud sit tog. 11 est *libri* || matari. te interim nescio uolusiani *P*: Mataritae. Interim nescio Volusium *edd.* 13 dionisius *P* 14 illius] aliuo (i *in ras.*) *P* || nuenales *P deleta* n, uenenales *edd.* 15 porfyrius *P* 16 situs *P* 21 pyrfyrio *P* 25 pyrfyrii *P*

Digitized by Google

tum digneris uenire conloquium. desinas, quaero, inertes et trepidos conturbare et iactantiam tuam procul exerceas, et existimes me laetari tua superbia, non offendi: nec nudi enim nec ineruditi sumus. saltim te mitem faciat Maximinus.

VII. *Alius epistulae initium.*

Animorum quidem fides et religio manet, sed haec declaranda est indicio litterarum, ut caritatis augmentum salutatione succrescat. sicut enim fertilis ager fructus copiosos adtollere non potest, si cultura cessauerit, et terrarum bonitas perit desidia quiescentis, sic amorem gratiamque animi puto posse torpescere, nisi qui absentes sunt epistulari praesentia uisitentur.

3 nudi *P*: duri *edd.* 4 saltem *edd.* 6 Alia animorum *P et edd. Apparet* Alia (*sc.* epistula) *titulum esse* 7 caritatis.... *P* 8 fructos *P* || si. cultra P^1 10 absente *P* 11 *sequitur in P (item in edd.) spatio interiecto:* Deo gratias amen.

Digitized by Google

I. INDEX SCRIPTORVM.

A = Appendix, D = Dialogi, E = Epistulae, M = uita Martini; loci, quibus nulla littera praefixa est, sunt ex Chronicis.

Testamentum uetus.

Genesis ... I, 19, 10
Exodus ... I, 19, 10
20, 14 ... A 1, 4
Leuiticus ... I, 20, 1
19, 18 ... A 1, 4
Deuteron. 6, 13 ... A 1, 4
Judicum liber ... I, 29, 5
Regum libri ... I, 20, 6 sq. 46, 5
III, 6, 1 ... I, 40, 1
Paralipp. ... I, 7, 6. 46, 5
Psalm. 2, 11 ... A 2, 18
8, 3 ... M 9, 6
33, 11 ... A 1, 7
33, 14 ... A 2, 10
33, 15 ... A 2, 6
44, 11 ... A 2, 14
96, 10 ... A 2, 15
111, 1 ... A 1, 5
111, 10 ... A 1, 5
149, 5 ... A 1, 5
Prou. 3, 5 ... A 2, 10
4, 23 ... A 2, 11
4, 26 ... A 2, 10
Sap. 1, 11 ... A 2, 10
Eccles. 4, 25 sq. ... A 2, 10
4, 36 ... A 2, 10
26, 24 ... A 2, 8
28, 28 ... A 2, 10
Isaias 5, 8 ... A 1, 5
26, 15 ... A 2, 16
40, 12 ... A 1, 6
56, 5 ... A 2, 2
66, 2 ... A 2, 18
Jerem. 12, 13 ... A 2, 16
48, 10 ... A 2, 18
Ezech. ... II, 3, 9
18, 24 ... A 1, 2

Testamentum nouum.

Matth. 5, 8 ... A 2, 11
5, 28 ... A 2, 11
7, 12 ... A 2, 6
10, 22 ... A 2, 18
13, 43 ... A 2, 8
19, 12 ... A 2, 2
19, 17 ... A 2, 4
22, 13 ... A 1, 7
25, 30 ... A 1, 7
25, 40 ... M 3, 4
25, 41 ... A 2, 7
27, 42 ... E 1, 3
Joh. 5, 44 ... A 2, 16
14, 4 ... A 2, 2
Acta Ap. 13, 21 ... I, 36, 6
28, 4 ... E 1, 5
ad Rom. 12, 1 ... A 2, 1
12, 14 ... A 2, 10

Digitized by Google

ad Rom. 12, 15 ..... A 2, 6
I ad Cor. 6, 2 ..... D III, 6, 5
6, 17 ..... A 2, 1
7, 25 ..... A 2, 4
7, 34 ..... A 2, 8
ad Eph. 4, 29 ..... A 2, 17
5, 27 ..... A 2, 11
ad Phil. 4, 8 ..... A 2, 8
ad Col. 3, 12 ..... A 2, 13
I ad Thess. 5, 15 ..... A 2, 10
I ad Tim. 2, 9 ..... A 2, 12
II ad Tim. 2, 14 ..... A 2, 17
Jac. 2, 10 ..... A 2, 7
3, 2 ..... A 2, 10
I Petri 1, 22 ..... A 2, 11
3, 1 sqq. ..... A 2, 12
I Petri 3, 9 ..... A 2, 10
II Petri 2, 8 ..... A 2, 10
I Joh. 3, 21 sq. ..... A 2, 11
Apoc. 13, 3 ..... A 29, 6
14, 4 sq. ..... A 2, 11

(Eusebii) chronica I, 36, 3 ..... 42, 1
46, 5. II, 5, 7. 6, 1
Hieron. ep. 22 ..... D I, 9, 2
Hilarii ep. ..... II, 40, 5
Sall. Jug. 18, 8 ..... D I, 3, 3
Statii Theb. 8, 751 ..... D III, 10, 4
Ter. Andr. I, 1, 41 ..... D I, 9, 3
Verg. Aen. 1, 729 ....II, 8, 3

II. INDEX NOMINVM ET RERVM.

Aaron frater Moysis I, 14, 3. I, 17, 2 et 6. I, 19, 2; a populo compulsus uitulum aureum facere I, 19, 4; seditio in eum orta I, 21, 1
Abdon iudex Israelitarum I, 26, 7
Abel I, 2, 3
Abenner magister militiae Saulis regis I, 37, 2 sq.
Abessalon arma contra patrem sumit I, 38, 3
Abilense oppidum (Abila) II, 47, 4
Abimelech rex Gerarorum I, 8, 2
Abimelech filius Gedeon, iudex Israelitarum I, 26, 1 sq.
Abimelech sacerdos a Saule interfectus I, 35, 4 sq.
Abiron I, 21, 1
Abiud I, 19, 2; filius Roboam, rex Judae I, 42, 1
Abraham I, 5—7; nomen eius immutatum I, 5, 2; tentatio diuina I, 7, 2; mors I, 7, 7
Acatius Arrianus II, 38, 3. 42, 6
Achab rex Israelitarum I, 43, 1. 44, 1 sqq.
Achaia D III, 17, 6
Achaz rex Judae I, 47, 5. 49, 5
Achias propheta I, 41, 2. 42, 5
Achior II, 15, 6 sqq.
Adami creatio I, 2, 2; moritur I, 2, 5; eius peccatum A 2, 7 sq. *cf.* D II, 10, 3
Adrianus imperator II, 31, 3 sq. quarta sub eo persecutio II, 31, 6
Aeduorum pagus M 14, 1
Aegyptius rex in mari rubro cum exercitu deletus I, 15, 6; Aegyptiaca seruitus Israelitarum I, 13, 2 sqq. Aegyptiorum plagae I, 14, 4
Aegyptius negotiator D III, 14, 2

Digitized by Google

Aegyptus I, 5, 3. 8, 2. 10, 7. 20, 3. 25, 3. 41, 3. 47, 4. 49, 4. II, 4, 4 et 6. 9, 5. 14, 3 sq. 36, 5. 46, 1. D III 17, 7; inopia septennis I, 11, 7 sq. multa monasteria in Aegypto D I, 10. 1
Aetherius presbyter D III, 1, 4
Aethiopes I, 49, 4. 50, 6. II, 11, 7. D I, 26, 2
Aethiopia II, 9, 5. 13, 4. 14, 3
Africa II, 41, 2. D I, 3, 1. 24, 5. III, 17, 5
Agape II, 46, 2
Agnes D II, 13, 5
Agricola presbyter D III, 1, 4
Ailon iudex Israelitarum I, 26, 7
alae scholares M 2, 2
Alcimus .dux aduersus Judam II, 23, 5 sq.
Alexander Aristobuli filius rex Hebraeorum II, 26, 4
Alexander Balas rex Syriae II, 24, 1 sqq.
Alexander Magnus Persis imperium adimit II, 3, 4. 17, 1; adit templum Hierosolymitanum II, 17, 2; moritur II, 17, 3
Alexandra regina Judaeorum II, 26, 4
Alexandria II, 18, 7. 36, 1. 42, 6. D I, 3, 2. 6, 1. 9, 6. 23, 6
Allophyli I, 24, 4. 26, 3. 27, 1 et 3 sqq. 28, 1 et 3 sqq. 30, 4. 31, 1. 32, 1. 33, 3 et 5. 34, 3. 35, 10. 36, 1 sq. 37, 3 et 5. 38, 5. 50, 4
Alpes II, 32, 1. M 5, 4
Amalech gens I, 25, 5; subacta I, 33, 9 sq.
Amalecitae I, 17, 2
Aman II, 13, 2 sqq.
Amassia rex Judae I, 46, 3 sqq.
Amator presbyter D III, 1, 4
Ambatiensis uicus D III, 8, 4
Ambianensium ciuitas M 3, 1
Ambri rex Israelitarum I, 43, 1
Ambrosius episc. Mediolanensis II, 48, 4; consules et praefectos subinde ad conuiuium inuitabat D I, 25, 6
Ammon filius Loth I, 6, 7
Ammonitae I, 26, 3 et 5. 33, 2. 37, 6. 47, 5. II, 4, 2
Amorraei I, 21, 5
Amos (Amon) rex Judae I, 51, 5
anachoretae in Aegypti eremo D I, 15, 2; anachoreta in Sina monte, nullo uestis usu, saetis corporis sui tectus D I, 17, 3
Anannias socius Danielis II, 1, 2. 3, 8. 5, 2 sqq.
Anatolius M 23, 2 sqq.
Andethanna uicus D III, 13, 3
angeli Loth ab iniuria uindicant I, 6, 5 sq. matrimoniis mortalibus commixti I, 2, 7; angelus Gedeoni apparet 1, 25, 2; Dauidi I, 38, 7 sq. in exercitu Senacherim stragem edit I, 51, 2
Anna mater Samuelis I, 30, 2
Annon rex Ammonitarum I, 37, 6
anomoeusia Arrianorum II, 40, 3
Antichristus II, 7, 5. 28, 1. 29, 6. 33, 3. M 24, 3. D II, 14
Antiochia II, 38, 3. 45, 8
Antiochus (I Soter) II, 19, 3
Antiochus (II) Theos II, 19, 3
Antiochus (III) Magnus II, 18, 1; a Romanis uictus II, 19, 4
Antiochus (IV Epiphanes) obses Romanis datus II, 19, 4 sq. regnum Syriae occupat II, 19, 5; Hierosolymam deuastat et in Judaeos saeuit II, 18, 7. 19, 6. 20, 3; Judaeos et ethnicos ad unum ritum deducere tentat II, 21, 4; moritur II, 22, 6
Antiochus (V) Eupator II, 22, 6. 23, 1 sqq.
Antipater Ascalonites procurator Judaeae II, 26, 6
Antium II, 29, 1
Antonii duo monasteria in Aegypto D I, 17, 1

Digitized by Google

Antoninus Pius imperator II, 32, 1
Aod dux Hebraeorum I, 24, 4
Aper presbyter D III, 1, 4. 5, 7
Apis Aegyptiorum deus II, 14, 5
apocalypsis Johannis II, 31, 1
Apollonius dux Antiochi Epiphanis II, 21, 2
aqua e petra I, 17, 1. 21, 3; a. amara dulcescit I, 16, 3; aquae penuria I, 16, 2. 17, 1. 21, 3
Aquileia M 20, 9
Aquitani II, 41, 3; episcopi II, 47, 1; D I, 27, 2
Aquitanica (prouincia) II, 48, 2
Arabes I, 47, 3
Arabia II, 15, 2
Arbitio (Arbetio) consul II, 39, 8
Arborius uir praefectorius M 19. D III, 10, 6
arca Noë I, 3, 2
arca foederis capta I, 30, 5; Hebraeis reddita I, 31, 3; in Sion translata I, 37, 4
Archelaus tetrarcha Judaeor. II, 27, 4
Arelatense concilium II, 39, 2
Ariminensis synodus II, 41 sqq. 44, 6 sqq. 45, 5
Ariminum II, 41, 1 45, 8
Aristobulus primus rex Judaeorum II, 26, 3
Aristobulus filius Alexandri II, 26, 4 sq. uinctus Romam missus II, 26, 6
arma prima inter mortales I, 5, 4; armorum usus Hebraeis a Philistaeis ademptus I, 33, 5
Armenia II, 26, 5. D I, 26, 2
Armenius Priscillianista II, 51, 2
Arpagius presbyter D III, 3, 1
Arphaxad rex Medorum II, 15, 1
Arriana haeresis } II, 35—44. M 6, 4
Arrii }
Arridaeus Philippus II, 17, 3
Arses rex Persarum II, 16, 8
Artaxerxes (I Longimanus) II, 9, 1 et 8 sq. 12, 2
Artaxerxes II (Mnemon) II, 10, 3. 11, 1 et 4. 12, 1 sqq. 13, 9
Artaxerxes (III) Ochus II, 13, 9. 14, 4 sq. 16, 7 sq.
Asab rex Judae I, 42, 2 sq.
Asariuus Priscillianista II, 51, 4
Ascalonensium oppidum I, 31, 3
Asenet Josephi uxor I, 11, 9
Aser I, 9, 3
Asia II, 19, 4. 38, 2. D III, 17, 7
Asiani reges II, 25, 4
Asphanes (Asphanez) eunuchus II, 1, 3
Assur Niniuae conditor I, 48, 1
Assyrii I, 48, 1. 49, 3 sq. 50, 4 sqq. 51, 2 et 4. 52, 5
Astyages ultimus Medorum rex II, 7, 6. 8, 1
Athanasius Alexandriae episcopus II, 36 sq. 39
Athenae D III, 17, 6
auaritia episcoporum Seueri tempore I, 23, 5
Augurimus (P. Minucius) consul II, 9, 7
Auitianus comes D III, 3, 1. 4, 1 sqq. 8, 1
Aurelius imperator II, 32, 1
Aurelius diaconus gladio peremptus II, 51, 4
Aurelius (Aurilius *cod. V*) diaconus, Martini amicus E 3, 3. D III, 1, 4
Auspicius praefectorius uir D III, 7, 1
Auxentius Arrianus Mediolani episcopus II, 39, 6; Martinum Mediolano exturbat M 6, 4
Azahel rex Syriae I, 46, 2
Azarias sacerdos I, 47, 4; alius eiusdem nominis II, 1, 2. 3, 8
Azotii I, 31, 3
Azotus oppidum I, 31, 1

Baalis idolum I, 26, 5. 43, 1 et 7
Baasa rex Israelitarum I, 42, 5
Babylon *s.* Babylonia I, 54, 5. II, 5, 6. 11, 1. 17, 2 et 4; a Nebroth exstructa I, 4, 3

Digitized by Google

Babylonica Judaeorum captiuitas I, 54, 6
Babylonii II, 4, 5. 5, 7; Persis subiecti II, 8, 1
Bacchides dux aduersus Judaeos II, 23, 5 sq.
Baguas spado II, 14, 5 sq. 16, 3; Ochum interficit II, 16, 8
Balac I, 21, 5
Balthasar (Belsazar) rex Babyloniae II, 6
Basan I, 21, 5; rex Sidoniorum I, 43, 1
basilica martyrum II, 38, 4
Bassula Martini parens E 3, 1
Bathuel I, 7, 5
Belgicus quidam monachus D I, 8, 5. 9, 2
Beli historia apocrypha II, 8, 3
bellum primum inter mortales I, 5, 4; b. ciuile in Beniamitas I, 28, 7. 29, 1
Beniamin I, 10, 3. 12, 1 et 3
Beniamin tribus I, 28, 7. 29, 5. 33, 1. 41, 4. II, 12, 5
Beniamitae ad internecionem caesi I, 29, 5
Bersabee I, 38, 1 et 9
Bethel I, 10, 3. 41, 6
Bethleem oppidum, paroechia episcopi Hierosolymitani D I, 8, 1
Bethsamae oppidum I, 31, 5
Bitterense concilium II, 39, 2
Bituriges D II, 8, 7
Blembi (Blemmyes ?) *D* I, 22, 1; *cf. etiam adn. ad* D I, 15, 3
Bosporus D I, 26, 2
Brictio a daemone obsessus in Martinum conuicia effundit D III, 15; crimina in eum apud Martinum prolata *ib.* 15, 7
Britanni II, 41, 3
Britanniae II, 49, 5. 51, 3
Britannius episcopus II, 49, 4
Burdigala opp. II, 48, 2
Burdigalensis synodus aduersus Gnosticos II, 49, 7 sqq.
caelum sedes angelorum I, 2, 7
Caesar (dictator perpetuus) D I, 3, 6
Caesaraugustana synodus damnat Gnosticos II, 47
Caesarea II, 38, 3
Cain I, 2, 3. 4, 1
Calupio diaconus D III, 1, 4
Cambyses rex Persarum II, 9, 5. 14, 3
Campania D III, 17, 3
captiuitas Israelitarum sub rege Mesopotamiae I, 24, 3, sub Ammonitis I, 24, 4, sub rege Chananaeorum et Madianitis I, 24, 5 sq. sub Ammonitis et Philistaeis I, 26, 3. 27, 1, sub Assyriis I, 54, 6, sub Babyloniis I, 53, 4. 54, 7. II, 11, 9
Caralis II, 39, 4
Cariathiarim oppidum I, 31, 6. 36, 4. 37, 4
Carnotum oppidum D II, 4, 5
Carnutena ciuitas D III, 2, 3
Carthago D 1, 3, 2. 23, 5. III, 17, 5
catechumenus II, 39, 5
catholica fides saeculo quarto II, 39, 4
Cato Uticensis D I, 3, 6
Cato diaconus D III, 10, 1
Celsus consularis D III, 1, 7
celtice loqui D I, 27, 4
Cethura uxor Abrahae I, 7, 6
Chaldaei II, 4, 3; uicti a Persis II, 3, 2; eorum regio I, 5, 1, imperium II, 3, 2
Chaldaei s. magi I, 14, 4. II, 2, 1. 6, 4
Chaleb I, 20, 7. 21, 6
Cham I, 4, 2. I, 4, 7
Chanaan ab Israelitis expugnata I, 24 sq.
Chananaei I, 5, 2. 7, 3 et 5. 10, 4. 21, 5. 24, 1 sqq.
Charrae oppidum I, 5, 1
Chebron I, 7, 3. 37, 1 et 3
Choreb in eremo I, 17, 1
Christianae fidei profuit, quod Judaei sub imp. Adriano aditu Hierosolymae exclusi sunt II, 31, 4
Christiani cum Judaeis confusi II,

Digitized by Google

30, 7. 31, 4; diuisi in clericos et laicos II, 35, 2; Christianis incendium Romae sub Nerone imputatum II, 29, 2 sqq. Christianorum et Judaeorum religiones ab isdem auctoribus profectae II, 30, 7; Christianorum persecutiones, *u. s.* persecutio
Christus sub Herode natus II, 27, 2; quando crucifixus II, 11, 8. 27, 5; cur ab Judaeis non receptus I, 24, 7; Christi crux ab Helena reperta II, 34, 1; Christi figura II, 3, 7; Danielis praesagium de Christo II, 7, 5; Ch. Martino apparuit M, 3, 3; Christum se simulauit iuuenis in Hispania M 24, 1; Antichristum opprimet D II, 14, 3
Chus filius Cham I, 4, 3
Cilicia II, 15, 2
ciliciis utebantur paenitentes 1, 44, 2
circumcisionis lex Abrahae imposita I, 6, 3
Cis pater Saulis I, 33, 1
ciuitas prima condita I, 2, 3; ciuitatum aedificandarum opus durum Israelitis in Aegypto impositum I, 13, 2
Clarus presbyter, discipulus Martini M 23; E 2, 5
Claudiomagus uicus D II, 8, 7
clericorum superbia tempore Sulpicii Seueri D I, 21; eorum inuidia in Sulpicium D I, 26, 3
concilium *v.* synodus
Condacensis (Condatensis *al.*) dioecesis E 3, 6
Constantinopolis II, 45, 1
Constantinus primus christianus imperator II, 33, 1. 35. 2. 36, 4
Constantius imperator M 2, 2; Arrianis fauet II, 38, 4 sqq. 39. 41. 43
Cordubensis episcopus II, 46, 8
Corinthus D III, 17, 6
coruus cur in arcam non redierit I, 3, 3
coturnices a caelo missi I, 16, 4. 20, 4
Crassus (C. Licinius) consul II, 18, 7
creatio mundi I, 2, 1
Creta II, 24, 3
crux Christi ab Helena reperta II, 34, 1
Cyprianus martyr D I, 3, 2. III, 17, 5
Cyrenaeorum ora extrema D I, 3, 6
Cyrenensis eremita D I, 4 sq. I, 23, 5
Cyrus rex Persarum II, 3, 3. 5, 7. 8, 1 et 3. 9, 4

Dagon idoli templum I, 31, 1 sq.
Dagridus (? Agaridus *al.*) D III, 5, 1
Damascus II, 15, 3
Damasus Romae episcopus II, 48,1 et 4
Dan I, 9, 3. 41, 6
Daniel propheta II, 1 sqq. 6, 4. 7, 5. 8, 4. 11, 8; leonibus obiectus II, 7, 3
Darius Codomannus II, 16, 8. 17, 1
Darius Hystaspis II, 9, 6
Darius Medus II, 6, 6 7, 1 sq. 7, 6. 9, 4
Darius Nothus II, 9, 9. 10, 1
Dathan I, 21, 1
Dauid in regem unctus I, 34, 2, iterum I, 37, 1, tertium I, 37, 3; pugna cum Goliath I, 34, 5; nuptiae cum Melchol I, 34, 7; praeputia ex Allophylis refert I, 38, 8; a Saule insidiis petitus I, 34, 6. I, 35; in deserto agens I, 35, 6; imperium suscipit I, 37, 3; eius adulterium I, 38; populum censet I, 38, 6; moritur I, 38, 8
Debbora iudex, typus ecclesiae I, 24, 5
decalogus promulgatus I, 17, 6 sq.
Deciana tempora E 2, 9
Decius imperator II, 32, 2
Defensor episcopus in Gallia M 9, 4
Delfinus II, 48, 1
(Delila) uxor Samsonis II, 28, 1
Demetrius Nicator II, 24, 3 sqq. 25, 1
Demetrius Soter II, 19, 5. 23, 3 sqq. occiditur II, 24, 1
Desiderius M praef. § 1

Digitized by Google

diluuium I, 3, 2
Dina filia Jacobi I, 9, 3. 10, 2
Diocletianus imperator II, 32, 4
Dionysius Mediol. episcopus II, 39, 4; pulsus II, 39, 6
Doec Syrus I, 35, 5
Domitianus imperator II, 31, 1

Edom regio I, 9, 5. 21, 4
Eglom rex Moabitarum I, 24, 4
Ela rex Israelitarum I, 42, 5
Elchana (Elcana) pater Samuelis I, 30, 2
Eliacim rex Judae I, 53, 2
Elias propheta I, 43, 2 sqq. 44, 2. 45, 1; translatus I, 45, 3; Eliam se professus iuuenis M 24, 1
Eliezer I, 13, 5
Elim in eremo I, 16, 4
Elisaeus *u.* Helisaeus
Elusana plebs (ab Elusone in Gallia) II, 48, 2
Elymus (Elymais) oppidum II, 22, 5
Emerita opp. II, 46, 8
Enoch filius Cain I, 2, 3; Enoch filius Jared I, 2, 5
Enos I, 2, 5
Ephesus II, 38, 3
Ephrem filius Josephi I, 11, 9
episcoporum auaritia tempore Seueri I, 23, 5; episcopi Martini insectatores M 27, 3
eremus in Aegypto D I, 10 sq. locus cultus in eremo D I, 13, 2 sqq.
Esaianum supplicium E, 2, 10
Esau natus I, 8, 1; discors cum fratre I, 8, 3 sq. diuitiis potens I, 10, 4; regionem Edon incolit I, 9, 5, *cf.* I, 21, 4
Esdra scriba legis II, 10, 3. 12, 2; plebem corruptam reformat II, 10, 5
Esebon (Eseban?) iudex Israelitarum I, 26, 7
Estheris historia II, 12 sqq.
Euae creatio I, 2, 2; peccatum A2, 8
Euagrius Arrianus II, 42, 6; alius eiusdem nominis D III, 1, 4. 2, 8
Euanthius D II, 2, 3
Eucherius D III, 1, 7
Euchrotia II, 48, 2; gladio percussa II, 51, 3
Eudoxius Arrianus II, 42, 6
Euilmarodac rex Babyloniae II, 6, 1
Euodius praefectus II, 50, 7; M 20, 4
Europa D III, 17, 7
Eusebius Vercell. episcopus ab Arrianis relegatus II, 39, 4
Eusebius presbyter, postea episcopus, Sulpicii amicus D II, 9, 5
Ezechias rex Judae I, 50 sq.
Ezechiel propheta II, 3, 9

Faltim I, 35, 10
Faran I, 20, 5
Fares I, 11, 3
Felicissimus II, 51, 2
Felix episcopus D III, 13, 2. 17, 5
Festus (Cestius ?) Florus praeses Judaeorum II, 29, 4
Foegadius episcopus II, 44
forenses leges I, 18
fortunatae insulae D I, 26, 2
Fufius Geminus consul II, 11, 8. 27, 5

Gabaa oppidum I, 29, 2
Gabaonitae Israelitis subiecti I, 23, 1
Gabaoth (Gabaon) I, 23, 2
Gad I, 9, 3; propheta I, 35, 4
Gader turris I, 10, 3
Galba imperator II, 30, 1
Galgala I, 33, 3
Galli edacitatis nimiae notati D I, 4, 6. 8, 5. 9, 2; eorum uanitatis studium D, I, 11, 6
Galliae II, 41, 2. D I, 21, 6; ab Arrianis pressae II, 40, 4. M 6, 4; ab Hilario Arriana haeresi liberatae II, 45, 7; prima intra Gallias martyria II, 32, 1; in G. barbari sub Juliano Caesare irruperunt M 4, 1

Digitized by Google

Gallice et celtice loqui D I, 27, 4; *cf. Diefenbachii Celtica II, 1, 84 sqq.*
Gallici episcopi II, 41, 3
Gallinaria insula M 6, 5
Gallus discipulus Martini D I, 1 sqq.
Gauidius episcopus II, 41, 4
Gedeon iudex Israelitarum I, 25
Georgius Arrianus II, 38, 3. 42, 6
Gerara I, 8, 2
Gersam (?) I, 13, 5
Geth (Gai?) I, 22, 5
Gethaei I, 31, 3
gigantum ortus I, 2, 7
Gnosticorum haeresis II, 46, 1; damnata II, 47. 49 sq. latius propagata II, 51, 7
Godolia I, 54, 7. II, 4, 1; interfectus II, 4, 3
Goliath a Dauid prostratus I, 34, 3 sqq.
gomor, mensurae hebraicae genus I, 16, 8
Gomorra urbs I, 5, 4. I, 48, 1
Gorgias dux Antiochi II, 21, 5
Gotholia I, 46, 1
Gothoniel dux Israelitarum I, 24, 3
Graecia D III, 17, 6
Graecorum edacitas D I, 8, 5
Gratianus imperator D III, 11, 8; Gnosticos damnat II, 47, 6; in eius aula cuncta uenalia II, 49, 3
Gregorius praefectus Galliae II, 49, 2
Gurdonicus homo D I, 27, 2

Hebraei *passim in chron. libris*
Hector M 1, 3
Helchias sacerdos I, 52, 1
Helena mater Constantini basilicas Hierosolymis constituit II, 33, 5; crucem Christi reperisse fertur II, 34, 1 sqq.
Heli sacerdos I, 28, 8. 30, 1 sqq. quando uixerit I, 29, 7; moritur I, 30, 6
Helisaeus propheta I, 45, 3 sq.
Helpidius (Elpidius?) rhetor, Priscilliani magister II, 46, 2. 47, 2
Her (Ἦρ *LXX*) filius Judae I, 11, 1
Heraclia II, 38, 3
Herodes Antipas II, 27, 4 sq.
Herodes Ascalonita II, 27, 1 et 4
Hieremias propheta I, 54, 2 sqq. II, 4, 4
Hieronymus presbyter ecclesiae Bethleemitanae D I, 8, 1; eius eruditio D I, 8, 3. 9, 5; iudicium de Origenis scriptis D I, 7, 3; de monachis sententia iniqua D I, 8, 4 sqq. 21, 5; odia clericorum et haereticorum in eum D I, 9, 4
Hierosolyma I, 1, 3. 41, 5. 42, 1. II, 6, 2. 8, 2. D I, 8, 1. II, 14, 2. III, 17, 8; obsidetur a Senacherim I, 50, 4 sq. a Nabuchodonosor capta et uastata I, 53, 4; iterum ab eo capta et incensa I, 54, 5; eam restituit Nehemias permissu Artaxerxis secundi II, 11, 4 sq. ab Antiocho Epiphane uastata II, 18, 7. 19, 6; obsidetur a Vespasiano II, 30, 2; a Tito capta et excissa II, 30, 4 sqq. ecclesiis Christianis ab Helena adornatur II, 33, 4
Hilarius Pictauorum episcopus ab Arrianis in exilium pulsus II, 39, 7. M 6, 4; in synodo Seleuciensi II, 42, 2 sqq. in Gallias relegatus II, 45, 4; M 6, 7; Gallias liberat haeresi Arriana II, 45, 5 sqq. moritur II, 45,9; tentat Martinum diuino ministerio uincire M 5, 1
Hispania II, 40,5. 41, 2. M 24, 1; inficitur Gnosticorum haeresi II, 46, 1; Hispaniae proconsulem habere desierunt uicario accepto II, 49, 3 *cf. ibid.* §. 7
Hispaniae D III, 11, 4 et 9. 13, 1
Holofernes princeps militiae Ochi II, 14, 6 sqq. ab Judith obtruncatur II, 16, 4

Digitized by Google

Homerus M 26, 3
Hosea *u.* Osee
Hosius *u.* Osius
Hyginus Cordubensis episcopus II, 46, 8. 47, 3
Hyrcani II, 26, 2
Hyrcanus rex Hebraeorum II, 26, 4 sqq.

Jabin rex Chananaeorum I, 24, 5
Jacob nascitur I, 8, 1; benedictus a patre I, 8, 3; fugit in Mesopotamiam I, 8, 5; matrimonium cum Lia et Rachel I, 9, 1 sq. redit in terram Canaan I, 9, 4; nomen ei immutatum I, 9, 7; filios in Aegyptum mittit I, 12, 1; ipse in Aegyptum descendit ibique moritur I, 12, 5 sqq.
Jair iudex Israelitarum 1, 26, 3
Japhet I, 4, 2 et 7
Jared I, 2, 5
Jason frater Oniae II, 18, 2 sqq.
ibex D I, 16, 3
Idacius *u.* Ydacius
Idumaei I, 46, 4
Jehu *u.* Jeu
Jepta iudex Israelitarum I, 26, 4; filiam immolat I, 26, 6
Jericho oppidum I, 21, 5; direptum et incensum I, 22, 4
Jeroboam rex Israelitarum I, 41, 2 sqq. moritur I, 42, 4
Jeroboam filius Joae rex Isr. I, 47, 2
Jesus (= Josua) dux Israelitarum I, 17, 2. 20, 7. 21, 6; penes Jesum Naue filium Moyse mortuo summa rerum I, 22, 1; eius res gestae I, 22 sqq. eius mors I, 23, 8. 29, 8
Jeu rex Israelitarum I, 45, 5. 46, 1
Jezabel I, 43, 1 et 9. 44, 1
Illyricum II, 40, 4. 41, 2; D III, 17, 4
imperatores quando Christiani esse coeperint II, 33, 1
Indi II, 11, 7
India II, 13, 4
Instantius Priscilliani haeresi addictus II, 46, 7. 47, 2 sqq. 49, 8; in insulam relegatus II, 51, 3
insulae fortunatae D I, 26, 2
Joab I, 37, 2 et 6. 38, 3 et 6
Joachas rex Israel I, 46, 3
Joachas rex Judae I, 53, 1
Joachim rex Judae I, 53, 2 sqq. II, 1, 2
Joachim maritus Susannae II, 1, 5
Joas rex Israel. I, 46, 4
Joas rex Judae I, 46, 1 sq.
Joatham rex Judae I, 47, 5
Job uir iustus et constans I, 13, 6
Johannes Apost. in Pathmum relegatus ibi apocalypsin conscripsit II, 31, 1
Johannes Hyrcanus dux Hebraeorum II, 26,2
Johannes (Lycopolita) D I, 22, 1
Johannes Priscillianista II, 51, 4
Johannes pseudopropheta M 24, 3
Jonas propheta I, 48, 2 sqq.
Jonathan Saulis f. I, 33, 5 sq. eius cum Dauid amicitia I, 35, 2
Jonathan dux Judae II, 23, 5 sqq. insignibus regiis donatus II, 24, 2; a Tryphone interfectus II, 25, 2
Joram rex Israel. I, 45, 2 et 5
Joram rex Judae I, 45, 2
Jordanes flumen I, 21, 6. 22, 3. 25, 7
Josaphat rex Judae I, 42, 7
Joseph natus I, 9, 3; a fratribus uenditus I, 10, 7; in carcerem coniectus I, 11, 4; ad summam dignitatem euectus I, 11, 7 sqq. moritur I, 12, 8
Josias rex Judae I, 52
Josua *u.* Jesus
Jotham *u.* Joatham
Jothor sacerdos, Moysis socer I, 13, 5. 17, 3 sq.
Irad I, 2, 4
Isaac I, 7 sq.
Isachar filius Jacobi I, 9, 3
Isaias propheta I, 47, 3. 50, 6. 51, 3
Isauria II, 41, 1

Digitized by Google

Isbaal (*al.* Isboseth) regis Saul filius I, 37, 2
Ismael filius Abrahae I, 6, 3
Ismael dux coniurationis contra Godoliam II, 4, 1 sq.
Israel unde Jacob dictus I, 9, 7
Israelitae in Aegypto I, 13; eorum numerus I, 15, 2; egressus ex Aegypto I, 15; mare rubrum transeunt I, 15, 3; in eremo I, 16; ibi leges accipiunt I, 17, 6 sqq. eorum captiuitates *u. s. u.* captiuitas
Italia II, 40, 4. 41, 2; M 2, 1. D III, 17, 4
Ithacius episcopus II, 47, 3 sqq. decretum a Gratiano contra Priscillianistas impetrat II, 47, 6; ex Hispania proturbatur II, 49, 1 sq. 49, 4; Priscillianum apud imp. Maximum accusat II, 50, 1 sqq. eius mores mali II, 50, 2; ab eo eiusque parte acta in synodo Treuerensi D III, 11 sqq. episcopatu detrusus II, 51, 5
Ithaciana pars D III, 13, 5
Juda tribus I, 35, 4. 41, 4. 42, 7; ducatum gerit I, 24, 1. 28, 7. 29, 5
Judaea I, 30, 4. 31, 4. 37, 1. 48, 2. II, 8, 2; Aegyptiorum regi stipendiaria facta I, 53, 2; a Nabuchodonosore occupata I, 53, 3 sq. sub Persarum imperio per praesides regitur II, 9, 2; prouincia Romanorum facta II, 26, 6
Judaei cur Christum non receperint I, 24, 7; inter Christianos degentes eorum mores non recipiunt II, 3, 6; post rebellionem contra Godoliam factam in Aegyptum emigrant II, 4, 6; gentilium conubiis permixti II, 10, 4; eis Aman perniciem parat II, 13, 3; eorum uario tempore uarius status II, 15, 7; Syriae regibus tributarii II, 17, 5. 25, 3; tempore Antiochi Epiphanis gentilium more uiuunt II, 18, 6. 19, 8; per sacerdotes reguntur II, 17, 5; a senatu populi Ro. socii atque amici appellati II, 23, 4; rebelles Nerone imperante II, 29, 4, item Adriano II, 31, 3; ob illatas Christo manus a Tito puniti II, 30, 8
Judas filius Jacobi I, 9, 3. 10, 7. 11, 1
Judas Maccabaeus religionis iudaicae defensor II, 21 sqq.
iudicum apud Israelitas imperium I, 24 sqq. idem in regium mutatum I, 32, 3
Judith actus II, 14 sqq. Holofernem obtruncat II, 16, 4
Julianus Caesar M 2, 2. 4, 1
Julius Romae episcopus II, 36, 7
Juppiter M 22, 1. D II, 13, 6. III, 6, 4
iurisiurandi ritus Hebraeus I, 7, 4
iustitiae falsae exemplum D I, 22

Kainan I, 2, 5

Laban I, 8, 4. 9, 1 et 4
Lamech interfector I, 2, 4
Lamech pater Noë I, 2, 6
Laodicia II, 38, 3
Lasthenes Cretensium dux II, 24, 3
Latronianus gnosticus II, 51, 3
Lazarus A 2, 6
leges forenses Israelitarum praecipuae I, 18
Leonida (— des) Origenis pater II, 32, 2
Leontius Arrianus II, 42, 6
Leprosum (?) uici Gallici nomen M 14, 3
Leucadius praeses D III, 11, 8
Leui filius Jacobi I, 9, 3. 10, 2
Leui tribus in sacerdotium segregata I, 20, 2. 23, 4. 41, 6
Leuitae I, 19, 6. 29, 2. 31, 5. 50, 2
Leuitici libri summa I, 20, 1
lex in Sinai lata I, 16, 6 sq.
Lia filia Laban I, 9, 1
Liberius Romae episcopus ab Arrianis exilio datus II, 39, 7 sq.

Digitized by Google

librariorum neglegentia I, 40, 2
Licinius imperator II, 33, 2
Liger fluuius M 10, 4
Lollianus consul II, 39, 8
Loth I, 5, 2; in Sodomis consedit I, 5, 3; in captiuitatem ductus I, 5, 4; Sodomis egressus I, 6, 5; eius uxor in molem conuersa I, 6, 6; incestus cum filiabus I, 6, 7
Lucas apostolorum actus edidit II, 28, 1
Lucifer Carali episcopus ab Arrianis relegatus II, 39, 4; erga lapsos paenitentes iniquus II, 45, 8
lunae ac soli diuini honores a Judaeis dati I, 52, 3
Lupicinus M 8, 1
Lycontius D III, 14, 3
Lysiae ducis Antiochi Epiphanis bella cum Judaeis II, 20, 5 sqq.
Lysimachus sacerdos Judaeorum II, 18, 5

Macedonia II, 3, 4
Macedonius magister officiorum II, 48, 5. 49, 3
Macerinus (T. Geganius) consul II, 9, 7
Madia terra I, 13, 5
Madianitae I, 21, 5; dominantur Israelitis I, 24, 6; ab iis bello superati I, 25, 7
magi duo Persarum imperium obtinent II, 9, 6
Magnentius a Constantino uictus II, 38, 4
Magnus episcopus II, 50, 7
Malalael I, 2, 5
Manasse filius Josephi I, 11, 9
Manasse rex Judae culturas impias exercet I, 51, 4
Mane rex Israelitarum I, 49, 2
manna I, 16, 5 sqq.
Marathonia pugna II, 9, 7
Marcellus Sabellianus haereticus II, 36, 2 sqq. 37, 1 sqq.
Marcellus presbyter D III, 8, 5
Marcus episcopus apud Hierosolymam II, 31, 6
Marcus gnosticus, magister Priscilliani II, 46, 2
Mardochaeus II, 12, 5 sqq.
mare rubrum Israelitis peruium factum I, 15, 5
Maria II, 37, 4. D II, 13, 5
Maria Lazari soror A 2, 6. D II, 7, 5
Martha Lazari soror A 2, 6. D II, 7, 5
Martini origo et pueritia M 2; catechumenus factus M 2, 3; ad militiam scriptus ib. 2, 5; pauperem uestit ib. 3. D II, 1; per somnum uidet Christum M 3, 3; baptismum consecutus est ib. 3, 5; militiae missionem accipit M 4; exorcista factus M 5, 2; *cf. ibid.* 17. D II, 9. III, 6 et 8; eius modus exorcizandi D III, 6; in latrones incidit M 5, 4; Arrianis resistens uirgis caesus M 6, 4; Mediolani sibi monasterium statuit M 6, 4; uirtutes ab eo editae M 7 sq. 11—15. D II, 3 sq. D III, 2 — 10. 14; episcopus Turonicae ecclesiae M 9 sqq. monasterium extra Turonum ciuitatem sibi statuit ib. 10, 3; templa profana diruit ib. 13—15. D III, 8, 7. 9, 1; curationes ab eo factae M 16—19, D II, 2, 3. III, 14; angelorum consortio saepe usus M 21; a diabolo tentatus M 24, 4. cf. ib. 6. 21 sq. E 3, 16; Maximi imperatoris conuiuio adhibitus M 20; ab eo honoratus D II, 6; eius uxor ei conuiuium praebet D II, 6, 4; Valentiniani maioris spiritum mollit D II, 5, 5; incendio periclitatus E 1, 10; haereseos iniuste accusatus II, 50, 4. D III, 11, 3 sqq. clericorum in eum odium D I, 25, 3. 26, 3; a Brictione uexatus D III, 15; paulo ante obitum pacem clericis Condacensis dioecesis restituit E 3, 6; eius

Digitized by Google

mors E 2, 6. 3, 9; funus E 3, 18; Martini laus M 25 sqq. D I, 25 sq. eius dicta D II, 10; sententia de Antichristo D2, 14
martyria gloriosis mortibus quaesita II, 32, 4; quando primum intra Gallias uisa II, 34, 1
Massilia D I, 1, 3
Mataris oppidum A 6, 2
Mathusalam filius Enoch I, 2, 6; filius Maüiahel I, 2, 4
Matthatias sacerdos armis Judaeorum religionem defendit II, 20
Maüiahel I, 2, 4
Maximianus imperator II, 32, 4
Maximinus imp. II, 32, 2 A 6, 4
Maximus imperium rapit II, 49, 5 (*cf.* M 20, 2 sq.) Priscillianistas ad synodum Burdigalensem deduci iubet II, 49, 7; Martino spondet se nihil cruenti in eos constituturum II, 50, 6; Priscillianum sociosque eius capite damnat II, 50, 7 sq. foeda episcoporum in eum adulatio M 20, 1; Martinum honorat M 20, 5; D II, 6, 3 sqq. Aquileiae a Valentiniano captus et interfectus est M 20, 9; eius laus D II, 6, 2; femina eius pia et fidelis D II, 6, 3 sqq. Martino indulget D III, 11 sq. eius auaritia D III, 11, 11
Medi II, 6, 5. 11, 7; uicti a Persis II, 3, 3. 15, 1; eorum imperium ad Persas translatum II, 8, 1
Mediolanensis synodus II, 39, 3
Mediolanum II, 48, 4. *M* 6, 1; ibi Martinus monasterium sibi statuit M 6, 4
Melchisedech I, 5, 6
Melchol filia Saulis, uxor Dauidis I, 34, 7. 35, 10
Memphis II, 46, 2. D I, 15, 3 *(? cf. adn.)*
Memphitica regna D I, 23, 6
Menelaus sacerdos Judaeorum II, 18, 4 sq.
Menophantus Arrianus II, 38, 3
Mercurius M 22, 1. D II, 13, 6, III, 6, 4
Mesopotamia I, 7, 5. 8, 4
Mesopotamiae rex Hebraeos subigit I, 24, 3
Micheas propheta I, 44, 6
Minerua M 22, 1
Misael II, 1, 2. 3, 8
Mitridaticum bellum II, 26, 5
Moab I, 6, 7
Moabitae I, 35,4. II, 15, 5; iis Israelitae seruiunt I, 24, 4; a Dauid subacti I, 37, 5
monachi ab Hieronymo grauiter reprehensi D I, 8, 5 sq. monachi in eremo Aegypti D I, 9, 7 sqq.
Moyses I, 13—21; a filia Pharaonis seruatus I, 13, 3; dux Israelitarum ex Aegypto I, 14 sqq. miracula in eremo edita I, 16 sq. accipit leges forenses et caerimoniales a Deo I, 18 sq. seditiones aduersus eum I, 21; moritur I, 21, 6
mundus quando creatus I, 2, 1
mures adfligunt Philistaeos I, 31, 2
Mursa II, 38, 3; pugna apud M. contra Maxentium II, 38, 3

Nabad (Nadab?) cum Moyse montem Sinam conscendit I, 19, 1
Nabad rex Israelitarum I, 42, 4
Nabuchodonosor rex Babylonius II, 6, 2. 8, 2; Judaeam occupat I, 53, 3; Hierosolymam capit atque incendit et Judaeos in captiuitatem abducit I, 54; eius somnium II, 2 sq. insania II, 5; quam diu regnauerit II, 5, 6; num alius eiusdem nominis apud Persas regnauerit II, 14, 2
Nabuthae I, 44, 1
Nabuzardan I, 53, 6
Nachor Abrahae frater I, 7, 5
Narbo D I, 1, 3. 3, 1
Narcissus Arrianus II, 38, 2

Digitized by Google

Narses comes D III, 11, 8
Nathan propheta I, 38, 2
Naue I, 22, 1
Nebroth Babylonis conditor I, 4, 3
Nechao rex Aegypti I, 52, 5. 53, 1
Neemias II, 11, 1
Nemausi synodus D II, 13, 8
Nephthalin I, 9, 3
Nero imperator, primus Christianorum persecutor II, 28, 1 et 3; incendii Romae inuidiam in Christianos uertit II, 29; creditus uenturus ante Antichristum II, 28, 1. 29, 6; D II, 14; mortuus II, 29, 5
Neroniana tempora E 2, 9
Neronopolis II, 38, 3
Nicaea II, 35, 4
Nicaena synodus Osio auctore confecta II, 40, 5; contra Arrianos II, 35, 4; eius decreta ab Arrianis deprauata II, 40, 1
Nicanor II, 21, 6. 23, 5
Nilus D I, 10, 1. 13, 1; Nilo contigua multa monasteria D I, 10, 1. 17, 6
Nimrod *u.* Nebroth
Niniue opp. I, 51, 2, ab Assure conditum I, 48, 1
Niniuitarum paenitentia I, 48
Nitria D I, 15, 3. 23, 6
Noë uir iustus I, 2, 6; in arca seruatus I, 3, 2; arcam egressus I, 3, 5 sq. eius semen I, 4, 2
Ochozias rex Israelitarum I, 44, 6. 45, 1
Ochozias rex Judae I, 45, 3 et 5
Ochus *u.* Artaxerxes
Olda prophetissa I, 52, 3
ὁμοούσιον et ὁμοιούσιον II, 40, 2
Onan (*Ἀνάν LXX*) I, 11, 1
Onias a sacerdotio remotus II, 18, 1 sqq.
orbis diuisio inter Noë posteros I, 4, 7
Or mons I, 21, 5
Oriens II, 40, 4. 46, 1
Origenes II, 32, 2; tractator scripturarum sacrarum D I, 6, 1; inter episcopos et monachos Alexandriae certamina de eius scriptis D I, 6; eius errores deformes D I, 6, 5; de Jesu sententia D I, 7, 1; eius adsertores adflicti D I, 7, 2 sqq.
Osee rex Israelitarum I, 49, 2 sq.
Osius Cordubensis episcopus II, 40, 5
Otho imperator II, 30, 1
Othoniel *u.* Gothoniel
Ozias rex Judae I, 46, 5. 47, 1 sqq.
Ozias dux Hebraeorum aduersus Holofernem II, 15, 10

Pache duo reges Israelitarum eiusdem nominis I, 49, 2
Palaestina II, 31, 3
palmae in eremo D I, 13, 5 sq.
Pannoniae II, 38, 2. M 2, 1
paradisus I, 2, 2
Parisii M 18, 3
Parthi II, 11, 7. 26, 6. D I, 26, 2
Pascha instituitur I, 15, 1; celebratum I, 50, 2. 52, 4. II, 30, 4; Paschae diebus (= 'zur Osterzeit') D III, 10, 1
passio VII fratrum (Maccabaeorum) II, 20, 4
Paternus episcopus Arrianus II, 45, 7
Pathmus insula II, 31, 1
Patricius fisci patronus, accusator Priscilliani II, 51, 2
Paulinus episcopus Treuerorum II, 37, 7; in exilium actus II, 39, 3; moritur II, 45, 9; a Martino in oculorum ualetudine curatus M 19, 3; eius laus M 25, 4; studiosus erat Sulpicii Seueri D I, 23, 4. D III, 17, 3
Paulus apostolus I, 36, 3. II, 28, 1 et 4 sq. D II, 13, 6; gladio interemptus II, 29, 3; uipera morsus E 1, 5
Paulus primus eremita D I, 17, 1
Paulus (L. Aemilius) consul II, 18, 7
pax ecclesiae post Constantinum II, 33, 3

Digitized by Google

Persae II, 6, 4. 20, 5. D I, 26, 2; ad eos summum imperium delatum II, 3, 3. 8, 1; ab Alexandro iis ereptum II, 3, 4. 17, 1
Persarum reges II, 9, 4 sq. regum mos proprius II, 13, 5
persecutiones Christianorum, prima sub Nerone II, 28 sq. secunda sub Domitiano II, 31, 1; tertia sub Traiano II, 31, 2; quarta sub Adriano II, 31, 6; quinta sub Aurelio II, 32, 1; sexta sub Seuero II, 32, 1; septima sub Decio II, 32, 3; octaua sub Valeriano II, 32, 3; nona acerbissima sub Diocletiano et Maximiano II, 32, 4 sq. decimam exercebit Antichristus II, 33, 3
Persis II, 17, 4. 22, 5
Petefres praepositus Pharaonis I, 10, 7
Petrocoriorum ciuitas II, 45, 7
Petrus apostolus D II, 13, 6; Romae episcopus II, 28, 4 sq. in crucem sublatus II, 29, 3; mare pedibus supergressus E 1, 6
Phalaris tyrannus D III, 16, 3
Pharao Aegypti rex I, 10, 7; eius filia Moysen seruat I, 13, 3
Pharisaei II, 30, 5
Philistaei *cf.* Allophyli
Photinus haereticus II, 36, 2 sqq. eius haeresis II, 37, 4
Phrygia II, 42, 2. 45, 9
Phylistiim terra I, 15, 3 *cf.* Allophyli
Pictaua ciuitas M 5, 1
Plato D III, 17, 6
Polemo A 4, 2
Pompeius M. Judaeos bello adgreditur II, 26, 5 sqq.
Pomponius D III, 18, 1
Pontus II, 26, 5
Porphyrius Zebberini filius A 6, 3
Postumianus amicus Sulpicii Seueri D I, 1 sqq.
Potamius Priscillianista II, 51, 4
Priscillianus Gnosticorum haereseos propagator et eius socii II, 46—51; capitis damnatus II, 50, 8; D III, 11, 2
Procula II, 48, 3
Ptolemaeus Philometor rex Aegypti II, 24, 1 et 3
Ptolemaeus dux contra Judaeos II, 21, 5
Ptolemais II, 25, 2; D III, 18, 1
Puteus iuramenti I, 8, 2

Rachel uxor Jacobi I, 9, 1 sqq. moritur I, 10, 3
Raphidim I, 17, 2
Rebecca uxor Isaaci I, 7, 5; gemellos peperit I, 8, 1
Refrigerius presbyter D II, 14, 5. III, 1, 3. 5, 1. 9, 1
regium nomen liberis populis inuisum I, 32, 3
religiones omnes Antiochus Epiphanes ad unam redigere tentat II, 21, 4
Rhodanius Tolosanorum episcopus II, 39 7. 45, 9
Rhodus II, 24, 1
Roboam rex Israelitarum I, 41
Roma II, 23, 3; incendium sub Nerone II, 29, 1
Romana urbs D I, 24, 4
Romanorum imperium II, 3, 5; a R. Judaei amicitiam petunt II, 23, 4; R. senatus et populus II, 18, 7. 23, 4
Romulus Auspicii filius D III, 7, 5
Rubellius consul II, 11, 8. 27, 5
Ruben filius Jacobi I, 9, 3; a fratris caede abhorret I, 10, 7
Rufinus (L. Passienus) consul II, 27, 2
Rufus episcopus II, 50, 7; episcopatu deiectus M 24, 2
Rusticius Turonensis M 9, 1

Sabaeae seditio I, 38, 4
Sabaria Pannoniorum oppidum M 2, 1
Sabbatius monachus D III, 1, 4 (M 23, 7)

Digitized by Google

Sabelliana haeresis II, 37, 4
Sabellius II, 37, 4. 42, 4
Sabinus (C. Caluisius) consul II, 27, 2
sacerdotium summum apud Judaeos auaritia et dominandi cupidine affectatum II, 17, 5 et II, 18; quando desierit perpetuum esse II, 18, 3
Sadoc sacerdos I, 38, 8
Salem Sicimorum opp. I, 10, 1
Salina regina II, 26, 4
Salmanassar rex Assyriorum I, 49, 3
Salomon rex Israelitarum I, 38, 8—41, 1. *D* II, 6, 6
Saluianus episcopus Gnosticorum haeresi addictus II, 46, 7. 47, 2; obit II, 48, 6
Saluius *A* 6
Samaria I, 44, 1. 3. 5. 47, 2. 49, 1. 50, 3; unde appellata II, 49, 3
Samaritae = custodes I, 49, 4
Samson natus I, 27, 2; eius res gestae I, 27, 3 sqq. captiuitas I, 28; mors I, 28, 6
Samuel sacerdos natus I, 30, 1; Hebraeis praeest I, 32; ab eo Saul unctus I, 33, 1 et 3; a Saule consultus I, 34, 1. 36, 1; caligo de eius temporibus I, 36, 5
sanguinis esus et effusio prohibita I, 4, 1
Sara uxor Abrahae I, 5, 1. 7, 1; eius nomen mutatum I, 6, 2; obit I, 7, 3
Sarapta opp. I, 43, 4
Sardicensis synodus II, 36, 5
Sardinia II, 39, 4
Saturninus Arelatensium episcopus Arrianus II, 40, 4. 45, 6; Saturninus alius D III, 3, 6
Saua Chananaea I, 11, 1
Saul rex Jsraelitarum I, 33, 1 sqq.; eius loco Dauid ungitur I, 34, 2; Dauidi insidias struit I, 34, 6. I, 35; moritur I, 36, 2; quamdiu regnauerit I, 36, 3
L. Scipio Asiaticus II, 19, 4
scriptores saecularium litterarum cur nihil ex historia sacra attigerint II, 14, 7
Scythia II, 9, 4
Sedechias Judae rex I, 53, 5. 54, 1 sqq. II, 5, 6
Selam filius Judae I, 11, 1
Seleucia Isauriae opp. II, 42, 1
Seleuciensis synodus II, 42
Seleucus I (Nicanor) II, 17, 4. 19, 2
Seleucus (II) Callinicus II, 19, 3
Seleucus (III Ceraunus) II, 19, 3
Seleucus (IV Philopator) II, 19, 4 sq.
Sella interfector Zachariae regis I, 49, 1
Sem filius Noë I, 4, 2 et 7
Sem pater Assuris I, 48, 1
Semigar iudex I, 24, 4; alius eiusdem nominis iudex post Samson I, 28, 7. 29, 7
Sennacherium rex Assyriorum I, 50, 4. 51, 1
Senonum regio D III, 7, 1 et 4
Seon rex Amorraeorum I, 21, 5
Sepphora Moysis uxor I, 13, 5. 17, 3
Seron Syriae praefectus II, 21,
Seruatius Tungorum episcopus II, 44
seruitus Israelitarum *u.* captiuitas
Seth I, 2, 5
Seuerus imperator II, 32, 1
Sichem in terra Chananaeorum I, 5, 2
Sichem filius Emor I, 10, 2
Sicimi I, 10, 1, 26, 1
Simeon filius Jacobi I, 9, 3. 10, 1. 12, 3
Simon accusator Oniae sacerdotis II, 18, 1
Simon (Thasi) dux Judaeorum II, 25, 2 sqq.
Simonis magi cum Petro et Paulo congressio II, 28, 5
Sina mons I, 17, 5. D I, 17, 1
Singidunum II, 38, 3
Sion 1, 37, 4
societas cum externis perniciosa I, 24, 2

Digitized by Google

Socrates M 1, 3. D III, 17, 6
Sodoma opp. I, 5, 3 sq. eius conflagratio I, 6, 6. 48, 2
soli et lunae diuini honores ab Judaeis dati I, 52, 3
somnium Pharaonis I, 11, 6; Nabuchodonosoris II, 2 sq.
Stephanus Arrianus II, 38, 3
Stilico consul II, 9, 7. 27, 5
Sucdianus (Sogdianus) rex Persarum II, 9, 9
Sulpicius Seuerus Martinum uisitat M 25; eius liber de uita Martini studiose lectus E I, 1 et ubique peruulgatus D I, 23, 3 sqq. monachorum odia in eum D II, 8, 3
Susannae historia II, 1, 5 sqq.
Sychem *u.* Sichem
Syene (Syenae) D I, 16, 1
Sylinancis insula II, 51, 3 sq.
Symeon *u.* Simeon
synodus in Aegypto II, 36, 5, Arelatensis II, 39, 2, Ariminensis II, 41, Bitterensis II, 39, 2, Burdigalensis II, 49, 7 sqq. Caesaraugustana II, 47, Mediolanensis II, 39, 3, Nicaena II, 35, 4. II, 36, 1 sq. 40, 1 et 5; Sardicensis II, 36, 5 sqq. Seleuciensis II, 42
Syri I, 37, 6. 44, 5 sq. 45, 5. II, 22, 2. 23, 1 et 6
Syria I, 42, 2. 44, 3. II, 31, 3; D I, 26, 2; a Dauid subacta I, 37, 5, Persis subiecta II, 9, 2
Syriae reges post Alexandrum II, 19
Syrtis D I, 3, 2

tabernaculi aedificatio I, 19, 9
Taetradius uir proconsularis M 17
Tarquinius Superbus II, 9, 4
Tarraca Aethiopum rex I, 50, 6
Taurus praefectus praetorio II, 41, 3. 43, 3. 44, 1
templum Hierosolymitanum exstruitur I, 40; reaedificatur II, 9, 1. 10, 1 sq. purgatur et restituitur II, 22, 1; eius excidium II, 30, 6 sqq.
Tertullus Priscillianista II, 51, 4
Thamar uxor Her filii Jacobi I, 11, 1; eius partus mirabilis I, 11, 3
Thamni I, 42, 6
Thara I, 5, 1
Tharsi I, 48, 3
Thebais superior D I, 9, 6. 23, 6
Thecla D II, 13, 5
Theodorus episcopus Heracliae Arrianus II, 38, 3
Theodosius Arrianus II, 42, 6
Theodulus Arrianus II, 42, 6
Theognitus (*al.* Theognistus) D III, 12, 1 et 3
Thola iudex Jsraelitarum I, 26, 3
Tiberianus Priscillianista II, 51, 4
Ticinum M 2, 1
Titus filius Vespasiani II, 11, 8. 30, 2; Hierosolymam expugnat, urbem et templum exscindit II, 30, 4 sqq.
Tobias I, 49, 5
Tolosa E 3, 3
Traianus imperator II, 31, 2
Treueri II, 37, 7. 49, 4. E 3, 3. D II, 9, 1; Treueris puella a Martino curata M 16, 2
Treuerorum oppidum II, 49, 6. 50, 5; episcoporum synodus apud Treueros D III, 11, 3 sqq.
tribus Judaeorum sub Moyse dinumeratae I, 20, 2; tribus decem in captiuitatem per Salmanassarem deductae I, 49, 4, numquam in solum patrium sunt regressae II, 11, 7
trionymam solitarii Dei unionem Sabellius asserebat II, 42, 4
Tryphon praefectus II, 25
Tungri II, 44, 1
Turoni E 2, 6. D I, 25, 6. II, 8, 7. III, 8, 1; eorum ciuitas D III, 4, 1
Turonica ecclesia M 9, 1
turris Babylonica exstructa I, 4, 6

Digitized by Google

Tyriae opes II, 21, 7
Tyrrenum mare D III, 14, 1

Valens Arrianus II, 36, 7. 38, 3 sqq. 44, 3 et 7
Valentinianus imperator M 20, 8 sq. D II, 5, 5
Valentinus episcopus D III, 2, 4
Valerianus imperator II, 32, 3
Vangionum ciuitas M 4, 1
Vastis femina Artaxerxis Mnemonis II, 12, 3
Venus M 22, 1
Vercellae II, 39, 4
Vespasianus imperator II, 11, 8. 29, 4. 30, 2 sq.
uicarius Hispaniarum II, 49, 3 et 7
Victricius episcopus D III, 2, 4
Vincentius praefectus D I, 25, 6
uirginitatis laus D II, 10, 4 sqq.
Vitellius imperator II, 30, 2
uitulus aureus ab Israelitis conflatus I, 19, 4
Voluentius proconsul Hispaniarum II, 49, 1
Volusianenses A 6, 2; Volusianus fundus ib. 3
Vr I, 17, 2
Vranius Arrianus II, 42, 6
Vri (Vrias) I, 38, 1 et 9
Vrsatius Arrianus II, 36, 7. 38, 3. 44, 4
usiae uerbum II, 43, 2

Xenocrates A, 4, 2
Xerxes II, 9, 8 sq.

Ydacius Emeritae episcopus II, 46, 8. 47, 3 sqq. 51, 6

Zabulon I, 9, 3
Zacharias Johannis pater D I, 27, 4
Zacharias propheta I, 47, 3
Zacharias rex Israelitarum I, 47, 1
Zambri I, 42, 5 sqq.
Zara I, 11, 3
Zibbirinus A 6, 3

III. INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM.

Absiste (*i. e.* noli) quaerere D I, 2, 4
absoluere = soluere: quaestiones M 25, 6; matrem (Martinus) gentilitatis absoluit errore M 6, 2; M 12, 5; absolutis omnium animis (*i. e.* mala suspicione liberatis) II, 42, 5; abs. somnium = soluere, interpretari I, 11, 6; II, 2, 4
absolutio iudicii, *i. e.* diremptio *s.* decisio I, 39, 3
accentus (? *cf. adn.*) ardoris M 19, 1
accusatiuus graecus: puluere caput adque ora conspersi D II, 3, 9
actibus multis bonisque praeditus uir D III, 11, 11
adhibere in honorem et gratiam II, 1, 4
adpetere = ad amorem illicitum (ad stuprum) tentare I, 11, 4. II, 1, 5. II, 13, 8
adpropiare D III, 6, 2
adquiescere alicui = gratificari, morem gerere I, 11, 4. II, 1, 5
in aequum descensum = in proelium *(si uera est lectio)* II, 21, 2
albitudo I, 16, 4
alius *pro* alter I, 11, 5
altarium I, 10, 3. I, 19, 1. D II, 2, 1. A 2, 1
ambitus = pompa II, 34, 5

Digitized by Google

amphibalus, indumentum sacerdotale D II, 2, 1
anathemare D II, 12, 9
annonaria res I, 11, 7
annotatus est XXXVIIII annos imperium tenuisse I, 46, 5
anteriores reges *i. e.* superiores I, 52, 3
attiguus D I, 13, 8
audientiam regis poposcit II, 45, 3; episcopis audientiam (*i. e.* causae cognitionem) reseruare II, 49, 9
auditorium amittere D III, 1, 1

benedicere aliquem I, 4, 1. 6, 7. 8, 2 sq. 40, 3 *etc.*
benedictio, *i. e.* res usu et contactu alicuius personae sanctificata: una earum partem straminis, quam sibi pro benedictione collegerat, energumeno .. de ceruice suspendit D II, 8, 9; nihil ex his, quae uirgo uenerabilis miserat, refutauit dicens benedictionem illius a sacerdote minime respuendam M II, 12, 6
bigerrica uestis, *i. e.* grossa et uillosa D II, 1, 8
breuiare I, 1, 5

calumnia = reprehensio I, 2, 2
captare = decipere D II, 1, 4
captiuus: plerique abnuentes iniuriosa custodia, fame etiam uexati captiuam (*i. e.* inuitam) conscientiam dedere II, 45, 2
circumcisio II, 31, 4
coartare = cogere M 23, 3
cogitatus A 2, 15
coinquinatio A 2, 9 et 19
comitatus, *i. e.* aula principis D II, 5, 5; D III, 11, 3
communicare alicui D III, 11, 3
compendiosa lectio I, 1, 1
comperta stupro *i. e.* cognita I38, 1
compunctio animi A 2, 19
compungi D III, 13, 4
concedere: perfidiae paucorum cuncti concesserant II, 45, 2; Osium in eandem perfidiam concessisse opinio fuit, *i. e.* eam amplexum esse II, 40, 5
concubio sociari I, 11, 1
concupiscentia A 2, 1 et 10
congaudere E 2, 11
coniugia = uxores I, 40, 4
conregnare II, 33, 5
conscensus (= ascensus) in astra E 2, 71
consepultus M 11, 1; D III, 18, 1
conserere (= miscere) mores noxios I, 2, 8
conserte fabulari D I, 1, 5
conspicabilis (*i. e.* 'leibhaftig sichtbar') M 21, 1
conspirant decreta subuertere II, 37, 2
constupratio animae A 2, 11
consuetudinarius D I, 14, 2
consulere (*i. e.* 'massregeln ergreifen') I, 18, 4 et 5; *cf.* I, 11, 8. I, 16, 7
contemptibilis M 9, 3; D II, 11, 6
continuus = contiguus II, 22, 2, *nisi ibi sic* (arx contigua templo) *scribendum est*
corripere (*i. e.* tentare *s.* corrumpere) aliquem pecunia I, 28, 1
culturas impias exercuit I, 51, 4 (*contrarium*: cultum Dei exercuit I, 52, 3)
cum *omissum post* uix: uix hoc bellum extinctum uidebatur, aliud rursum exortum (*sc.* est) I, 38, 4; *item* M 7, 3. D I, 22, 4
cur = quod I, 35, 5. 38, 6. 44, 6 *(bis)*. II, 1, 6. 2, 2. 15, 8. M 22, 3. 23, 4. D I, 10, 4. II, 4, 5. 5, 8. III, 8, 5
damnari gladio II, 51, 4
dari exilio II, 39, 7. D II, 7, 3; in insulam datus (est) II, 51, 4; morti dare II, 1, 6
deesse: pauper non deerit uestiendus (= uestitum iri) D II, 1, 7
deficere = uita defungi D III, 7, 3

Digitized by Google

defungi = uita defungi I, 38, 9. II, 17, 2. 19, 2 *et sic saepius* defunctus *pro* mortuus, *ut* I, 26, 1 *etc.*
degeneres naturae suae originisque I, 2, 7
deputare = adsignare, destinare ad aliquid, *ut* deputari gladio, leonibus *et similia* I, 53, 4. II, 7, 3. M 7, 6. 10, 4. E 2, 10. D III, 14, 6
dignus alicuius rei M praef. § 1. 9, 3
disparare D III, 18, 3
dispositio = imperium, gubernatio: monasterium magnae dispositionis D I, 18, 2
dissimulare = neglegere: d. imperium I, 13, 3. II, 1, 4; ad eum uenire dissimulans D I, 14, 4; dissimulatum se a clerico querens D II, 1, 4
dissoluere (*i. e.* soluere) poenas I, 50, 1
dolere: se magis illi dolere, qui Christi misericordia esset indignus M 5, 5; cum oculum grauiter dolere coepisset M 19, 3
domnus E 2, 6 *ad quem l. cf. de Prato*
dum 'während' *cum coniunctiuo* II, 5, 7. M 12, 1 (dum iter ageret). M 15, 1. 18, 3. 26, 4

edictum mittere = emittere II, 19, 7
elegantia uultus II, 1, 2
elogium exprobrantis (*oppos.* conpatientis alloquium) D III, 18, 2
epistulam facere (= dare) ad aliquem D II, 9, 5
erigere se contra aliquem = insurgere, seditionem mouere I, 21, 1
erroris (*i. e.* insaniae *s.* diaboli) spiritus I, 35, 3. 36, 1
erudiri *constructum ut* doceri: ut ex his humana mens erudiretur naufragiorum casus E 1, 7
euectionis, *i. e.* cursus publici, copiam dare II, 42, 2
exilio dari II, 39, 7; exilio deduci II, 45, 2
explicare (= absoluere) opus I, 40, 2; coepta II, 11, 5
exsufflare D III, 8, 2
extra solitum II, 11, 3

facie ad faciem cum eo est angelus conlocutus D III, 11, 1
facilis et promptus in absoluendis quaestionibus M 25, 6
falerae (phalerae) sermonum D I, 27, 3
falli: de hoc illud ferebatur, quod ei lupa solita esset adstare cenanti, nec facile umquam bestia falleretur (falleret?) quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret D I, 14, 1 *(aliud simile huius elocutionis exemplum nondum inuenimus)*
fatigare aliquem alicuius rei D I, 4, 5. 5, 2
fatigatio = uexatio *s.* cauillatio D I, 4, 5
fidem (*i. e.* impletionem) promissorum consequi I, 43, 5
forsitan *cum indicatiuo iunctum* A 2, 13
forte = fortassis D II, 13, 4
fructificare = fruges ferre D I, 13, 3
fungi uita = defungi I, 41, 6. 47, 4; fungi diem *sc.* supremum I, 7, 7. 36, 1. 47, 1. 49, 5. 53, 1 *etc.*
funus = cadauer II, 34, 5

genetiui casus structurae insolentiores: degeneres naturae suae I, 2, 7; instructissimus rerum diuinarum II, 42, 3; inuidus alicuius rei M 27, 3. D III, 17, 5; liber mandati I, 4, 1; promptus disserendi II, 46, 3; modestus animi I, 33, 1; uecors animi I, 35, 10; *genetiuus causae*: orauit ad Dominum ut quis esset uel cuius meriti sepultus ostenderet M 11, 4
gregare = adgregare I, 19, 6
grossior uestis D I, 21, 4

Digitized by Google

hesterno (*sc.* die) D III, 1, 1. 2, 1. 5, 1
humanis rebus excedere = mori M 7, 2; *item* humanis rebus eximi II, 29, 5
humilitas, *nostrum* 'Demuth' M 2, 7. 10, 2

idolium D III, 8, 4
illudere puellam = stuprare I, 29, 3
imperare *sequente infinitiuo actiui* M 12, 3
imperialia impendia II, 1, 4; imperiali auctoritate II, 49, 3
impietatis (= Unglaube) errorem relinquere M 13, 9
incassus *adiectiuum* D III, 10, 3
incedere = exoriri: grauis annonae inopia incesserat I, 8, 2
incensum (= tus) Deo obtulit I, 47, 4
incunctanter = non cunctatus D I, 13, 7
indipisci I, 51, 5. 53, 1. II, 6, 1. 19, 5. 25, 1
indutus uestem E 1, 12
infantulus = puer miser D I, 11, 1
infinitiuus graecus: uenit a finibus terrae audire Salomonem D II, 6, 6
infirmantes = aegroti M 18, 5. E 2, 12
inlucubrata (*i. e.* parum elaborata) atque inpolita scripta E 3, 3
inquietudo M 10, 3
insensibile simulacrum II, 8, 5
inspector cordis Deus A 2, 11
instar: ad utris instar tensa uitalia D II, 2, 5
instructissimus diuinarum rerum II, 42, 3
inuidus alicuius rei M 27, 3. D III, 17, 5
ire: interiebant (?) *sic cod.* II, 30, 3
iter agere I, 16, 2. II, 11, 4. M 12, 1. D II, 3, 1
iterato (= iterum) unctus I, 33, 2
iuramentum I, 8, 2
iurata bella D II, 8, 3
iustificare = absoluere I, 18, 9
iustitia = uitae integritas I, 2, 5 et 6. I, 13, 6
iustus = pius et innocens I, 3, 1. 25, 2

lamae I, 33, 5
laudabilitas uestra *in appellatione* A 5
liber alicuius rei I, 4, 1
litare = litare diis II, 33, 2
longo ante I, 24, 2
loqui aliquem (*pro* de aliquo) D I, 27, 4; *cf. etiam* I, 1, 3. 26, 7; D II, 4, 3
ludibrium = stuprum I, 29, 3

maestitudo E 2, 2
martyrium *i. e.* passio *s.* mors pro religione II, 32, 2
matrimonia = uxores I, 24, 2 *cf.* coniugia
merito benedictionis = per benedictionem I, 12, 7; m. fidei = per fidem I, 23, 3; merito obsequiorum carissimus regi II, 11, 1; quo merito = quam ob causam I, 47, 3
ad militiam scribi M 2, 5
modicum = paulisper II, 14, 8
mollities maris DI, 4, 2
mors = pestilentia I, 38, 7; morti dare *i. e.* capitis damnare I. 1, 6
multum obtestatus I, 9, 4; multum abnuere II, 7, 2; multum uigilare II, 46, 4; multum increpitus I, 29, 3. 33, 4; multum dissimilis I, 50, 1; multum a patre degenerans I, 51, 4; multa diuersus I, 4, 6; multa cunctari I, 28, 2; multis (*sc.* donis) donati I, 12, 4; multis increpare aliquem II, 10, 4. I, 19, 6; multis confirmat I, 44, 4; multis disseruit I, 55, 1; quid multis (*sc.* morer? *cf.* D I, 20, 8) = quid multa? D I, 15, 5; nec multum (?) post I, 7, 2 et E 2, 5, *sed alias semper* nec multo post, *ut* I, 21, 2 et 3. 50, 6. 53, 1. II, 18, 5 *etc.*
mundiales (*i. e.* ethnici) historici I, 1, 4. II, 14, 6

Digitized by Google

natiuitas II, 25, 5. 27, 4
nec — uel (*pro* nec — nec) D II, 8, 2, *ut item ex cod. Veronensi restituere debui p. 157, 16* nihil eos neque emere uel uendere *et p. 157, 18* aurum .. neque habent aut habere cupiunt.
nisi non esset = sed non est: huius uitia ut plenius exponerem res admonebat, nisi non esset huius operis tum uasta ingredi II, 28, 2
notari alicuius rei D I, 9, 2

obarrare = obligare, oppignerare E 3, 2 *cf. lexica s. u.* arra *s.* arrha
obsequium funeris E 3, 18
orbis = mundus II, 35, 3
origo = fons libri alicuius I, 10, 4

participare: Daniel paternarum traditionum memor, ne ex mensa regis gentilium cibis participaret II, 1, 3. II, 12, 6; a rege in amicitiam receptus mensaque et consiliis participatus I, 53, 6; aliorum necessitatibus participare A 2, 6
participium in dus *pro futuro passiui usurpatum, uelut* I, 11, 5 unum eorum poenas capite luiturum, alium absoluendum pronuntiauit: I, 4, 4. 6, 1 *(bis)*. 6, 5. 26, 5. 30, 2. 40, 3. 43, 5. 48, 3. 52, 2. II, 3, 5. 4, 4. 15, 7. 33, 3. 47, 3. 50, 6. M praef. § 2. M 16, 4. 22, 4. D I, 13, 6. II, 5, 7
partitudo I, 9, 3
pensitatio diurna *sc.* ciborum et potus II, 8, 3
pensius aliquid spectatum habere I, 35, 9
perfidia = mala in Deum fides 'Unglaube' *s.* apostasia I, 25, 6 (Hebraei pro solita perfidia), II, 37, 6. 38, 2. 40, 5. 41, 6 et 7 (*opp.* fides). 45, 2. 5. 7. 46, 7. 48, 2. M 6, 4; = idololatria I, 27, 1. 42, 2
perimbecillus II, 17, 3
perinuisus I, 32, 3
perpetuari ad. hominum memoriam M 1, 4
piacula profiteri (*i. e.* haeresim) II, 39, 4; publice haeresis piacula praedicabant II, 40, 1 *cf. et* § *3 ibid.*
populus Christianus I, 1, 3
postulatio = querela *s.* obiurgatio de aliqua re I, 41, 6
potius *ante* quam *omissum* D I, 27, 4
praeceptus est = iussus est I, 22, 7
praecinere futura II, 2, 1
praecisum (= concisum, breue) opus I, 10, 4. 19, 3. II, 27, 3
praedicator gentium Paulus E 1, 6
praefigurare II, 3, 5
praescientia I, 48, 3
praesumere inlicita = audere I, 47, 4
praesumtio = audacia I, 33, 4
praeter regionem *i. e.* per reg. I, 9, 5. 15, 3. 21, 4 II, 48, 2
principium = principatus I, 8, 1
processu uoluminis I, 2, 1
profanare = idolis sacrificare II, 20, 1
promouere *absolute* (*pro* prom. agmen) I, 21, 4
promptus disserendi II, 46, 3
protentae patentibus campis acies uisebantur I, 15, 5
psalmus = uersus psalterii M 9, 6
pseudoforus D III, 14, 1
quamquam *in sententia exceptiua cum coniunctiuo modo* [*iunctum* I, 2, 1. 24, 5. 29, 8. 30, 3. 36, 3. II, 5, 6. E 2, 7
quando = umquam: ne quando quidem auditum est D I, 3, 4
quia *cum coniunctiuo* I, 36, 6. II, 12, 2 *(ex coni.)* M praef. § 5. M 1, 7. 12, 2. D II, 8, 3; — quia = quod 'dass' *post* scire, uidere, credere *et similia* I, 43, 3. D I, 7, 1. 12, 5. 27, 4. D II, 4, 6. 7, 4. 8, 1. D III, 3, 7. 4, 6. 5, 3

Digitized by Google

quin: nec ignorare iam poterant quin ob illius uiri iniuriam tenerentur D II, 3, 8
quod *post uerba sentiendi et dicendi* M 16, 4. D I, 22, 2. A 1, 1; *cf.* quia

raeda fiscalis D II, 3, 2
refectionis (*i. e.* prandii) hora D I, 14, 1. III, 10, 1
regnare Persis (= apud Persas, *ut est* II, 14, 2) II, 14, 1
resolui *de moriente dictum* D 3, 9
rotalis machina D I, 13, 2

sacerdos = episcopus II, 31, 4. 46, 8. 47, 4. D II, 12, 2. III, 13, 2
sacramentum dare *i. e.* iurare I, 7, 4
sacrilegium = idololatria I, 19, 6. 43, 6 et 9. 50, 1. 52, 2. 53, 2
saeculum = mundus *s.* orbis terrarum I, 4, 2; saeculi iudex *i. e.* mundanus I, 31. 6
sciniphes (σκνίψ) I, 14, 4
scitis uultibus puellae D III, 15, 2
si *pro* an, *ut Graecum εἰ*, D I, 2, 2. II, 11, 3
signa = miracula I, 14, 2 sq. 45, 3 *et sic saepe alias*
siquidem *cum coniunctiuo* I, 21, 3. 43, 5. II, 3, 6. 5, 7. 28, 1. 33, 7. E 1, 8. D I, 12, 1. II, 6, 6. 12, 11. III, 1, 2; *postpositum* (= enim) I, 27, 3. 33, 4. 35, 4; siquidem cum I, 7, 4. II, 3, 5
si quotiens = si quando M 21, 5. D III, 6, 1
sollicitus = sollicitatus II, 18, 3
sopor: per soporem = per somnum I, 8, 5. 39, 1. II, 2, 5. M 5, 3
stipare = stipatim s. dense effluere D II, 2, 6
storacina uirga *D* I, 19, 2
stupro comperta I, 38, 1
subarrare A 2, 12 *cf.* obarrare
subsannatio A 2, 6
substantia = οὐσία I, 7, 6
succedere = prouenire D I, 13, 7
superlatiuus pro comparatiuo: Romanum (imperium) omnibus ante regnis ualidissimum II, 3, 5 *(cf. de hoc graecismo Bernhardy griech. Synt. p. 438)*
superstitiones suscipere II, 18, 7
ea tempestate, qua tempestate (*pro* eo tempore) I, 2, 7. 4, 3. 5, 2 *etc.*
in toto = omnino A 2, 10
tractator (= interpres) scripturarum sacrarum peritissimus D I, 6, 1
tractu eodem = temporis tractu I, 23, 8
transferri = in caelum transferri I, 2, 6. 45, 3
transgressor legis A 2, 6
tribulatio A 2, 6
tripeccia, sellula rusticana D II, 1, 4; *cf. francogall.* trépied
triumphatum saeculum D 2, 7

ualidum flumen I, 22, 3
uel — uel = et — et I, 45, 4. 53, 4. M 1, 7
uexatio = persecutio I, 1, 3
uirtus = facultas, potentia, robur I, 14, 2 et 4. 22, 7. 25, 2. 28, 1 sqq. *etc.* uirtutes = miracula I, 25, 3. 43, 7 *et saepe alias*
uisceribus misericordiae affluere E 3, 11
unctus in regem I, 45, 5
unguedo M 19, 4
urbanae aures D I, 27, 2
usque = usque ad: usque Abraham I, 4, 7; usque Aethiopiam II, 13, 4
ut: iniustum est ut *etc.* II, 31, 6; apud me decidi ut soloecismis non erubescerem M praef. § 5; ut *omissum* I, 7, 2 et 4. 12, 6. 15, 1. 26, 4 et 5. 27, 2. 41, 4. II, 4, 4. 10, 1. 21, 6 *et saepe alias*
ut puta *codex pro* utpote I, 52, 3.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google